Saint Jean de Lalande, pray for us!

ELIAS QUIDEM VENTURUS EST, ET RESTITUET OMNIA.

Lalande Library of Rare Books

DICO VOBIS, QUIA ELIAS JAM VENIT, ET NON COGNOVERUNT EUM, SED FECERUNT IN EO QUÆCUMQUE VOLUERUNT.

CORPUS CHRISTI WATERSHED

http://lalandelibrary.org

If you appreciate this book, please consider making a tax-deductible donation to Corpus Christi Watershed, a 501(c)3 Catholic Artist Institute.

For more information, please visit:

http://ccwatershed.org

CORPUS CHRISTI WATERSHED

ELIAS QUIDEM VENTURUS EST, ET RESTITUET OMNIA.

Lalande Library of Rare Books

DICO VOBIS, QUIA ELIAS JAM VENIT, ET NON COGNOVERUNT EUM, SED FECERUNT IN EO QUAECUMQUE VOLUERUNT.

CORPUS CHRISTI WATERSHED

Pothier : : 1891 : : *Antiphonale*

LIBER

ANTIPHONARIUS

JUXTA RITUM MONASTICUM

C. G.

http://ccwatershed.org

LIBER ANTIPHONARIUS

PRO DIURNIS HORIS

JUXTA RITUM MONASTICUM

KALENDARIO PROPRIO

Congregationis Gallicæ Ordinis Sancti Benedicti

ACCOMMODATUS

SOLESMIS

E TYPOGRAPHEO SANCTI PETRI

1891

http://ccwatershed.org

WASHINGTON UNIVERSITY LIBRARIES
ST. LOUIS, MISSOURI 63130

http://ccwatershed.org

Letter
2-14-47
Scores



Nos PAULUS DELATTE, Abbas Sancti Petri de Solesmis, Superior generalis Congregationis Gallicæ Ordinis Sancti Benedicti.

Omnibus ad quos spectat notum facimus Nos pro approbato habere **Librum Antiphonarium**, quem decessor noster vir venerabilis Reverendissimus Pater Domnus Carolus Couturier, in Typographeo Monasterii nostri edendum jusserat, ut Congregatio nostra libro chorali suis usibus accommodato tandem frueretur. Eam vero approbationem nostram eo libentius concedimus, quod compertum habemus hoc opus, & quoad cantum juxta gregorianam artem restitutum vel redactum fuisse, & quoad textum cum typicis exemplaribus perfecte concordare, & ad rerum ordinem ipsamque typographicam dispositionem quod attinet, erudite solerterque concinnatum fuisse.

Datum Solesmis, die 22. Maii 1891.

† Fr. Paulus DELATTE
Abbas S. Petri de Solesmis.

C. G.

M2150
C286A



Cum Nobis constet, ex testimonio suprascripto, in hac editione Libri Antiphonarii pro diurnis Horis ad usum Congregationis Gallicæ Ordinis S. Benedicti, regulas omnes servatas fuisse, illum imprimendi & evulgandi licentiam damus.

Cenomani, die 29. Maii 1891.

Locus Sigilli

† G. M. JOSEPHUS

Ep. Cenom.

KALENDARIUM

a S. Sede approbatum

pro Congregatione Gallica Ordinis Sancti Benedicti.

* Denotat Festum proprium Ordinis vel Congregationis.
† Festum in quo habetur aliquid proprium in Horis diurnis.

Januarius.

A	Kal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI. *Duplex 2. classis.*
b	iv	2	Octava S. Stephani. *Duplex. Commemoratio* Octavarum.
c	iii	3	Octava S. Joannis Apost. & Evang. *Duplex. Comm.* Octavæ Ss. Innocentium *et* * S. Genovefæ Virginis.
d	Prid.	4	Octava Ss. Innocentium Martyrum. *Duplex.*
e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ. *Semiduplex. Comm.* S. Telesphori Papæ & Martyris.
f	viii	6	EPIPHANIA DOMINI. *Duplex 1. classis cum Octava.*
g	vii	7	De Octava Epiphaniæ.
A	vi	8	De Octava.
b	v	9	De Octava.
c	iv	10	De Octava.
d	iii	11	De Octava. *Comm.* S. Hygini Papæ & Martyris.
e	Prid.	12	De Octava.
f	Idib.	13	Octava Epiphaniæ. *Duplex.* *Dominica II. post Epiphaniam.* Ss. NOMINIS JESU. *Duplex 2. classis. Comm.* Dominicæ.
g	xix	14	† S. Hilarii Episc. Conf. & Eccl. Doct. *Dupl. Comm.* S. Felicis Presbyteri & Martyris.
A	xviii	15	† S. MAURI ABBATIS. *Duplex 1. classis cum Octava.*
b	xvii	16	S. Marcelli I. Papæ & Mart. *Semid.* * *Comm.* Octavæ.
c	xvi	17	S. Antonii Abbatis. *Duplex.* * *Comm.* Octavæ.
d	xv	18	Cathedra S. Petri Romæ. *Duplex majus. Comm.* * Octavæ *et* S. Priscæ Virginis & Martyris.
e	xiv	19	* S. Odilonis Abbatis Cluniacensis. *Duplex. Comm.* * Octavæ *et* Ss. Marii, Marthæ, Audifacis & Abachum Martyrum.
f	xiii	20	Ss. Fabiani Papæ & Sebastiani Mart. *Dupl.* * *Comm.* Octavæ.
g	xii	21	S. Agnetis Virginis & Martyris. *Duplex.* * *Comm.* Octavæ.
A	xi	22	* Octava S. Mauri. *Duplex.*
b	x	23	S. Ildefonsi Episc. & Conf. O. N. *Duplex. Comm.* S. Emerentianæ Virginis & Martyris.
c	ix	24	S. Timothei Episc. & Martyris. *Duplex.*

http://ccwatershed.org

Oratio ante divinum Officium.

Aperi Dómine os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum : munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis & aliénis cogitatiónibus : intelléctum illúmina, afféctum inflámma; ut digne, atténte, ac devóte hoc Offícium recitáre váleam, & exaudíri mérear ante conspéctum divínæ Majestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dómine, in unióne illíus divínæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas persólvo.

Orationem sequentem devote post Officium recitantibus, Leo Papa X. defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulsit; et dicitur flexis genibus.

Oratio post divinum Officium.

Sacrosanctæ & indivíduæ Trinitáti, crucifíxi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimæ & gloriosíssimæ sempérque Vírginis Maríæ fœcúndæ integritáti, & ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus & glória ab omni creatúra, nobísque remíssio ómnium peccatórum, per infiníta sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Beáta víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium.

℟. Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum.

Pater noster. Ave María.

Ante Primam et omnes Horas, præterquam ad Completorium, dicitur secreto Pater noster. Ave María. *In principio Primæ, ac in fine Completorii dicitur etiam* Credo in Deum.

Pater noster, qui es in cælis : sanctificétur nomen tuum : advéniat regnum tuum : fiat volúntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie : & dimítte nobis débita nostra, sicut & nos dimíttimus debitóribus nostris : & ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo. Amen.

Ave María, grátia plena, Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, creatórem cæli & terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine : passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, & sepúltus : descéndit ad ínferos : tértia die resurréxit a mórtuis : ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus est judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

http://ccwatershed.org

ORDINARIUM OFFICII DE TEMPORE

FERIA SECUNDA AD PRIMAM.

Pater noster. Ave María. Credo in Deum. ℣. Deus in adjutórium.

Hymnus.

Tonus in Feriis per annum et Festis Simplicibus.



Tonus in Festivitatibus quæ proprium non habent.

7.



pli-ces, Ut in di-úrnis áẽti-bus Nos servet a no-cén-



ti-bus.

Linguam refrænans témperet,
Ne litis horror ínsonet :
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,
Absistat & vecórdia :
Carnis terat supérbiam
Potus cibíque párcitas.

Ut cum dies abscésserit,
Noẽtémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.

¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

¶ *Cantus in Festis quæ non solemniter celebrantur, ut infra, Dominica ad Primam, 57.*

Tempore Adventus, *Antiphona e Laudibus Dominicæ præcedentis, vel ex propriis Laudibus, si adsint.*

Tempore Quadragesimæ, Antiphona.

3. g



V I-vo e- go. E u o u a e.

Infra hebdomadam Passionis, Antiphona.

1. a



L I-be-ra me Dó- mi-ne. E u o u a e.

Tempore Paschali, Antiphona.

8. G



A L-le-lú- ia. E u o u a e.

Prædiẽtæ Antiphonæ dicuntur per omnes Ferias ad Primam.

In feriali Officio per annum, Antiphona.

8. G



S Erví-te Dómi-no. E u o u a e.

Psalmus 1.

BEATUS vir qui non ábiit in consílio impiórum, † & in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestiléntiæ non sedit :

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac noẽte.

Et erit tamquam lignum quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fruẽtum suum dabit in témpore suo :

Et fólium ejus non défluet : * & ómnia quæcúmque fáciet prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício : * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum, * & iter impiórum períbit.

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui Sanẽto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, * & in sæcula sæculórum. Amen.

Hic versus Glória Patri, *semper dicitur in fine omnium Psalmorum, nisi aliter notetur.*

Psalmus 2.

QUARE fremuérunt gentes, * & pópuli meditáti sunt inánia?

Adstitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum : * & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis irridébit eos : * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanẽtum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite : * erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre : * & exsultáte ei cum tremóre.

http://ccwatershed.org

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Psalmus 6.

DOMINE ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine quóniam infírmus sum : * sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde : * sed tu Dómine úsquequo?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes le ctum meum : * lácrimis mei stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculu meus : * inveterávi inter omne inimícos meos.

Discédite a me omnes qui ope rámini iniquitátem : * quónia exaudívit Dóminus vocem flet mei.

Exaudívit Dóminus deprec tiónem meam, * Dóminus or tiónem meam suscépit.

Erubéscant & conturbéntur ve heménter omnes inimíci mei convertántur & erubéscant vald velóciter.

In Adventu, *Antiphona e Laudibus Dñicæ præced., vel ex propriis Laudibu*

Tempore Quadragesimæ, Antiphona.



V I-vo e- go, di-cit Dóminus : no-lo mor-tem pec-



ca-tó-ris, sed ut ma-gis convertá-tur & vi-vat.

Infra hebdomadam Passionis, Antiphona.



L I-be-ra me Dó- mi-ne, & pone me juxta te :



& cu- júsvis ma-nus pugnet contra me.

http://ccwatershed.org

Tempore Paschali, Antiphona.



A L-le-lú- ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, al-le- lú-ia.

Prædictæ Antiphonæ dicuntur per omnes Ferias ad Primam.

In feriali Officio per annum, Antiphona.



S Erví- te Dómi-no in timó-re, & exsultá- te



e- i cum tremó-re.

Capitulum. *1. Tim. 1. d.*

REGI sæculórum immortáli & invisíbili, † soli Deo honor & glória * in sæcula sæculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

Hoc Capitulum dicitur in omnibus Solemnitatibus et Sanctorum Festis, et per Octavas, et per totum Tempus Paschale.

Pro Feriis tantum. Capitulum. *Zach. 8. d.*

PACEM & veritátem dilígite, * ait Dóminus omnípotens. ℟. Deo grátias.

℣. Exsúrge Christe, ádjuva nos.

℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

¶ *Sequentes Preces non dicuntur in Duplicibus, nec infra Octavas ; sed tunc dicto* ℟. Sed líbera nos a malo. *dicitur* Dóminus vobíscum. *et Oratio* Dómine Deus omnípotens, *ut infra.*

Preces.

Credo in Deum. *secreto usque ad*

℣. Carnis resurrectiónem. ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beát Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apósto Petro & Paulo, beáto Patri nostro Benedícto, ómnibus Sanctis, vobis fratres : quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beáta Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, be tum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum beátum Patrem nostrum Benedíctum, omnes Sanctos, & vos fr tres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

Misereatur tui omnípotens Deus, & dimíssis peccátis tuis, pe dúcat te ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Deinde repetit Confessionem : et ubi dicitur vobis fratres, *et* vo fratres, *dicatur,* tibi pater, *et* te pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

Misereatur vestri omnípotens Deus, & dimíssis peccátis vestris perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Indulgentiam, absolutiónem, & remissiónem peccatórum nostro rum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Et prosequitur : ℣. Dignáre Dómine die isto.
℟. Sine peccáto nos custodíre.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

Domine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi no perveníre fecísti : † tua nos hódie salva virtúte; * ut in h die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítia faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes ópera. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : q tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómn sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

http://ccwatershed.org

Deinde in Choro legitur Martyrologium. Et quando dicenda est Prima de B. Maria, præponitur lectioni Martyrologii.

Postea Hebdomadarius dicit :

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini. ℟. Mors sanctórum ejus.

Et absolute sine Orémus. *Oratio.*

Sancta María & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, ut nos mereámur ab eo adjuvári & salvári, qui vivit & regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Deus in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine ad adjuvándum me festína.

Et dicitur ter : ultimo additur

Glória Patri. Sicut erat.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Réspice in servos tuos Dómine, & in ópera tua, & dírige fílios eórum.
℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige.
℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat.

Orémus. *Oratio.*

Dirigere & sanctificáre, régere & gubernáre dignáre, Dómine Deus Rex cæli & terræ, † hódie corda & córpora nostra, sensus, sermónes & actus nostros in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum : * ut hic, & in ætérnum, te auxiliánte salvi & líberi esse mereámur, Salvátor mundi : Qui vivis & regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

Benedictio. Dies & actus nostros * in sua pace dispónat Dóminus omnípotens. ℟. Amen.

Ad Absolutionem Capituli in Dominicis et Feriis per annum, ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam I. Quadragesimæ, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum exclusive.

Lectio brevis. *2. Thess. 3. b.*

Dominus autem dírigat corda & córpora nostra in caritáte Dei, * & patiéntia Christi. Tu autem Dómine miserére nobis.
℟. Deo grátias.

A Dominica I. Adventus usque ad Vigil. Nativitatis Dñi exclusive.

Lectio brevis. *Isaiæ 33.*

DOMINE, miserére nostri : te enim exspectávimus : † esto brachium nostrum in mane, * & salus nostra in témpore tribulatiónis. Tu autem Dómine.

A Dñica I. Quadragesimæ usque ad Dñicam Passionis exclusive.

Lectio brevis. *Isaiæ 55. b.*

QUÆRITE Dóminum, dum inveníri potest : * invocáte eum, dum prope est. Tu autem Dómine.

A Dominica Passionis usque ad Feriam V. in Cœna Dñi exclusive.

Lectio brevis. *Isaiæ 50.*

FACIEM meam non avérti ab increpántibus, & conspuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliátor meus, * & ídeo non sum confúsus. Tu autem Dómine.

A Dominica Resurrectionis usque ad Ascensionem exclusive.

Lectio brevis. *Coloss. 3.*

SI consurrexístis cum Christo, † quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens : * quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Tu autem Dómine.

In Festis dicitur pro Lectione brevi Capitulum Nonæ.

Post Lectionem brevem Superior dicit :

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Benedícite. ℟. Deus.

Benedictio. Dóminus nos benedícat, † & ab omni malo deféndat, * & ad vitam perdúcat ætérnam ; & fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deinde dicit Lector :

Commemorátio ómnium fratrum, familiárium Ordinis nostri atque benefactórum nostrórum.

Deinde Superior :

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine, * Dómine quis sustinébit?

http://ccwatershed.org

Quia apud te propitiátio est : * & propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEUS, véniæ largítor & humánæ salútis amátor : † quæsumus cleméntiam tuam ; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Dóminum.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

FERIA TERTIA AD PRIMAM.

Per annum
Aña. 8. G



D E- us judex justus. E u o u a e.

Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Psalmus 7.

DOMINE Deus meus in te sperávi : * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, & líbera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud, * si est iníquitas in mánibus meis :

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam mérito ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, † & comprehéndat, & concúlcet in terra vitam meam : * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exsúrge Dómine in ira tua : * & exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exsúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandásti : * & synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere : * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me Dómine secúndum justítiam meam, * & secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, & díriges justum, * scrutans corda & renes Deus.

Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, & pátiens : * numquid iráscitur per síngulos dies?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : * arcum suum teténdit, & parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis : * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam : * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum : * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus : * & in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus : * & psallam nómini Dómini altíssimi.

Psalmus 8.

DOMINE Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, † glória & honóre coronásti eum : * & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, † oves & boves univérsas : * insuper & pécora campi.

Vólucres cæli, & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Psalmus 9.

CONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo : * narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor & exsultábo in te : * psallam nómini tuo Altíssime.

In converténdo inimícum me-

http://ccwatershed.org

um retrórsum : * infirmabúntur, & períbunt a fácie tua.

Quóniam fecísti judícium meum & causam meam : * sedísti super thronum qui júdicas justítiam.

Increpásti gentes, & périit ímpius : * nomen eórum delésti in ætérnum, & in sæculum sæculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem : * & civitátes eórum destruxísti.

Périit memória eórum cum sónitu : * & Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parávit in judício thronum suum : † & ipse judicábit orbem terræ in æquitáte, * judicábit pópulos in justítia.

Et factus est Dóminus refúgium páuperi : * adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et sperent in te qui novérunt nomen tuum : * quóniam non dereliquísti quæréntes te Dómine.

Psállite Dómino, qui hábitat in Sion : * annuntiáte inter gentes stúdia ejus :

Quóniam requírens sánguinem eórum recordátus est : * non est oblítus clamórem páuperum.

Miserére mei Dómine : * vide humilitátem meam de inimícis meis.

Qui exáltas me de portis mortis, * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion.

Exsultábo in salutári tuo : * infíxæ sunt gentes in intéritu quem fecérunt.

In láqueo isto quem abscondérunt, * comprehénsus est pes eórum.

Cognoscétur Dóminus judícia fáciens : * in opéribus mánuum suárum comprehénsus est peccátor.

Convertántur peccatóres in inférnum, * omnes gentes quæ obliviscúntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit páuperis : * patiéntia páuperum non períbit in finem.

Per annum
Aña.

FERIA QUARTA AD PRIMAM.

Per annum
Aña. I. a

E X-súrge Dómi-ne. E u o u a e.

Et non repetitur in Psalmo : quod semper fit, quando Antiphona incipi primo versu Psalmi : et Psalmus tunc incipitur ab eo verbo, in quo desinit A tiphona, sive integra dicatur, sive tantum inchoata ; si tamen eadem sint ver et continuetur Antiphona cum Psalmo.

Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Divisio Psalmi 9.

EXSURGE Dómine, non confortétur homo : * judicéntur gentes in conspéctu tuo.

Constitue Dómine legislatórem super eos : * ut sciant gentes quóniam hómines sunt.

Ut quid Dómine recessisti longe, * déspicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum supérbit ímpius, incénditur pauper : * comprehendúntur in consiliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in desidériis ánimæ suæ : * & iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor, * secúndum multitúdinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspéctu ejus : * inquinátæ sunt viæ illius in omni témpore.

Auferúntur judícia tua a fácie ejus : * ómnium inimicórum suórum dominábitur.

Dixit enim in corde suo Non movébor a generatióne generatiónem sine malo.

Cujus maledictióne os plenu est, & amaritúdine & dolo sub lingua ejus labor & dolor

Sedet in insídiis cum divi bus in occúltis, * ut interfic innocéntem.

Oculi ejus in páuperem re spiciunt : * insidiátur in abscon dito, quasi leo in spelúnca su

Insidiátur ut rápiat páup rem : * rápere páuperem, du áttrahit eum.

In láqueo suo humiliáb eum : * inclinábit se, & cad cum dominátus fúerit páuperu

Dixit enim in corde suo Oblitus est Deus, * avértit f ciem suam ne videat in finem

Exsúrge Dómine Deus, ex tétur manus tua : * ne obliv scáris páuperum.

Propter quid irritávit impi

http://ccwatershed.org

Deum? * dixit enim in corde suo : Non requíret.

Vides quóniam tu labórem & dolórem consíderas : * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus est pauper : * órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & malígni : * quærétur peccátum illíus, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum & in sæculum sæculi : * períbitis gentes de terra illíus.

Desidérium páuperum exaudívit Dóminus : * præparatiónem cordis eórum audívit auris tua.

Judicáre pupíllo & húmili, * ut non appónat ultra magnificáre se homo super terram.

Psalmus 10.

IN Dómino confído : † quómodo dícitis ánimæ meæ : * Tránsmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, † paravérunt sagíttas suas in pháretra, * ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti destruxérunt : * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respíciunt : * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat justum & ímpium : * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos : * ignis, & sulphur, & spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, & justítias diléxit : * æquitátem vidit vultus ejus.

Psalmus 11.

SALVUM me fac Dómine, quóniam defécit sanctus : * quóniam diminútæ sunt veritátes a fíliis hóminum.

Vana locúti sunt unusquísque ad próximum suum : * lábia dolósa, in corde & corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus univérsa lábia dolósa, * & linguam magníloquam.

Qui dixérunt : Linguam nostram magnificábimus, † lábia nostra a nobis sunt : * quis noster Dóminus est?

Propter misériam ínopum & gémitum páuperum, * nunc exsúrgam, dicit Dóminus.

Ponam in salutári : * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta : * argéntum igne examinátum, probátum terræ, purgátum séptuplum.

Tu Dómine servábis nos, & custódies nos * a generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant : * secúndum altitúdinem tuam multiplicásti fílios hóminum.

Glória Patri.

Per annum Aña.



E X-súrge Dómi-ne, non prævá-le- at homo.

FERIA QUINTA AD PRIMAM.

Per annum Aña. 8. c



C Antábo Dómi-no. E u o u a e.

Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Psalmus 12.

USQUEQUO Dómine obliviscéris me in finem? * úsquequo avértis fáciem tuam a me?

Quámdiu ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Usquequo exaltábitur inimícus meus super me? * réspice, & exáudi me Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne umquam obdórmiam in morte : * nequándo dicat inimícus meus : Præválui advérsus eum.

Qui tríbulant me exsultábunt si motus fúero : * ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exsultábit cor meum in salutári tuo : † cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi : * & psallam nómini Dómini altíssimi.

Psalmus 13.

DIXIT insipiens in corde suo : * Non est Deus.

Corrúpti sunt, & abominábiles facti sunt in stúdiis suis : non est qui fáciat bonum, no est usque ad unum.

Dóminus de cælo prospéxit s per filios hóminum, * ut vide si est intélligens, aut require Deum.

Omnes declinavérunt, sim inútiles facti sunt : * non est q fáciat bonum, non est usque unum.

Sepúlcrum patens est gutt eórum : † linguis suis doló agébant, * venénum áspidum su lábiis eórum.

Quorum os maledictióne amaritúdine plenum est : * v lóces pedes eórum ad effunde dum sánguinem.

Contrítio & infelícitas in v eórum, † & viam pacis non c gnovérunt : * non est tim Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóscent omnes q operántur iniquitátem : * q

http://ccwatershed.org

dévorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminum non invocavérunt, * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne justa est, † consílium inopis confudistis : * quóniam Dóminus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? † cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, * exsultábit Jacob, & lætábitur Israel.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * & operátur justítiam :

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, * & oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : * timéntes autem Dóminum gloríficat :

Qui jurat próximo suo, & non décipit, † qui pecúniam suam non dedit ad usúram, * & múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Per annum Aña.



C Antábo Dómi-no, qui bo-na trí-bu- it mi-hi.

FERIA SEXTA AD PRIMAM.

Per annum Aña. 3. à



B Onó-rum me- ó-rum. E u o u a e.

Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Psalmus 15.

CONSERVA me Dómine, quóniam sperávi in te. † Dixi Dómino : Deus meus es tu, * quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum : * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula

Quóniam ómnia judícia ejus in conspéctu meo : * & justítias ejus non répuli a me.

Et ero immaculátus cum eo : * & observábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dómin secúndum justítiam meam : secúndum puritátem mánuu meárum in conspéctu oculóru ejus.

Per annum Aña.



SABBATO AD PRIMAM.

Per annum Aña. 7. c



Aliis temporibus, ut supra in Feria secunda assignatur.

Divisio Psalmi 17.

Cum sancto sanctus eris, * & cum viro innocénte ínnocens eris :

Et cum elécto eléctus eris : * & cum pervérso pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem salvum fácies : * & óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam Dómine : * Deus meus illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar a tentatióne, * & in Deo meo transgrédiar murum.

Deus meus, impollúta via ejus : † elóquia Dómini igne ex minata : * protéctor est ómni sperántium in se.

Quóniam quis Deus præ Dóminum ? * aut quis Deus pr ter Deum nostrum ?

Deus qui præcínxit me v túte : * & pósuit immaculát viam meam.

Qui perfécit pedes meos ta quam cervórum, * & super e célsa státuens me.

Qui docet manus meas prœlium : * & posuísti ut arcu æreum bráchia mea.

Et dedísti mihi protectióne

salútis tuæ : * & déxtera tua suscépit me.

Et disciplína tua corréxit me in finem : * & disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me : * & non sunt infirmáta vestígia mea.

Pérsequar inimícos meos, & comprehéndam illos : * & non convértar, donec defíciant.

Confríngam illos, nec póterunt stare : * cadent subtus pedes meos.

Et præcinxísti me virtúte ad bellum : * & supplantásti insurgéntes in me subtus me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum, * & odiéntes me disperdidísti.

Clamavérunt, nec erat qui salvos fáceret, ad Dóminum : * nec exaudívit eos.

Et comminuam eos ut púlverem ante fáciem venti : * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli : * constítues me in caput géntium.

Pópulus quem non cognóvi servívit mihi : * in audítu auris obedívit mihi.

Fílii aliéni mentíti sunt mihi, † fílii aliéni inveteráti sunt, * & claudicavérunt a sémitis suis.

Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus, * & exaltétur Deus salútis meæ.

Deus, qui das vindíctas mihi, & subdis pópulos sub me : * liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me : * a viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus Dómine : * & nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes regis ejus, † & fáciens misericórdiam christo suo David, * & sémini ejus usque in sæculum.

Psalmus 18.

Cæli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : * & ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo :

Exsultávit ut gigas ad curréndam viam, * a summo cælo egréssio ejus :

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscóndat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas : * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda : * præcéptum Dó-

http://ccwatershed.org

mini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi : * judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiósum multum : * & dulcióra super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea : * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? † ab occúltis meis munda me : * & ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : * & emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : * & meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus : * & redémptor meus.

Psalmus 19.

Exaudiat te Dóminus in die tribulatiónis : * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sa[ncto] : * & de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifi[cii] tui : * & holocáustum tuum p[in]gue fiat.

Tribuat tibi secúndum [cor] tuum : * & omne consíli[um] tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo : & in nómine Dei nostri mag[ni]ficábimur.

Impleat Dóminus omnes pe[ti]tiónes tuas : * nunc cognóvi q[uo]niam salvum fecit Dómi[nus] Christum suum.

Exáudiet illum de cælo s[an]cto suo : * in potentátibus sa[lus] déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis : nos autem in nómine Dómi[ni] Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, & ceci[de]runt : * nos autem surréxim[us] & erécti sumus.

Dómine salvum fac regem : & exáudi nos in die qua in[vo]cavérimus te.

Per annum Aña.





DOMINICA AD LAUDES.

℣. Deus in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine ad adjuvándum me festína. Glória Patri, &c.

Deinde dicitur Psalmus sequens.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, & benedícat nobis : * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exsúltent gentes : † quóniam júdicas pópulos in æquitáte, * & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, † confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus : * & métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

Per annum, *id est, a Domínica post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum :*

1. Aña. 6. F



Psalmus 50.

Miserere mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : * & a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco : * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci : * ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * & in peccátis concépit me mater mea.

http://ccwatershed.org

Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor : * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætitiam : * & exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis : * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * & spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætitiam salutáris tui : * & spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ : * & exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries : * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum & humiliátum Deus non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes & holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Psalmus 117.

CONFITEMINI Dómino quóniam bonus : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel quóniam bonus : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : * & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor : * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor : * & ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, * quam confídere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino, * quam speráre in príncipibus.

Omnes gentes circuiérunt me : * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me : * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, † & exarsérunt sicut ignis in spinis : * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut caderem : * & Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus : * & factus est mihi in salútem.

Vox exsultatiónis & salútis * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem : † déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam : * & narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus : * & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítiæ, † ingréssus in eas confitébor Dómino : * hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me : * & factus es mihi in salútem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificántes : * hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud : * & est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies quam fecit Dóminus : * exsultémus & lætémur in ea.

O Dómine salvum me fac, † o Dómine bene prosperáre : * benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini : * Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi : * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me : * & factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Per ann. seq. Ps. Deus Deus meus.

Sequentes duo Psalmi dicuntur loco duorum prædictorum ad Laudes in Solemnitatibus, et in omnibus Festis Sanctorum, et Octavis, et per totum Tempus Paschale.

Tempore Paschali, in Dominicis et Feriis, 1. Antiphona.

8. G



A L-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 92.

DOMINUS regnávit, decórem indútus est : * indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc : * a sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine : * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus

http://ccwatershed.org

suos, * a vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitúdo Dómine in longitúdinem diérum.

Psalmus 99.

JUBILATE Deo omnis terra : * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves páscuæ ejus : † introíte portas ejus in confessióne, * átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus : quóniam suávis est Dóminus, † in ætérnum misericórdia ejus, * & usque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, *

quam multiplíciter tibi caro me

In terra desérta, & ínvia inaquósa : † sic in sancto a párui tibi, * ut vidérem vir tem tuam & glóriam tuam.

Quóniam mélior est mise córdia tua super vitas : * láb mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea & in nómine tuo levábo ma meas.

Sicut ádipe & pinguédine pleátur ánima mea : * & láb exsultatiónis laudábit os meu

Si memor fui tui super st tum meum, † in matutínis m ditábor in te : * quia fuísti a jútor meus.

Et in velaménto alárum tu rum exsultábo, † adhæsit áni mea post te : * me suscépit de tera tua.

Ipsi vero in vanum quæs runt ánimam meam, † intr bunt in inferióra terræ : * t déntur in manus gládii, par vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jura in eo : * quia obstrúctum os loquéntium iníqua.

Per annum Aña.

2. Aña. 8. G



T. Paschali Aña.



2. Aña. 6. F

Canticum trium puerorum.

Dan. 3. e.

BENEDICITE ómnia ópera Dómini Dómino : * laudáte & superexaltáte eum in sǽcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cælos sunt Dómino : * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol & luna Dómino : * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber & ros Dómino : * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis & æstus Dómino : * benedícite frigus & æstus Dómino.

Benedícite rores & pruína Dómino : * benedícite gelu & frigus Dómino.

Benedícite glácies & nives Dómino : * benedícite noctes & dies Dómino.

Benedícite lux & ténebræ Dómino : * benedícite fúlgura & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : * laudet & superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite montes & colles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária & flúmina Dómino.

Benedícite cete & ómnia quæ movéntur in aquis Dómino : * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ & pécora Dómino : * benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum : * laudet & superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus & ánimæ justórum Dómino : * benedícite sancti & húmiles corde Dómino.

http://ccwatershed.org

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino : * laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem & Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli : * & laudábilis & gloriósus, & superexaltátus in sæcula.

Hic non dicitur Glória Patri, *neque* Amen ; *in aliis Canticis dicuntur.*

Per annum Aña.



3. Aña. 8. G



T. Paschali Aña.



3. Aña. 6. F



Psalmus 148.

LAUDATE Dóminum de cælis : * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol & luna : * laudáte eum omnes stellæ & lumen.

Laudáte eum cæli cælórum : * & aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt : * ipse mandávit, & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum & in sæculum sæculi : * præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum : * quæ fáciunt verbum ejus :

Montes & omnes colles : * ligna fructífera & omnes cedri.

Béstiæ & univérsa pécora : * serpéntes & vólucres pennátæ.

Reges terræ & omnes pópuli : * príncipes & omnes júdices terræ.

Júvenes & vírgines : † senes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cælum & terram : * & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : * fíliis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 149.

CANTATE Dómino cánticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum : * & fílii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano & psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória : * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * & gládii ancípites in mánibus eórum :

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus : * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscríptum : * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 150.

LAUDATE Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus : † laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

http://ccwatershed.org

Per annum Aña.



Alle- lú- ia, alle- lú- ia, alle-lú-ia.

T. Paschali Aña.

Alle- lú- ia, alle- lú- ia, alle-lú- ia.

Sequens Capitulum dicitur in Dominicis a secunda post Epiphaniam usque ad Septuagesimam, et a Dominica III. post Pentecosten usque ad Adventum.

Capitulum. *Apoc. 7. c.*

BENEDICTIO, & cláritas, & sapiéntia, & gratiárum áctio, † honor & virtus, & fortitúdo Deo nostro * in sæcula sæculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.

Responsorium breve per annum.

INclína cor me-um De- us * In testimó-ni- a tu- a.



Inclí-na. ℣. Avérte ó-cu-los me- os, ne ví-de- ant va-ni-tá-



tem : in vi- a tu- a vi-ví- fi-ca me. * In testimóni- a tu- a.



Gló-ri- a Patri, & Fi- li- o, & Spi-ri-tu- i Sancto. Inclí-na.

Prædictum Resp. breve dicitur ad Laudes in Dñicis a II. post Epiphaniam usque ad Dñicam I. Quadragesimæ, et a III. post Pentecosten usque ad Adventum.

Quando ad Nocturnum dicitur Hymnus Primo diérum *(id est, ab Octava Epiphaniæ usque ad Dñicam I. Quadragesimæ et a Dñica proximiori Kalendis Octobris usque ad Adventum) ad Laudes dicitur sequens*

http://ccwatershed.org

Hymnus.

1.



Æ- térne re-rum Góndi-tor, Noctem di- émque qui



re-gis, Et témpo-rum das témpo-ra, Ut álle-ves fastí-di- um.

Præco diéi jam sonat,
Noctis profúndæ pérvigil,
Noctúrna lux viántibus
A nocte noctem ségregans.

Hoc excitátus lúcifer
Solvit polum calígine :
Hoc omnis errónum cohors
Viam nocéndi déserit.

Hoc nauta vires cólligit,
Pontíque mitéscunt freta :
Hoc, ipsa Petra Ecclésiæ,
Canénte, culpam díluit.

Surgámus ergo strénue,
Gallus jacéntes éxcitat,
Et somnoléntos íncrepat,
Gallus negántes árguit.

Gallo canénte spes redit,
Ægris salus refúnditur,
Mucro latrónis cónditur,
Lapsis fides revértitur.

Jesu labéntes réspice,
Et nos vidéndo córrige :
Si réspicis, lapsi stabunt,
Fletúque culpa sólvitur.

Tu lux refúlge sénsibus,
Mentísque somnum díscute :
Te nostra vox primum sonet,
Et vota solvámus tibi.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

Per annum. ℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, & præcinxit se virtúte.

A Septuagesima usque ad Quadragesimam.

℣. Dómine refúgium factus es nobis.
℟. A generatióne & progénie.

Quando ad Nocturnum dicitur Hymnus Nocte surgéntes *(i. e. ab Oct. Pentecostes usque ad Dñicam proximiorem Kal. Octobris), ad Laudes dicitur sequens*

Hymnus.

4.



ECce jam noctis tenu- á-tur umbra, Lu-cis auró-ra



Ut Deus nostri miserátus omnem
Pellat languórem, tríbuat salútem,
Donet & nobis pietáte Patris
Regna polórum.

Præstet hoc nobis Déitas b[eáta]
Patris, ac Nati, paritérque Sanĉ[ti]
Spíritus, cujus réboat in omni
Glória mundo.
Amen.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, & præcinxit se virtúte.

Antiphona conveniens, ut in Proprio de Tempore.

Canticum Zachariæ.

Lucæ 1. g.

BENEDICTUS Dóminus Deus Israel, * quia visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ :

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanĉtórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, * & de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * & memorári testaménti sui sanĉti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu in[imi]córum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanĉtitáte & justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis : * præibis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus, * in remissiónem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiæ Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis. Glória Patri.

Deinde dicitur Antiphona conveniens. Postea Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, *etc., totum clara voce, et in fine respondetur* Sed líbera nos a malo.

Tunc dicitur Oratio propria : et post eam, si occurrat eo die aliquod Festum Simplex, vel ad modum Simplicis recolendum, fit de eo Commemoratio. Postremo (si id tempus requirat) fiunt Commem. de S. Maria, de S. Joseph, de Apostolis, de S. P. Benediĉto, et de Patrono Ecclesiæ in ordine aliarum Commem. secundum illius dignitatem, et ultimo loco de Pace, ut infra in Vesperis Sabbati.

In fine, si discedendum sit a Choro, dicitur una ex Antiphonis B. Mariæ, ut habetur infra post Completorium.

FERIA SECUNDA AD LAUDES.

Tempore Paschali dicitur Ps. Dóminus regnávit, *cum reliquis Psalmis et Antiphonis, ut supra in Dominica. Capitulum vero, Resp. breve, Hymnus, Versus et Antiphona ad Benediĉtus, ut in Proprio de Tempore.*

Aliis temporibus per annum, quando non assignantur propriæ Antiphonæ, dicitur

1. Aña. 6. F



Ps. 50. Miserére mei Deus, *ut supra,* 21.

2. Aña. 8. c



Psalmus 5.

VERBA mea áuribus pércipe Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo : * Dómine mane exáudies vocem meam.

Mane adstábo tibi & vidébo : * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus : * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem : * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum abominábitur Dóminus : * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam : * adorábo ad templum sanĉtum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justítia

http://ccwatershed.org

tua : * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, † linguis suis dolóse agébant : * júdica illos Deus.

Décidant a cogitatiónibus suis, † secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos : quóniam irritavérunt te Dómin

Et læténtur omnes qui sperai in te, * in ætérnum exsultábun & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omi qui díligunt nomen tuum, quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ v luntátis tuæ * coronásti nos.

Anti-phona.



3. Aña. 8. c



Psalmus 35.

DIXIT injústus ut delínquat in semetípso : * non est timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolóse egit in conspéctu ejus : * ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas & dolus : * nóluit intellígere ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo : † ádstitit omni viæ non bonæ, * malítiam autem non odívit.

Dómine in cælo misericórdia tua : * & véritas tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut montes Dei : * judícia tua abyssus multa.

Hómines & juménta salvábis Dómine : * quemádmodum mu tiplicásti misericórdiam tua Deus.

Fílii autem hóminum, * in teg mine alárum tuárum sperábun

Inebriabúntur ab ubertáte de mus tuæ : * & torrénte volupt tis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te est fons vi tæ : * & in lúmine tuo vidéb mus lumen.

Prætende misericórdiam tua sciéntibus te, * & justítiam tu am his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supe biæ : * & manus peccatóris no móveat me.

Ibi cecidérunt qui operántu iniquitátem : * expúlsi sunt, ne potuérunt stare.

http://ccwatershed.org

Anti-phona.

4. Aña. 8. G



Canticum Isaiæ Prophetæ.

Cap. 12.

CONFITEBOR tibi Dómine, quóniam irátus es mihi : * convérsus est furor tuus, & consolátus es me.

Ecce Deus salvátor meus, * fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris : † & dicétis in die illa : * Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus :

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus : * mementóte quóniam excélsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino quóniam magnífice fecit : * annuntiáte hoc in univérsa terra.

Exsúlta & lauda habitátio Sion : * quia magnus in médio tui sanctus Israel.

Anti-phona.





5. Aña. 1. à



Psalmus Laudáte Dóminum de cælis. *cum reliquis, 26.*

Capitulum sequens cum Resp. brevi dicitur in feriali Officio ab Octava Epiphaniæ usque ad Dñicam I. Quadrag., et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum. Aliis temporibus habentur propria.

ANTIPH. M.

Capitulum. *Rom. 13. d.*

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus e[...] ópera tenebrárum, & induámur arma lucis. * Sicut in [...] honéste ambulémus.

℟. br.



S Ana á-nimam me- am, * Qui- a peccá-vi ti-bi.



Sa-na. ℣. Ego di-xi : Dómi-ne mi-se-ré-re me- i. * Qui- a.



Gló-ri- a Patri, & Fi-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Sana.

Hymnus.

6.



S Plendor pa-térnæ gló-ri- æ, De lu-ce lu-cem pró-fe[...]



rens, Lux lu-cis, & fons lúmi-nis, Di- em di- es illúmi-nans.

Verúsque sol illábere,
Micans nitóre pérpeti :
Jubárque Sancti Spíritus
Infúnde nostris sénsibus.

Votis vocémus & Patrem,
Patrem perénnis glóriæ,
Patrem poténtis grátiæ,
Culpam relégat lúbricam.

Confírmet actus strénuos,
Dentes retúndat ínvidi,
Casus secúndet ásperos,
Donet geréndi grátiam.

Mentem gubérnet & regat,
Casto, fidéli córpore;
Fides calóre férveat,
Fraudis venéna nésciat.

Christúsque nobis sit cibus,
Potúsque noster sit fides :
Læti bibámus sóbriam
Ebrietátem Spíritus.

Lætus dies hic tránseat,
Pudor sit ut dilúculum,
Fides velut merídies,
Crepúsculum mens nésciat.

Auróra cursus próvehit,
Auróra totus pródeat,
In Patre totus Fílius,
Et totus in Verbo Pater.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

6. F



B Ene-dí-ctus Dómi-nus De- us Isra- el.



E u o u a e.

Deinde Superior dicit : Kyrie eléison. *Resp.* Christe eléison. Kyrie eléison. *Deinde idem Superior addit,* Pater noster, *totum clara voce, et Chorus respondet :* Sed líbera nos a malo. *Deinde dicitur Oratio conveniens.*

Quando in feriali Officio fiunt Commem. communes de S. Maria, de S. Joseph, de Apostolis, de S. P. Benedicto, et de Pace, ante eas tam in Laudibus quam in Vesperis fit Commemoratio de Cruce, Aña. Per signum crucis, *ut in Vesperis Sabbati. Quæ Commem. de Cruce fit in Feriis tantum.*

Tempore Paschali fit alia Commem. de Cruce, per Añam Crucifíxus, *quæ habetur infra in Vesperis Sabbati, omissis aliis Commemorationibus supradictis.*

FERIA TERTIA AD LAUDES.

1. Aña. 4. E



D E-le Dómi-ne in-iqui- tá-tem me- am.



E u o u a e.

Psalmus 50. Miserére mei Deus. 21.

http://ccwatershed.org

2. Aña. 6. F

S



Psalmus 42.

JUDICA me Deus, & discérne causam meam de gente non sancta, * ab hómine iníquo & dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea : † quare me repulísti ? * & quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus ?

Emítte lucem tuam & veritátem tuam : † ipsa me deduxérunt & adduxérunt in montem

sanctum tuum, * & in taber
cula tua.

Et introíbo ad altáre Dei
ad Deum, qui lætíficat juven
tem meam.

Confitébor tibi in cíthara D
us Deus meus : * quare tris
es ánima mea ? & quare cont
bas me ?

Spera in Deo, quóniam adh
confitébor illi : * salutáre vu
tus mei, & Deus meus.

Anti-
phona.

3. Aña. 8. G

Q



Psalmus 56.

MISERERE mei Deus, miserére mei : * quóniam in te confídit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum : * Deum qui benefécit mihi.

Misit de cælo, & liberávit me : * dedit in oppróbrium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam su-
am & veritátem suam, † & e
puit ánimam meam de méd
catulórum leónum : * dorm
conturbátus.

Filii hóminum dentes eóru
arma & sagíttæ : * & lingua e
rum gládius acútus.

Exaltáre super cælos Deus
& in omnem terram glória tu

Láqueum paravérunt pédib
meis : * & incurvavérunt án
mam meam.

Fodérunt ante fáciem mea
fóveam : * & incidérunt in ea

http://ccwatershed.org

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum : * cantábo, & psalmum dicam.

Exsúrge glória mea, exsúrge psaltérium & cíthara : * exsúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine : * & psalmum dicam tibi in géntibus :

Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua, * & usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos Deus : * & super omnem terram glória tua.

Anti-
phona.



4. Aña. 3. g

C



Canticum Ezechiæ.

Isaiæ 38. b.

EGO dixi : In dimídio diérum meórum * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum. * Dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non adspíciam hóminem ultra, * & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est & convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velut a texénte vita mea : † dum adhuc ordírer, succídit me : * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane, * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea :

De mane usque ad vésperam fínies me : † sicut pullus hirúndinis sic clamábo, * meditábor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.

Dómine vim pátior, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit ?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine si sic vívitur, & in tálibus vita spíritus mei, † corrípies me, & vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret : * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, † neque mors laudábit te : * non exspectábunt qui descén-

dunt in lacum, veritátem tuam. Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut & ego hódie : * pater filiis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac, * psalmos nostros cantábimus cu[...]ctis diébus vitæ nostræ in dom[...] Dómini.

Anti-
phona.



5. Aña.
5. a





Ps. Laudáte Dóminum de cælis. 26.

Capitulum. *Rom. 13. d.*

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus erg[o] ópera tenebrárum, & induámur arma lucis. * Sicut in d[ie] honéste ambulémus.

℟. *breve.* Sana ánimam meam, *ut supra in Feria secunda,* 34.

Hymnus.

6.





http://ccwatershed.org

Auférte, clamat, léctulos,
Ægro sopóre désides :
Castique, recti ac sóbrii
Vigiláte : jam sum próximus.

Jesum ciámus vócibus,
Flentes, precántes, sóbrii :
Inténta supplicátio
Dormire cor mundum vetat.

Tu Christe somnum discute,
Tu rumpe noctis vincula,
Tu solve peccátum vetus,
Novúmque lumen ingere.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



FERIA QUARTA AD LAUDES.

1. Aña.
7. a





Ps. 50. Miserére mei Deus. 21.

2. Aña.
2. D



Psalmus 63.

EXAUDI Deus oratiónem meam cum déprecor : * a timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me a convéntu malignántium, * a multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas : † intendérunt arcum rem amáram, * ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunt eum, & non timébunt : * firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscónderent láqueos : * dixérunt : Quis débit eos?

Scrutáti sunt iniquítates defecérunt scrutántes scrutin

Accédet homo ad cor altu & exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ s plagæ eórum : * & infirm sunt contra eos linguæ eóru

Conturbáti sunt omnes vidébant eos : * & tímuit om homo.

Et annuntiavérunt ópera De & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómi & sperábit in eo, * & laudabi tur omnes recti corde.

Anti-
phona.





3. Aña.
8. c



Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion : * & tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratiónem meam : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos : * & impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti & assu psísti : * inhabitábit in átriis tu

Replébimur in bonis dom tuæ : * sanctum est templu tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus salutáris no ster, * spes ómnium fínium te ræ, & in mari longe.

Præparans montes in virtú

http://ccwatershed.org

tua, accinctus poténtia : * qui contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, & timébunt qui hábitant términos a signis tuis : * éxitus matutíni & véspere delectábis.

Visitásti terram, & inebriásti eam : * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, † parásti cibum illórum : * quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus : * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ : * & campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti : * & exsultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, † & valles abundábunt fruménto : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Anti-
phona.



4. Aña.
1. g



Canticum Annæ.

1. Reg. 2.

EXSULTAVIT cor meum in Dómino, * & exaltátum est cornu meum in Deo meo :

Dilatátum est os meum super inimícos meos : * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ut est Dóminus : † neque enim est álius extra te, * & non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia, * gloriántes.

Recédant vétera de ore vestro : † quia Deus scientiárum Dóminus est, * & ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est, * & infírmi accíncti sunt róbore.

Repléti prius, pro pánibus se locavérunt : * & famélici saturáti sunt,

Donec stérilis péperit plúrimos : * & quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat & vivíficat, * dedúcit ad ínferos & redúcit.

Dóminus páuperem facit & ditat, * humíliat & súblevat.

Súscitat de púlvere egénum, * & de stércore élevat páuperem :

Ut sédeat cum princípibus, * & sólium glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdines

terræ, * & pósuit super eos orbem.
Pedes sanctórum suórum servábit, † & ímpii in ténebris conticéscent : * quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.
Dóminum formidábunt adversárii ejus : * & super ipsos in cælis tonábit.
Dóminus judicábit fines te ræ, † & dabit impérium r suo, * & sublimábit cornu Ch sti sui.

Antiphona.



Dómi- nus ju-di-cá-bit fi-nes terræ.

5. Aña. 2. D



CÆ-li cæ-ló-rum laudá-te De- um. E u o u a e.

Ps. Laudáte Dóminum de cælis. 26.

Capitulum. *Rom. 13. d.*

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus er ópera tenebrárum, & induámur arma lucis. * Sicut in d honéste ambulémus.

℟. *br.* Sana ánimam meam, *ut supra in Feria secunda,* 34.

Hymnus.

6.



NOx, & tenébræ, & nú-bi-la, Confú-sa mundi & tú



bi-da : Lux intrat, albéscit po-lus : Christus ve-nit, discé-di-te

Calígo terræ scínditur,
Percússa solis spículo :
Rebúsque jam color redit
Vultu niténtis síderis.

Te Christe solum nóvimus,
Te mente pura & símplici,
Flendo & canéndo quæsumus,
Inténde nostris sénsibus.

Sunt multa fucis íllita,
Quæ luce purgéntur tua :
Tu lux Eói síderis
Vultu seréno illúmina.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Ame

http://ccwatershed.org

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

2. D



DE manu ómni- um qui o-dé-runt nos lí-be-ra nos



Dómi-ne. E u o u a e.

FERIA QUINTA AD LAUDES.

1. Aña. 8. G



TI-bi so-li peccá-vi Dómi-ne, mi-se-ré-re me- i.



E u o u a e. *Ps.* 50. Miserére mei Deus. 21.

2. Aña. 5. a



INtret o-rá-ti- o. E u o u a e.

Psalmus 87.

DOMINE Deus salútis meæ : * in die clamávi, & nocte coram te.
Intret in conspéctu tuo orátio mea : * inclína aurem tuam ad precem meam :
Quia repléta est malis ánima mea : * & vita mea inférno appropinquávit.
Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber.
Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, † quorum non es memor ámplius : * & ipsi de manu tua repúlsi sunt.
Posuérunt me in lacu inferióri : * in tenebrósis, & in umbra mortis.
Super me confirmátus est fu-

ror tuus : * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me : * posuérunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, & non egrediébar : * óculi mei languérunt præ inópia.

Clamávi ad te Dómine tota die : * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília : * aut médici suscitábunt, & confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua : * & justítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te Dómine clam vi : * & mane orátio mea p véniet te.

Ut quid Dómine repéllis o tiónem meam : * avértis fáci tuam a me?

Pauper sum ego, & in la ribus a juventúte mea : * ex tátus autem, humiliátus sum conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ & terróres tui conturbavérun me.

Circumdedérunt me sicut aqu tota die : * circumdedérunt m simul.

Elongásti a me amícum & próximum : * & notos meos miséria.

Anti-
phona.



3. Aña.
6. F



Psalmus 89.

DOMINE refúgium factus es nobis, * a generatióne in generatiónem.

Priúsquam montes fíerent, aut formarétur terra & orbis : * a sæculo & usque in sæculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem : * & dixísti : Convertímini fílii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tamquam dies hester na quæ prætériit,

Et custódia in nocte : * qu pro níhilo habéntur, eórum an erunt.

Mane sicut herba tránseat, mane flóreat & tránseat : * vésp re décidat, indúret & aréscat.

Quia defécimus in ira tua, & in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras i conspéctu tuo : * sæculum no

http://ccwatershed.org

strum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt : * & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur : * dies annórum nostrórum in ipsis, septuagínta anni.

Si autem in potentátibus, octogínta anni : * & ámplius eórum, labor & dolor.

Quóniam supervénit mansuetúdo : * & corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ : * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam sic notam fac : * & erudítos corde in sapiéntia.

Convértere Dómine úsquequo : * & deprecábilis esto super servos tuos.

Replé ti sumus mane misericórdia tua : * & exsultávimus, & delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliásti : * annis quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos & in ópera tua : * & dírige fílios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † & ópera mánuum nostrárum dírige super nos : * & opus mánuum nostrárum dírige.

Anti-
phona.



4. Aña.
4. E

Canticum Moysi.

Exod. 15.

CANTEMUS Dómino : gloriose enim magnificátus est, * equum & ascensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem.

Iste Deus meus, & glorificábo eum : * Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, † Omnípotens nomen ejus. * Currus Pharaónis & exércitum ejus projécit in mare.

Elécti príncipes ejus submérsi sunt in mari Rubro : † abyssi operuérunt eos, * descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta est in fortitúdine : † déxtera tua Dómine percússit inimícum. * Et in multitúdine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos :

Misisti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stipulam. * Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ :

Stetit unda fluens, * congregátæ sunt abyssi in médio mari.

Dixit inimícus : Pérsequar & comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur ánima mea :

Evaginábo gládium meum, * interfíciet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, & opéruit eos mare : * submérsi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis símilis tui in fórtibus Dómine? † quis símilis tui, magníficus in sanctitáte, * terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, & devorávit eos terra. * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti :

Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, & iráti sunt : * dolóres obtinuérunt habitatóres Philisthiim.

Tunc conturbáti sunt prín pes Edom, † robústos Moab tinuit tremor : * obriguér omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído pavor, * in magnitúdine brác tui :

Fiant immóbiles quasi lapis donec pertránseat pópulus tu Dómine, * donec pertránseat p pulus tuus iste, quem possedísti.

Introdúces eos, & plantá in monte hæreditátis tuæ, * missimo habitáculo tuo qu operátus es Dómine :

Sanctuárium tuum Dómin quod firmavérunt manus tuæ. Dóminus regnábit in ætérnu & ultra.

Ingréssus est enim eques Ph rao cum cúrribus & equitibu ejus in mare : * & redúxit su per eos Dóminus aquas maris.

Fílii autem Israel ambulave runt per siccum * in médio ejus.

Anti-phona.



Cantémus Dómi-no glo-ri- ó-se.

5. Aña. 6. F



IN sanctis e-jus lau-dá-te De- um. E u o u a e.

Ps. Laudáte Dóminum de cælis. 26.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Rom. 13. d.*

NOx præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

℟. *br.* Sana ánimam meam, *ut supra in Feria secunda, 34.*

Hymnus.

6.



LUx ecce surgit áure- a, Pallens fa-tiscat cæ-ci-tas,



Quæ nosmet in præceps di- u Erró-re tra-xit dé-vi- o.

Hæc lux serénum cónferat,
Purósque nos præstet sibi :
Nihil loquámur súbdolum,
Volvámus obscúrum nihil.

Sic tota decúrrat dies,
Ne lingua mendax, ne manus,
Oculíve peccent lúbrici,
Ne noxa corpus ínquinet.

Speculátor adstat désuper,
Qui nos diébus ómnibus,
Actúsque nostros próspicit
A luce prima in vésperum.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Replétí sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



IN sancti-tá-te servi- ámus Dómi-no, & li-be-rá-



bit nos ab in-i-mí-cis nostris. E u o u a e.

FERIA SEXTA AD LAUDES.

1. Aña. I. a



SPí-ri-tu princi-pá-li confírma cor me- um De- us.



E u o u a e.

Ps. 50. Miserére mei Deus. 21.

2. Aña. 8. c



IN Is-ra- el. E u o u a e.

Psalmus 75.

NOTUS in Judæa Deus : * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : * & habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * scutum, gládium & bellum.

Illúminans tu mirabíliter a móntibus ætérnis : * turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum suum : * & nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus suis.

Ab increpatióne tua Deus Jacob * dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis re stet tibi ? * ex tunc ira tua.

De cælo audítum fecísti judi cium : * terra trémuit & quiévi

Cum exsúrgeret in judícium Deus, * ut salvos fáceret omne mansuétos terræ.

Quóniam cogitátio hómini confitébitur tibi : * & relíquiæ co gitatiónis diem festum agent tibi

Vovéte, & réddite Dómino Deo vestro : * omnes qui in ci cúitu ejus affértis múnera.

Terríbili & ei qui aufert spíri tum príncipum, * terríbili apud reges terræ.

Antiphona.



In Is-ra- el magnum nomen e-jus.

3. Aña. 8. c



BOnum est. E u o u a e.

Psalmus 91.

BONUM est confitéri Dómino : * & psállere nómini tuo Altíssime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam : * & veritátem tuam per noctem.

In decachórdo, psaltério : * cum cántico, in cíthara.

Quia delectásti me Dómine in factúra tua : * & in opéribus manuum tuárum exsultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine ! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insipiens non cognóscet : * & stultus non intélliget hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut fænum : * & apparúerint omnes qui operántur iniquitátem :

Ut intéreant in sæculum sæculi : * tu autem Altíssimus in ætérnum Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui Dómine, † quóniam ecce inimíci tui períbunt : * & dispergéntur omnes qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum : * & senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos : * & in insurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Justus ut palma florébit : * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : * & bene patiéntes erunt, ut annúntient :

Quóniam rectus Dóminus Deus noster : * & non est iníquitas in eo.

Antiphona.



Bonum est confi-té-ri Dómi-no.

4. Aña. 4. E

DOmi-ne. E u o u a e.

Canticum Habacuc. *Cap. 3.*

DOMINE audívi auditiónem tuam, * & tímui.

Dómine opus tuum, * in médio annórum vivífica illud :

In médio annórum notum fá-

http://ccwatershed.org

cies : * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * & sanctus de monte Pharan :

Opéruit cælos glória ejus : * & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : * córnua in mánibus ejus :

Ibi abscóndita est fortitúdo ejus : * ante fáciem ejus ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus. * Stetit, & mensus est terram.

Adspéxit, & dissólvit gentes : * & contríti sunt montes sæculi.

Incurváti sunt colles mundi, * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ, * turbabúntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irátus es Dómine? † aut in flumínibus furor tuus? * vel in mari indignátio tua?

Qui ascéndes super equos tuos : * & quadrígæ tuæ salvátio.

Súscitans suscitábis arcum tuum : * juraménta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ : † vidérunt te, & doluérunt montes : * gurges aquárum tránsiit.

Dedit abyssus vocem suam : * altitúdo manus suas levávit.

Sol & luna stetérunt in habitáculo suo, † in luce sagittárum tuárum, * ibunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis ter-
ram : * & in furóre obstu
cies gentes.
Egréssus es in salútem po
tui, * in salútem cum Christo
Percussísti caput de domo
pii : * denudásti fundamén
ejus usque ad collum.
Maledixísti sceptris ejus,
piti bellatórum ejus, * ven
tibus ut turbo ad dispergén
me.
Exsultátio eórum * sicut e
qui dévorat páuperem in a
cóndito.
Viam fecísti in mari eq
tuis, * in luto aquárum mu
rum.
Audívi, & conturbátus est v
ter meus : * a voce contrem
runt lábia mea.
Ingrediátur putrédo in óssi
meis, * & subter me scáteat.
Ut requiéscam in die trib
tiónis : * ut ascéndam ad po
lum accínctum nostrum.
Ficus enim non florébit :
non erit germen in víneis.
Mentiétur opus olívæ :
arva non áfferent cibum.
Abscindétur de ovíli pecus,
& non erit arméntum in præ
pibus.
Ego autem in Dómino gau
bo : * & exsultábo in Deo J
meo.
Deus Dóminus fortitúdo me
& ponet pedes meos quasi
vórum.
Et super excélsa mea dedu
me victor * in psalmis canénte

http://ccwatershed.org

Anti-phona.



Dómi-ne au-dí-vi au-dí-tum tu- um, & tímu- i.

5. Aña. 1. f



I N tympano & cho-ro, in chordis & órga-no



laudá-te De- um. E u o u a e.

Ps. Laudáte Dóminum de cælis. 26.

Capitulum. *Rom. 13. d.*

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

℟. *breve.* Sana ánimam meam, *ut in Feria secunda,* 34.

Hymnus.

6.



Æ - térna cæ-li gló-ri- a, Be- á-ta spes mortá-li- um,



Celsi Tonántis Uni-ce, Castæque pro-les Virgi-nis.

Da déxteram surgéntibus,
Exsúrgat ut mens sóbria,
Flagrans & in laudem Dei
Grates repéndat débitas.

Ortus refúlget lúcifer,
Sparsámque lucem núntiat :
Cadit calígo nóctium,
Lux sancta nos illúminet.

Manénsque nostris sénsibus,
Noctem repéllat sæculi,
Omníque fine diéi
Purgáta servet péctora.

Quæsíta jam primum fides
Radícet altis sénsibus ;
Secúnda spes congáudeat,
Qua major exstat cáritas.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

SABBATO AD LAUDES.

1. Aña. 4. E



Ps. 50. Miserére mei Deus. 21.

2. Aña. 8. G

Psalmus 142.

DOMINE exáudi oratiónem meam : † áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua : * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo : * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimi[cus] ánimam meam : * humiliávit [in] terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris s[icut] mórtuos sǽculi : † & anx[ius est] super me spíritus meu[s] : in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiqu[ó]rum, † meditátus sum in óm[ni]bus opéribus tuis : * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te : * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me Dómine : * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me : * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam : * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem : * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum Dómine vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam : * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : * quóniam ego servus tuus sum.

Antiphona.



3. Aña. 6. F

Canticum Moysi.

Deut. 32.

AUDITE cæli quæ loquor, * áudiat terra verba oris mei.

Concréscat ut plúvia doctrína mea, * fluat ut ros elóquium meum,

Quasi imber super herbam, † & quasi stillæ super grámina. * Quia nomen Dómini invocábo :

Date magnificéntiam Deo nostro. † Dei perfécta sunt ópera, * & omnes viæ ejus judícia :

Deus fidélis, & absque ulla iniquitáte, justus & rectus. * Peccavérunt ei, & non fílii ejus in sórdibus :

Generátio prava atque pervérsa. * Hæccine reddis Dómino pópule stulte & insípiens ?

Numquid non ipse est pater tuus, * qui possédit te, & fecit, & creávit te ?

Meménto diérum antiquórum, * cógita generatiónes síngulas :

Intérroga patrem tuum, & annuntiábit tibi : * majóres tuos, & dicent tibi.

Quando dividébat Altíssimus

http://ccwatershed.org

quia sánguinem servórum suórum ulciscétur :
Et vindíctam retríbuet in hostes eórum, * & propítius terræ pópuli sui.

Antiphona. Da-te magni-tú-di-nem De- o nostro.

4. Aña. 4. E I N cymba- lis be-ne-sonánti-bus laudá-te De- um.

E u o u a e. *Ps.* Laudáte Dóminum de cælis. 26.

Capitulum. *Rom. 13. d.*

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

℟. *br.* Sana ánimam meam, *ut in Feria secunda,* 34.

Hymnus.

6. A U-ró-ra jam spargit po-lum, Terris di- es illá-bitur : Lu-cis re-súltat spí-cu-lum, Discé-dat omne lúbri-cum.

Phantásma noctis décidat,
Mentis reátus súbruat :
Quidquid tenébris hórridum
Nox áttulit culpæ, cadat.

Et mane illud último,
Quod præstolámur cérnui,
In lucem nobis éffluat,
Dum hoc canóre cóncrepat.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G I L-luminá- re Dó-mi-ne his qui in té-nebris sedent, & di-ri-ge pe-des nostros in vi- am pa- cis, De- us Is- ra- el.

E u o u a e.

DOMINICA AD PRIMAM.

Hymnus.

In Dominicis per annum et Festis non solemnibus.

2. J AM lu-cis orto si-de-re, De- um pre-cémur súppli-ces, Ut in di- úrnis áctibus Nos servet a no-cénti-bus.

Linguam refrænans témperet,
Ne litis horror ínsonet :
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,
Absístat & vecórdia :
Carnis terat supérbiam
Potus cibíque párcitas.

Ut cum dies abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.

¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

Tonus in Festivitatibus proprium non habentibus, ut supra, 1.

Per annum Aña. 8. G A L-le- lú-ia. E u o u a e.

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS. - MO.

http://ccwatershed.org

T. Paschali
Aña. 8. G



A L-le-lú- ia. E u o u a e.

Psalmus 118.

BEATI immaculáti in via : * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus : * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas justificatiónes tuas.

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis : * in eo quod dídici judícia justítiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam : * non me derelínquas usquequáque.

IN quo córrigit adolescéntior viam suam ? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua : * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine : * doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuó[rum] delectátus sum, * sicut in ómn[i]bus divítiis.

In mandátis tuis exercébor : & considerábo vias tuas.

In justificatiónibus tuis [me]ditábor : * non oblivíscar [ser]mónes tuos.

RETRIBUE servo tuo, viv[ifica] me : * & custódiam [ser]mónes tuos.

Revéla óculos meos : * & con[]siderábo mirabília de lege tu[a].

Incola ego sum in terra : * non abscóndas a me mandá[ta] tua.

Concupívit ánima mea des[i]deráre justificatiónes tuas, * [in] omni témpore.

Increpásti supérbos : * male[]dícti qui declínant a mandá[tis] tuis.

Aufer a me oppróbrium [&] contémptum : * quia testimó[nia] tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, [&] advérsum me loquebántur : [*] servus autem tuus exercebá[tur] in justificatiónibus tuis.

Nam & testimónia tua med[i]tátio mea est : * & consílium meum justificatiónes tuæ.

ADHÆSIT paviménto ánim[a] mea : * vivífica me secún[]dum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudísti me : * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum instrue me : * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio : * confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me : * & de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi : * judícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis Dómine : * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cum dilatásti cor meum.

Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantum, quando fit Officium de Dominica ut in Psalterio, et in Festo Ss. Trinitatis.

Symbolum S. Athanasii.

QUICUMQUE vult salvus esse, * ante ómnia opus est ut téneat cathólicam fidem :

Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit, * absque dúbio in ætérnum períbit.

Fides autem cathólica hæc est : † ut unum Deum in Trinitáte, * & Trinitátem in unitáte venerémur.

Neque confundéntes persónas, * neque substántiam separántes.

Alia est enim persóna Patris, ália Fílii, * ália Spíritus Sancti.

Sed Patris, & Fílii, & Spíritus Sancti una est divínitas, * æquális glória, coætérna majéstas.

Qualis Pater, talis Fílius, * talis Spíritus Sanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius, * increátus Spíritus Sanctus.

Imménsus Pater, imménsus Fílius, * imménsus Spíritus Sanctus.

Ætérnus Pater, ætérnus Fílius, * ætérnus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres ætérni, * sed unus ætérnus.

Sicut non tres increáti, nec tres imménsi, * sed unus increátus, & unus imménsus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipoténtes, * sed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii : * sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres Dómini : * sed unus est Dóminus.

Quia, sicut singillátim unamquámque persónam Deum ac Dóminum confitéri christiána veritáte compéllimur : * ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólica relígióne prohibémur.

Pater a nullo est factus : * nec creátus, nec génitus.

Fílius a Patre solo est : * non factus, nec creátus, sed génitus.

Spíritus Sanctus a Patre & Fílio : * non factus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres : † unus Fílius, non tres

http://ccwatershed.org

Filii : * unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, † nihil majus aut minus : * sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt & coæquáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam supra dictum est, † & únitas in Trinitáte, * & Trinitas in unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo salvus esse, * ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad ætérnam salútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credámus & confiteámur, † quia Dóminus noster Jesus Christus Dei Filius, * Deus & homo est.

Deus est ex substántia Patris ante sæcula génitus : * & homo est ex substántia matris in sæculo natus.

Perféctus Deus, perféctus homo : * ex ánima rationáli & humána carne subsístens.

Æquális Patri secúndum divinitátem : * minor Patre secúndum humanitátem.

Qui licet Deus sit & hom[...] non duo tamen, sed unus [...] Christus.

Unus autem non conversio[ne] divinitátis in carnem, * sed [as]sumptióne humanitátis in Deum.

Unus omníno non confusióne substántiæ, * sed unitáte [per]sónæ.

Nam sicut ánima rationális [&] caro unus est homo : * ita Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salúte [no]stra, descéndit ad ínferos : * [ter]tia die resurréxit a mórtuis.

Ascéndit ad cælos, sedet [ad] déxteram Dei Patris omnipoténtis : * inde ventúrus est judicá[re] vivos & mórtuos.

Ad cujus advéntum omn[es] hómines resúrgere habent cum corpóribus suis : * & reddit[úri] sunt de factis própriis ratiónem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam : * qui vero mala, in ignem ætérnum.

Hæc est fides cathólica, [...] quam nisi quisque fidéliter fi[r]mitérque credíderit, * salvus esse non póterit.

Glória Patri.

Per annum Aña.



A L-le- lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

T. Paschali Aña.



A L-le-lú- ia, alle-lú-ia, alle-lú- ia, alle- lú-ia.

Capitulum et reliqua omnia dicuntur ut notantur Feria II. 5.

DOMINICA AD TERTIAM.

Hymnus.

In Dominicis per annum et Festis non solemnibus.



2. N Unc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum



Fí-li- o, Dignâ-re promptus ínge-ri, Nostro re-fú-sus



pécto-ri. *In Festivit. proprium tonum non habentibus, ut infra,* 72.

Os, lingua, mens, sensus, vigor,
Confessiónem pérsonent,
Flamméscat igne cáritas,
Accéndat ardor próximos.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Per annum Aña. 8. G



A L-le- lú-ia. E u o u a e.

T. Paschali Aña. 8. G



A L-le-lú- ia. E u o u a e.

Psalmus.

LEGEM pone mihi Dómine viam justificatiónum tuárum : * & exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, & scrutábor legem tuam : * & custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum : * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua : * & non in avarítiam.

http://ccwatershed.org

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem : * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum : * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua : * in æquitáte tua vivífica me.

ET véniat super me misericórdia tua Dómine : * salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum : * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque : * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper : * in sæculum & in sæculum sæculi.

Et ambulábam in latitúdine : * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum : * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tu-is, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi : * & exercébar in justificatiónibus tuis.

MEMOR esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea : * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant usquequáque : * a lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuorum a sæculo Dómine : * & consolátus sum.

Deféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine : * & custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi : * quia justificatiónes tuas exquisívi.

Per annum Aña.



T. Paschali Aña.

Sequens Capitulum et alia in aliis Horis dicuntur in Dominicis a II. post Epiphaniam usque ad Septuagesimam, et a III. post Pentecosten usque ad Adventum. Versus etiam usque ad Dominicam I. Quadragesimæ.

Capitulum. *1. Joan. 4. c.*

DEUS cáritas est : † & qui manet in caritáte, in Deo manet, * & Deus in eo.

℣. Ego dixi, Dómine miserére mei.

℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Kyrie eléison, *etc.* Pater noster, *secreto. Oratio conveniens.*

DOMINICA AD SEXTAM.

Hymnus.

In Dominicis per annum et Festis non solemnibus.

2.



Exstíngue flammas litium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

¶ Præsta, Pater piissime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Tonus in Festivitatibus proprium non habentibus, ut infra, 76.

Per annum Aña. 8. G



T. Paschali Aña. 8. G



Psalmus.

PORTIO mea Dómine, * dixi custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo : * miserére mei secúndum elóquium tuum.

http://ccwatershed.org

Cogitávi vias meas : * & convérti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, & non sum turbátus : * ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me : * & legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, * super judícia justificatiónis tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te : * & custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua Dómine plena est terra : * justificatiónes tuas doce me.

BONITATEM fecísti cum servo tuo Dómine, * secúndum verbum tuum.

Bonitátem, & disciplínam, & sciéntiam doce me : * quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego deliqui : * proptérea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu : * & in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum : * ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum : * ego vero legem tu meditátus sum.

Bonum mihi quia humili me : * ut discam justificatió tuas.

Bonum mihi lex oris tu super míllia auri & argénti.

MANUS tuæ fecérunt me, * plasmavérunt me : * d mihi intelléctum, & discam mandáta tua.

Qui timent te vidébunt me & lætabúntur : * quia in ver tua supersperávi.

Cognóvi Dómine quia æqui judícia tua : * & in veritáte tu humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut con solétur me, * secúndum elóqui um tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratióne tuæ, & vivam : * quia lex tu meditátio mea est.

Confundántur supérbi, qui injúste iniquitátem fecérunt in me : * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te : * & qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, * ut non confúndar.

Per annum Aña.



A L-le-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

T. Paschali Aña.



A L-le-lú- ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, al-le-lú-ia.

Capitulum. *Galat. 6.*

ALTER altérius ónera portáte, * & sic adimplébitis legem Christi.
℟. Deo grátias.

℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

DOMINICA AD NONAM.

Hymnus.

In Dominicis per annum et Festis non solemnibus.

2.



R E-rum De- us te-nax vi-gor, Immó-tus in te pér-

manens, Lu-cis di-úrnæ témpo-ra Succéssi-bus de- términans :

Largíre clarum véspere,
Quo vita nusquam décidat,
Sed præmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

In Festivitatibus proprium tonum non habentibus, ut infra, 80.

Per annum Aña. 8. G



A L-le- lú-ia. E u o u a e.

T. Paschali Aña. 8. G



A L-le-lú- ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Psalmus.

DEFECIT in salutáre tuum ánima mea : * & in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes : Quando consoláberis me ?

Quia factus sum sicut uter in pruína : * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui ? * quando fácies de persequéntibus me judícium ?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes : * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas : * inique persecúti sunt me, ádjuva me.

Paulo minus consummavérunt me in terra : * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam vivífica me : * & custódiam testimónia oris tui.

IN ætérnum Dómine, * verbum tuum pérmanet in cælo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua : * fundásti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tua persevérat dies : * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditátio mea est : * tunc forte periíssem in humilitáte mea.

In ætérnum non obliv[...] justificatiónes tuas : * qu[...] ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum fac : * quóniam justificati[...] tuas exquisívi.

Me exspectavérunt peccat[...] ut pérderent me : * testim[...] tua intelléxi.

Omnis consummatiónis [...] finem : * latum mandátum tu[...] nimis.

QUOMODO diléxi legem tu[...] Dómine ! * tota die me[...] tátio mea est.

Super inimícos meos prud[...] tem me fecísti mandáto tuo[...] quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me[...] telléxi : * quia testimónia tu[...] meditátio mea est.

Super senes intelléxi : * qui[...] mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohib[...] pedes meos : * ut custódia[...] verba tua.

A judíciis tuis non declináv[...] quia tu legem posuísti mihi.

Quam dúlcia fáucibus me[...] elóquia tua, * super mel o[...] meo.

A mandátis tuis intelléxi : [...] proptérea odívi omnem via[...] iniquitátis.

Per annum Aña.



A L-le- lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia.

http://ccwatershed.org

T. Paschali Aña.



A L-le-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia, al-le- lú- ia.

Capitulum. *1. Cor. 6. d.*

EMPTI enim estis prétio magno. * Glorificáte & portáte Deum in córpore vestro.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

FERIA SECUNDA AD TERTIAM.

Hymnus. Nunc Sancte nobis Spíritus. *ut in Dominica,* 61., *vel per Hebdomadam ad Tertiam,* 72.

Per annum Aña. 8. c



A D-juva me. E u o u a e.

Tempore Adventus, Aña e Laudibus Dñicæ præced. vel ex propriis Laudibus.

Tempore Quadragesimæ, Passionis, et Paschali in Feriali Officio, Antiphona ut infra ad Tertiam per Hebdomadam, 73.

Psalmus.

LUCERNA pédibus meis verbum tuum, * & lumen sémitis meis.

Jurávi, & státui * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáque Dómine : * vivífica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac Dómine : * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper : * & legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi : * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum : * quia exsultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

INIQUOS ódio hábui : * & legem tuam diléxi.

Adjútor & suscéptor meus es tu : * & in verbum tuum supersperávi.

Declináte a me malígni : * & scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, & vivam : * & non confúndas me ab exspectatióne mea.

Adjuva me, & salvus ero : * & meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes a judíciis tuis : * quia injústa cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ : * ídeo diléxi testimónia tua.

Confige timóre tuo carnes meas : * a judíciis enim tuis tímui.

FECI judícium & justítiam : * non tradas ne calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in[...] num : * non calumniéntur[...] supérbi.

Oculi mei defecérunt in sa[...] táre tuum : * & in elóqui[...] justítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúnd[...] misericórdiam tuam : * & ju[...] ficatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : *[...] mihi intelléctum, ut sciam te[...] mónia tua.

Tempus faciéndi Dómine[...] dissipavérunt legem tuam.[...]

Ideo diléxi mandáta tua[...] super aurum & topázion.

Proptérea ad ómnia mand[...] tua dirigébar : * omnem vi[...] iníquam ódio hábui.

Per annum
Aña.



Capitulum. *Jerem. 17. c.*

SANA me Dómine, & sanábor : † salvum me fac, & salvus ero[...] quóniam laus mea tu es.

℣. Adjútor meus esto, ne derelínquas me.
℟. Neque despícias me Deus salutáris meus.

Aliis temporibus, Antiphona, Capitulum et ℣. ut infra notatur ad Terti[...] per Hebdomadam, 74. et seq.

Prædictum Capitulum et Versus sicut et alia in aliis Horis dicuntur per to[...] Hebdomadam in feriali Officio, præterquam in Adventu, et Quadragesima a[...] ma ejus Dominica, et Tempore Paschali.

http://ccwatershed.org

FERIA SECUNDA AD SEXTAM.

Hymnus. Rector potens, verax Deus. *ut in Dominica, 63., vel per Hebdomadam ad Sextam, 76.*

Per annum
Aña. 8. c



Temp. Adventus, Aña e Laudibus Dñicæ præced. vel ex propriis Laudibus. Temp. Quadrag., Passionis et Paschali, ut infra ad Sextam per Hebdom. 77.

Psalmus.

MIRABILIA testimónia tua : * ídeo scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat : * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attráxi spíritum : * quia mandáta tua desiderábam.

Adspice in me, & miserére mei, * secúndum judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum : * & non dominétur mei omnis injustítia.

Rédime me a calúmniis hóminum : * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum : * & doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei : * quia non custodiérunt legem tuam.

JUSTUS es Dómine : * & rectum judícium tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua : * & veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus : * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter : * & servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego & contémptus : * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in ætérnum : * & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia invenérunt me : * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum : * intelléctum da mihi, & vivam.

CLAMAVI in toto corde meo, exáudi me Dómine : * justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me fac : * ut custódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi : * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo : * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndum misericórdiam tuam Dómine : * & secúndum judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequ- tes me iniquitáti : * a lege- tem tua longe facti sunt.

Prope es tu Dómine : * & o- nes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimo- tuis : * quia in ætérnum fu- sti ea.

Per annum Aña.



Capitulum. *Galat. 6. d.*

Alter altérius ónera portáte, * & sic adimplébitis legem Chri-

℟. Deo grátias.

℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit.

℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Aliis temporibus, Aña, Capit. et ℣. ut infra ad Sextam per Hebdom., 78.

FERIA SECUNDA AD NONAM.

Hymnus. Rerum Deus tenax vigor. *ut in Dominica,* 65., *vel* *Hebdomadam ad Nonam,* 79.

Per annum Aña. 1. a



Temp. Adventus, Aña e Laudibus Dñicæ præced. vel ex propriis Laudibus

Temp. Quadrag., Passionis, et Paschali, ut infra ad Nonam per Hebdom., 8

Psalmus.

Vide humilitátem meam, & éripe me : * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me : * propter elóquium tuum vivífica me.

Longe a peccatóribus salus : * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ Dómine : * secúndum judícium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur me, & tribulant me : * a testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, & tabescébam : * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi Dómine : * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum, véritas : * in ætérnum ómnia judícia justítiæ tuæ.

Príncipes persecúti sunt me gratis : * & a verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua : * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus sum : * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * super judícia justítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam : * & non est illis scándalum.

Exspectábam salutáre tuum Dómine : * & mandáta tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua : * & diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua & testimónia tua : * quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropinquet deprecátio mea in conspéctu tuo Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo : * secúndum elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cum docúeris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum : * quia ómnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me : * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum Dómine : * & lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea, & laudábit te : * & judícia tua adjuvábunt me.

Errávi sicut ovis quæ périit : * quære servum tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.

Per annum Aña.



http://ccwatershed.org

Capitulum. *1. Cor. 6. d.*

EMPTI enim estis prétio magno. * Glorificáte & portáte De in córpore vestro.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.

℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

Aliis temporibus, Aña, Capit. et ℣. ut ad Nonam per Hebdomadam, 82.

PER HEBDOMADAM AD TERTIAM.

Hymnus.

In Feriis et Festis Simplicibus per annum.

8.



N Unc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fi-



li- o, Digná-re promptus ínge-ri, Nostro re-fú-sus pécto-ri.

In Festivitatibus proprium tonum non habentibus.

7.

N Unc Sancte no-bis Spí- ri-tus, Unum Patri cum



Fí-li- o, Digná-re promptus inge- ri, Nostro re-fú-sus



pé- cto-ri. *In Festis non solemnibus, ut supra,* 61.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessiónem pérsonent,
Flamméscat igne cáritas,
Accéndat ardor próximos.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

http://ccwatershed.org

Per annum in feriali Officio, Antiphona.

1. a



C Lamá-vi. E u o u a e.

In Adventu, *Aña e Laud. Dñicæ præced. aut ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ, Antiphona.

8. G



A Dvené-runt no-bis. E u o u a e.

Per hebdomadam Passionis, Antiphona.

4. A



J U-di-cásti Dómi-ne. E u o u a e.

Tempore Paschali, Antiphona.

8. c



A L-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi : * & exaudívit me.

Dómine libera ánimam meam a lábiis iníquis, * & a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : † habitávi cum habitántibus Cedar : * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Psalmus 120.

LEVAVI óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum & éxitum tuum : * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi : * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas : * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua : * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te :

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Per annum in feriali Officio.

Aña. 

Clamá-vi, & exau-di-vit me.

Capitulum. *Jerem. 17. c.*

Sana me Dómine, & sanábor : † salvum me fac, & salvus ero : quóniam laus mea tu es.

℣. Adjútor meus esto, ne derelínquas me.

℟. Neque despícias me Deus salutáris meus.

In Adventu, *Aña e Laudibus Dñicæ præced. vel ex propriis Laudibus.*

Capitulum. *Jer. 23.*

Ecce dies véniunt, dicit Dóminus : † & suscitábo David germen justum : & regnábit rex, & sápiens erit : * & fáciet judícium & justítiam in terra.

℣. Veni ad liberándum nos Dómine Deus virtútum.

℟. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Tempore Quadragesimæ.

Aña. 

Adve-né-runt no-bis di- es pæni-ténti- æ, ad red-



ménda peccá- ta, ad salvándas á-nimas.

Capitulum. *Joel. 2. c.*

Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, & fletu, & planctu. † Et scíndite corda vestra, & non vestiménta vestra, * ait Dóminus omnípotens.

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

℟. Et a verbo áspero.

Per hebdomadam Passionis.

Aña. 

Judi-cásti Dómi-ne causam á-nimæ me- æ, de-fénsor



vi-tæ me- æ, Dómi-ne De- us me- us.

Capitulum. *Jer. 17. b.*

Domine, omnes qui te derelínquunt confundéntur : † recedéntes a te, in terra scribéntur ; * quóniam dereliquérunt venam aquárum vivéntium, Dóminum.

℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.

℟. Et de manu canis únicam meam.

Tempore Paschali.

Aña. 

Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum. *Rom. 6. b.*

Christus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. † Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel : * quod autem vivit, vivit Deo.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

http://ccwatershed.org

PER HEBDOMADAM AD SEXTAM.

Hymnus.

In Feriis et Festis Simplicibus per annum.

8.


R Ector po-tens, ve-rax De- us, Qui tempe-ras re-rum



vi-ces, Splendó-re ma-ne instru- is, Et ígni-bus me-rí-di- em.

In Festivitatibus proprium tonum non habentibus.

7.


R Ector po-tens, ve-rax De- us, Qui tempe-ras re-



rum vi-ces, Splendó-re mane instru- is, Et ígni-bus me-



rí- di- em : *In Festis non solemnibus, ut supra*, 63.

Exstíngue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Per annum in feriali Officio, Antiphona.

8. G


Q UI há-bi-tas. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

In Adventu, *Antiphona e Laud. Dñicæ præced. aut ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ, Antiphona.

4. A


C Ommendémus nosmet- ípsos. E u o u a e.

Per hebdomadam Passionis, Antiphona.

4. A


P Opu-le me- us. E u o u a e.

Tempore Paschali, Antiphona.

8. c


A L-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 122.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cælis.

Ecce sicut óculi servórum * in mánibus dominórum suórum,

Sicut óculi ancillæ in mánibus dóminæ suæ : * ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum donec misereátur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri : * quia multum repléti sumus despectióne.

Quia multum repléta est ánima nostra : * oppróbrium abundántibus, & despéctio supérbis.

Psalmus 123.

NISI quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel : * nisi quia Dóminus erat in nobis,

Cum exsúrgerent hómines in nos, * forte vivos deglutíssent nos :

Cum irascerétur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra : * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum & terram.

Psalmus 124.

QUI confídunt in Dómino, sicut mons Sion : * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus : † & Dóminus in circúitu pópuli sui, * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum : * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus su

Bénefac Dómine bonis, * rectis corde.

Declinántes autem in obl tiónes addúcet Dóminus cu operántibus iniquitátem : * p super Israel.

Per annum in feriali Officio.

Aña. 

QUI há-bi-tas in cæ- lis mi-se-ré-re no-bis.

Capitulum. *Galat. 6. d.*

ALTER altérius ónera portáte, * & sic adimplébitis legem Chri

℟. Deo grátias.

℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit.

℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

In Adventu, *Aña e Laudibus Dñicæ præced. vel ex propriis Laudibu*

Capitulum. *Jer. 33. c.*

IN diébus illis salvábitur Juda, & Israel habitábit confidénter & hoc est nomen quod vocábunt eum, * Dóminus jus noster.

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

Tempore Quadragesimæ.

Aña. 

COmmendémus nosmet-ípsos in multa pa- ti-



ti- a, in je-jú-ni- is mul-tis, per arma justi- ti- æ.

Capitulum. *Isaiæ 55. b.*

DERELINQUAT ímpius viam suam, & vir iníquus cogitatio suas, † & revertátur ad Dóminum, & miserébitur ejus, & Deum nostrum : * quóniam multus est ad ignoscéndum.

http://ccwatershed.org

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Per hebdomadam Passionis.

Aña. 

POpu-le me- us, quid fe-ci ti-bi, aut quid mo-lé-



stus fu- i? respónde mi-hi.

Capitulum. *Jer. 17. c.*

CONFUNDANTUR qui me persequúntur, & non confúndar ego : † páveant illi, & non páveam ego : * induc super eos diem afflictiónis, & dúplici contritióne cóntere eos, Dómine Deus noster.

℣. De ore leónis líbera me Dómine.

℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Tempore Paschali.

Aña. 

AL-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum. *1. Cor. 15. c.*

CHRISTUS resurréxit a mórtuis, primítiæ dormiéntium : † quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem resurréctio mortuórum. * Et sicut in Adam omnes moriúntur, ita & in Christo omnes vivificabúntur.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.

℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

PER HEBDOMADAM AD NONAM.

Hymnus.

In Feriis et Festis Simplicibus per annum.

8.

RErum De- us te-nax vi-gor, Immó-tus in te pér-



ma-nens, Lu-cis di- úrnæ témpo-ra Succéssi-bus de-términans

In Festivitatibus proprium tonum non habentibus.

7.



R E-rum De- us te-nax vi-gor, Immó-tus in te



pérma-nens, Lu-cis di- úrnæ témpo-ra Succéssi-bus de-



tér- mi-nans : *In Festis non solemnibus, ut supra,* 65.

Largire clarum véspere,
Quo vita nusquam décidat,
Sed præmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.

¶ Præsta, Pater piissime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Per annum in feriali Officio, Antiphona.

2. D



B E- á-ti omnes. E u o u a e.

In Adventu, *Aña e Laud. Dñicæ præced. aut ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimæ, Antiphona.

1. f



P Er arma justi-ti- æ. E u o u a e.

Per hebdomadam Passionis, Antiphona.

4. A



N Umquid réddi-tur. E u o u a e.

Tempore Paschali, Antiphona.

1. a



A L-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 125.

In converténdo Dóminus captivitátem Sion : * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum : * & lingua nostra exsultatióne.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum : * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrimis, * in exsultatióne metent.

Eúntes ibant & flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, * portántes manípulos suos.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : * ecce hæréditas Dómini, fílii : merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis : * ita fílii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis : * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Psalmus 127.

Beati omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis : * beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion : * & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israel.

Per annum Aña.



B E- á-ti omnes qui timent Dómi-num.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *1. Cor. 6. d.*

EMPTI enim estis prétio magno. * Glorificáte & portáte De in córpore vestro.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

In Adventu, *Aña e Laudibus Dñicæ præced. aut ex propriis Laudib*

Capitulum. *Isaiæ 14.*

PROPE est ut véniat tempus ejus, † & dies ejus non elongabi tur. * Miserébitur enim Dóminus Jacob, & Israel salvábitu

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.
℟. Et glória ejus in te vidébitur.

Tempore Quadragesimæ.

Aña.

P Er arma justí-ti- æ virtú-tis De- i comm

démus nosmet- i-psos in multa pa-ti- énti- a.

Capitulum. *Isaiæ 58. c.*

FRANGE esuriénti panem tuum, & egénos vagósque induc domum tuam : † cum videris nudum, óperi eum, * & nem tuam ne despéxeris.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Nc timébis a timóre noctúrno.

Per hebdomadam Passionis.

Aña.

N Umquid réddi-tur pro bo-no ma-lum, qui- a fodé-r

fó-ve- am á-nimæ me- æ?

Capitulum. *Jer. 18. d.*

RECORDARE quod stéterim in conspéctu tuo, † ut lóquerer pro eis bonum, * & avérterem indignatiónem tuam ab eis.

℣. Ne perdas cum impiis Deus ánimam meam.
℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Tempore Paschali.

Aña.

A L-le-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia, al-le- lú-ia.

Capitulum. *1. Petr. 3. d.*

CHRISTUS semel pro peccátis nostris mórtuus est, justus pro injústis, † ut nos offérret Deo, mortificátus quidem carne, * vivificátus autem spíritu.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.
℟. Viso Dómino, allelúia.

http://ccwatershed.org

DOMINICA AD VESPERAS.

1. **Antiphona.** 7. c.



D-I-xit Dóminus. *Cantor :* Dómi-no me- o : * Se-de



a dextris me- is.

Tempore Paschali, Antiphona. *Sub qua sola Antiphona dicuntur omnes Psalmi Vesperarum, tam in Dominicis quam in Feriis.*

7. c



A-L-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo :* Sede a dextris meis :

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœ-nitébit eum : * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis, * con-frégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, im-plébit ruínas : * conquassábit ca-pita in terra multórum.

De torrénte in via bibet : proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.

Anti-phona.



Di-xit Dóminus Dómi-no me- o : Sede a dextris me- is.

2. Aña. 4. g



F-I-dé-li- a. E u o u a e.

Psalmus 110.

Confitebor tibi Dómine in toto corde meo : * in consílio justórum, & congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio & magnificéntia opus ejus : * & justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors & miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis hereditátem géntium : * ópera mánuum ejus véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : † confirmáta in sæculum sæculi : * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in sæculum sæculi.

Anti-phona.



Fi-dé-li- a ómni- a mandá- ta e-jus : confirmá- ta



in sæcu-lum sæcu-li.

3. Aña. 4. a

I-N mandá-tis. E u o u a e.

Psalmus 111.

Beatus vir qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus : * & justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * miséricors, & miserátor, & justus.

Jucúndus homo qui miserétur

http://ccwatershed.org

& cómmodat, † dispónet sermónes suos in judício : * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus : * non commovébitur donec despíciat inimícos su

Dispérsit, dedit paupéribus : justítia ejus manet in sæcul sæculi : * cornu ejus exaltábi in glória.

Peccátor vidébit, & irascétu déntibus suis fremet & ta scet : * desidérium peccató períbit.

Anti-phona.



In mandá-tis e-jus cu-pit nimis.

4. Aña. 7. c



SIT nomen Dómi-ni. E u o u a e.

Psalmus 112.

LAUDATE púeri Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * & super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus ster, qui in altis hábitat, humília réspicit in cælo & terra ?

Súscitans a terra inopem de stércore érigens páuperem

Ut cóllocet eum cum prin pibus, * cum princípibus po sui.

Qui habitáre facit stérilem domo, * matrem filiórum la tem.

Anti-phona.



Sit nomen Dómi-ni be-ne-díctum in sæcu-la.

T. Paschali Aña.



Alle-lú-ia, al-le-lú- ia, al-le- lú-ia.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *2. Cor. 1.*

BENEDICTUS Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, & Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

℟. br.



QUam magni-fi-cá-ta sunt * Ope-ra tu- a Dómi-ne.



Quam. ℣. Omni- a in sa-pi- énti- a fe-císti. * Ope-ra. ℣. Gló-



ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Quam.

Hymnus.

8.



LU-cis Cre- á- tor óptime, Lu-cem di- é- rum



pró-fe-rens, Primórdi- is lu-cis no-væ Mundi pa-rans o-



ri-gi-nem :

Qui mane junctum vésperi
Diem vocári præcipis,
Tetrum chaos illábitur,
Audi preces cum flétibus.

Ne mens graváta crímine,
Vitæ sit exsul múnere,
Dum nil perénne cógitat,
Seséque culpis ílligat.

Cælórum pulset íntimum,
Vitále tollat præmium :
Vitémus omne nóxium,
Purgémus omne péssimum.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Prædictum ℟. breve, et Hymnus cum suo Versu dicuntur Epiphaniam usque ad Dñicam I. Quadragesimæ, et a Dñica 1. sten usque ad Adventum. Capitulum vero prædictum dicitur in iisd post Pentecosten et Epiphaniam usque ad Septuagesimam tantum. An autem cum Psalmis semper dicuntur ut supra, quando fit Officium de Domi exceptis Dominicis Adventus, quæ habent Antiphonas proprias.

Antiphona ad Magnificat, ut suo loco notatur.

Canticum B. Mariæ Virginis.
Luc. 1. c.

MAGNIFICAT * ánima mea Dóminum.

Et exsultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * & sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timénti eum.

Fecit poténtiam in bráchi suo : * dispérsit supérbos men cordis sui.

Depósuit poténtes de sede & exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis & dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patr nostros, * Abraham & sémin ejus in sæcula. Glória Patri.

Deinde dicitur Antiphona. Postea Kyrie eléison. Pater noster. *clara vo et Oratio propria.*

FERIA SECUNDA AD VESPERAS.

1. Aña. t. pereg.



T. Paschali Aña. 1. a



http://ccwatershed.org

Psalmus 113.

IN éxitu Israel de Ægypto, * domus Jacob de pópulo bárbaro :

Facta est Judæa sanctificátio ejus, * Israel potéstas ejus.

Mare vidit, & fugit : * Jordánis convérsus est retrórsum.

Montes exsultavérunt ut aríetes : * & colles sicut agni óvium.

Quid est tibi mare quod fugísti ? * & tu Jordánis, quia convérsus es retrórsum ?

Montes exsultástis sicut aríetes, * & colles sicut agni óvium ?

A fácie Dómini mota est terra, * a fácie Dei Jacob :

Qui convértit petram in stagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis : * sed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua & veritáte tua : * nequándo dicant gentes : Ubi est Deus eórum ?

Deus autem noster in cælo : * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur : * óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient : * nares habent, & non odorábunt.

Manus habent, & non palpábunt : † pedes habent, & non ambulábunt : * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea : * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino : * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino : * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri : * & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israel : * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum, * pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos : * super vos, & super fílios vestros.

Benedícti vos a Dómino, * qui fecit cælum & terram.

Cælum cæli Dómino : * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine : * neque omnes qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Antiphona.



2. Aña. 1. a



Psalmus 114.

DILEXI, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi : * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni : * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam : † miséricors Dóminus, & justus, * & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, & liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam : * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte : † óculos meos a lácrimis, * pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Anti-phona.



3. Aña. 8. c



Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quæ retríbuit mihi ?

Cálicem salutáris accípiam : * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, & fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem. *Hic non dicitur* Glória, *quando fit de Feria, sed statim additur sequens Psalmus.*

Psalmus 116.

LAUDATE Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes pópuli :

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri.

Anti-phona.



4. Aña. 4. E

Psalmus 128.

SÆPE expugnavérunt me a juventúte mea, * dicat nunc Israel :

Sæpe expugnavérunt me a juventúte mea : * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres : * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dóminus justus concídit cervíces peccatórum : * confundántur & convertántur retrórsum omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectórum : * quod priúsquam evellátur, exáruit.

De quo non implévit manum suam qui metit, * & sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant : Benedíctio Dómini super vos : * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Anti-phona.



T. Paschali Aña.



Capitulum. *2. Cor. 1.*

BENEDICTUS Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, & Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

http://ccwatershed.org

℟. br.



Hymnus.

1.

Firmans locum cæléstibus,
Simúlque terræ rívulis :
Ut unda flammas témperet,
Terræ solum ne dissipent.

Infúnde nunc, piíssime,
Donum perénnis grátiæ :
Fraudis novæ ne cásibus
Nos error átterat vetus.

Lucem fides invéniat :
Sic lúminis jubar ferat,
Ut vana cuncta térreat,
Hanc falsa nulla cómprimant.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



http://ccwatershed.org



Si contingat non fieri a Capitulo de S. P. Benedicto in Feria III., inchoata ab Hebdomadario Antiphona Magníficat, *Chorus ex eadem partem statim prosequatur,* ánima mea Dóminum, *Cantore tamen præeunte.*

Oratio, quando propria non assignatur, dicitur de Dominica præcedenti, ut habetur in Proprio de Tempore.

Antiphonæ cum Psalmis semper dicuntur ad Vesperas in Officio feriali, ut hic in Psalterio. Capitulum, ℟. *breve, Hymnus et Versiculus ab Octava Pentecostes usque ad Adventum, et ab Octava Epiphaniæ usque ad Dñicam I. Quadragesimæ. Antiphonæ autem ad Magnificat, eisdem temporibus usque ad Septuagesimam.*

FERIA TERTIA AD VESPERAS.

1. Aña. 8. c



T. Paschali Aña. 8. c



Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * & propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória Patri.

Anti-phona.



2. Aña. I. à



Psalmus 130.

DOMINE non est exaltátum cor meum : * neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis : * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam : * sed exaltávi ánimam meam :

Sicut ablactátus est super matre sua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Israel in Dómino, * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Anti-phona.



3. Aña. I. à



Psalmus 131.

MEMENTO Dómine David, * & omnis mansuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem :

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob :

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam : * & sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum, * & testimónia mea hæc, quæ docébo eos :

Et fílii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi : * hic habitábo quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári : * & sancti ejus exsultatióne exsultábunt.

Illuc prodúcam cornu David, * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne : * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Anti-phona.



4. Aña. I. à



Psalmus 132.

ECCE quam bonum & quam jucúndum * habitáre fratres in unum !

Sicut unguéntum in cápite, * quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

Quod descéndit in oram vestiménti ejus : * sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, * & vitam usque in sæculum.

Anti-phona.





T. Paschali Aña.



http://ccwatershed.org

Capitulum. *2. Cor. 1.*

BENEDICTUS Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, & Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

℟. *breve.* Benedicam Dóminum, *ut supra in Vesp. Feriæ II.*

Hymnus.



Ut germen aptum próferens,
Fulvis decóra flóribus,
Fecúnda fructu sisteret,
Pastúmque gratum rédderet.

Mentis perústæ vúlnera
Munda viróre grátiæ :
Ut facta fletu díluat,
Motúsque pravos átterat.

Jussis tuis obtémperet :
Nullis malis appróximet :
Bonis repléri gáudeat,
Et mortis actum nésciat.

Præsta, Pater piissime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.



FERIA QUARTA AD VESPERAS.





Psalmus 134.

LAUDATE nomen Dómini, * laudáte servi Dóminum.

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus : * psállite nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi Dóminus, * Israel in possessiónem sibi.

Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, * & Deus noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit in cælo & in terra, * in mari & in ómnibus abyssis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ : * fúlgura in plúviam fecit.

Qui prodúcit ventos de thesáuris suis : * qui percússit primogénita Ægypti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa & prodígia in médio tui Ægypte : * in Pharaónem & in omnes servos ejus.

Qui percússit gentes multas : * & occídit reges fortes :

Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Basan, * & ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Israel pópulo suo.

Dómine nomen tuum in ætérnum : * Dómine memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Quia judicábit Dóminus pópulum suum : * & in servis suis deprecábitur.

Simulácra géntium argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur : * óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient : *

http://ccwatershed.org

neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea : * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israel benedícite Dómino : * domus Aaron benedícite Dómino.

Domus Levi benedícite Dómino : * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jerúsalem.

Anti-
phona.



2. Aña.
3. g



Psalmus 135.

CONFITEMINI Dómino quóniam bonus : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui facit mirabília magna solus : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit cælos in intelléctu : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui firmávit terram super aquas : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit luminária magna : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Solem in potestátem diéi : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Lunam & stellas in potestátem noctis : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui edúxit Israel de médio eórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

In manu poténti, & bráchio excélso : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui divísit mare Rubrum in divisiónes : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et edúxit Israel per médium ejus : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et excússit Pharaónem & virtútem ejus in mari Rubro : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui tradúxit pópulum suum per desértum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit reges magnos : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et occídit reges fortes : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Sehon regem Amorrhæórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et Og regem Basan : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et dedit terram eórum hereditátem : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Hæreditátem Israel servo suo : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Quia in humilitáte nostra memor fuit nostri : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et redémit nos ab inimícis nostris : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui dat escam omni carni : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo cæli : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Anti-
phona.

3. Aña.
8. G



Psalmus 136.

SUPER flúmina Babylónis, illic sédimus & flévimus : * cum recordarémur Sion :

In salícibus in médio ejus, * suspéndimus órgana nostra.

Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum :

Et qui abduxérunt nos : * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna ?

Si oblítus fúero tui Jerúsalem, * oblivióni detur déxtera mea.

Adhǽreat lingua mea fáucibus meis, * si non meminero tui :

Si non proposúero Jerúsalem, * in princípio lætítiæ meæ.

Memor esto Dómine filiórum Edom, * in die Jerúsalem :

Qui dicunt : Exinaníte, exi-

http://ccwatershed.org

nanite * usque ad fundaméntum in ea.

Fília Babylónis misera : * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuísti nobis.

Beátus qui tenébit * & allídet párvulos tuos ad petram.

Anti-phona.

Hymnum cantá-te no-bis de cán- ti-cis Si- on.

5. Aña. 5. a

IN conspéctu. E u o u a e.

Psalmus 137.

CONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua & veritáte tua : * quóniam magnificásti super omne nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, & humília réspicit : * & alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : * & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : * Dómine misericórdia tua in sǽculum : * ópera mánuum tuárum ne despícias.

Anti-phona.

In conspéctu Ange-ló-rum psallam ti-bi De-us

me- us.

http://ccwatershed.org

T. Paschali Aña.

Alle-lú-ia, alle-lú-ia, al-le- lú-ia.

Capitulum. *2. Cor. 1.*

BENEDICTUS Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, & Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

℟. *breve.* Benedícam Dóminum. *ut supra*, 92.

Hymnus.

1.

CÆ-li De- us sanctíssime, Qui lú-ci-dum centrum po-

li Candó-re pingis ígne- o, Augens de-có-ro lúmi-ne :

Quarto die qui flámmeam
Solis rotam constítuens,
Lunæ minístras órdinem,
Vagósque cursus síderum :

Ut nóctibus vel lúmini
Diremptiónis términum,
Primórdiis & ménsium
Signum dares notíssimum ;

Illúmina cor hóminum,
Abstérge sordes méntium,
Resólve culpæ vínculum,
Evérte moles críminum.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

RESpé-xit Dómi-nus humi- li-tá-tem me- am, & fe-

cit ~~mihi~~ magna qui po-tens est. E u o u a e.

FERIA QUINTA AD VESPERAS.

1. Aña. 3. g

D



T. Paschali Aña. 3. g

A



Psalmus 138.

DOMINE probásti me & cognovísti me : * tu cognovísti sessiónem meam & resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe : * sémitam meam & funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima & antíqua : * tu formásti me, & posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est, & non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo ? * & quo a fácie tua fúgiam ?

Si ascéndero in cælum, tu illic es : * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris :

Etenim illuc manus tua dedúcet me : * & tenébit me déxtera tua.

Divisio.

ET dixi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me : * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, † & nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terríbiliter magnificátus es : † mirabília ópera tua, * & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto : * & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, † & in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur : * exsurréxi, & adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : * viri sánguinum declináte a me :

Quia dícitis in cogitatióne : * accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam ? * & super inimícos tuos tabescébam ?

Perfécto ódio óderam illos : * & inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum : * intérroga me, & cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est : * & deduc me in via ætérna.

Antiphona.



2. Aña. 4. g

A



Psalmus 139.

ERIPE me Dómine ab hómine malo : * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde : * tota die constituébant prœlia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis : * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris : * & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos : * abscondérunt supérbi láqueum mihi :

Et funes extendérunt in láqueum : * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus meus es tu : * exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ : * obumbrásti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Dómine a desidério meo peccatóri : † cogitavérunt contra me, * ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum : * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, † in ignem dejícies eos : * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra : * virum injústum mala cápient in intéritu.

http://ccwatershed.org

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis : * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo : * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Anti-phona.



3. Aña. 8. c



Psalmus 140.

DOMINE clamávi ad te, exáudi me : * inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo : * elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo : * & óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem : * & non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, & increpábit me : * óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea in beneplácitis eórum : * absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt : * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : † quia ad te Dómine, Dómine óculi mei : * in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo quem statuérunt mihi : * & a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * singuláriter sum ego donec tránseam.

Anti-phona.



T. Paschali Aña.



Capitulum. *2. Cor. 1.*

BENEDICTUS Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, & Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

℟. breve. Benedícam Dóminum. *ut supra, 92.*

Hymnus.





Demérsa lymphis ímprimens,
Subvécta cælis írrigans :
Ut stirpe una pródita
Divérsa rápiant loca :

Largíre cunctis sérvulis,
Quos mundat unda sánguinis,
Nescíre lapsus críminum,
Nec ferre mortis tædium.

Ut culpa nullum déprimat,
Nullum levet jactántia :
Elísa mens ne cóncidat,
Eláta mens ne córruat.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. c



http://ccwatershed.org

FERIA SEXTA AD VESPERAS.

1. Aña. 8. c



P Orti- o me- a. E u o u a e.

T. Paschali Aña. 8. c



A L-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 141.

VOCE mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Dóminum deprecátus sum :

Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam, * & tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, * & tu cognovísti sémitas meas.

In via hac qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram & vidébam : * & non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * & non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine, dixi : Tu es spes mea, * pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam : * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persequéntibus me : * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : * me exspéctant justi, donec retríbuas mihi.

Anti-phona.



Pórti- o me- a Dómi-ne sit in terra vi-vénti- um.

2. Aña. 6. F

B Ene-díctus. E u o u a e.

Psalmus 143.

BENEDICTUS Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prœlium, * & digitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, & refúgium meum : * suscéptor meus, & liberator meus :

Protéctor meus, & in ipso sperávi : * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine quid est homo, quia innotuísti ei ? * aut fílius hóminis, quia réputas eum ?

Homo vanitáti símilis factus est : * dies ejus sicut umbra prætéreunt.

Dómine inclína cælos tuos, & descénde : * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, & dissipábis eos : * emítte sagíttas tuas, & conturbábis eos :

Emítte manum tuam de alto, † éripe me, & líbera me de aquis multis : * de manu filiórum alienórum.

Quorum os locútum est vanitátem : * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Divisio.

DEUS cánticum novum cantábo tibi : * in psaltério, decachórdo psallam tibi.

Qui das salútem régibus : * qui redemísti David servum tuum de gládio malígno : éripe me.

Et érue me de manu filiórum alienórum, † quorum os locútum est vanitátem : * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Quorum filii, sicut novéllæ plantatiónes * in juventúte sua.

Fíliæ eórum compósitæ : * circumornátæ ut similitúdo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum fetósæ, abundántes in egréssibus suis : * boves eórum crassæ.

Non est ruína macériæ, neque tránsitus : * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum cui hæc sunt : * beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus.

Anti-phona.



Be-ne-díctus Dómi-nus De- us me- us.

3. Aña. 8. c



P ER síngu-los di- es. E u o u a e.

Psalmus 144.

EXALTABO te Deus meus rex : * & benedícam nómini tuo in sæculum & in sæculum sæculi.

Per síngulos dies benedícam

http://ccwatershed.org

tibi : * & laudábo nomen tuum in sæculum & in sæculum sæculi.

Magnus Dóminus & laudábilis nimis : * & magnitúdinis ejus non est finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua : * & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquéntur : * & mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent : * & magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt : * & justítia tua exsultábunt.

Miserátor & miséricors Dóminus : * pátiens & multum miséricors.

Suávis Dóminus univérsis : * & miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.

Antiphona.



T. Paschali Aña.



Capitulum. *2. Cor. 1.*

BENEDICTUS Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, & Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

℟. *breve.* Benedícam Dóminum. *ut supra, 92.*

Hymnus.

1\. P





Qui magna rerum córpora,
Dictu jubéntis vívida,
Ut sérviant per órdinem,
Subdens dedísti hómini :

Repélle a servis tuis
Quidquid per immundítiam,
Aut móribus se súggerit,
Aut áctibus se intérserit.

Da gaudiórum præmia,
Da gratiárum múnera :
Dissolve litis víncula,
Adstringe pacis fœdera.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

1\. f. D





SABBATO AD VESPERAS.

1\. Aña. 7. c. R



T. Paschali Aña. 6. F A



Divisio Psalmi 144.

CONFITEANTUR tibi Dómine ómnia ópera tua : * & sancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent : * & poténtiam tuam loquéntur :

Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam : * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum regnum ómnium sæculórum : * & dominátio tua in omni generatióne & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis : * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt : * & érigit omnes elísos.

http://ccwatershed.org

Oculi ómnium in te sperant Dómine : * & tu das escam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam : * & imples omne ánimal benedictióne.

Justus Dóminus in ómnibus viis suis : * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum : * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciet : † & deprecatiónem eórum exáudiet : * & salvos fáciet eos.

Custódit Dóminus omnes diligéntes se : * & omnes peccatóres dispérdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum : * & benedicat omnis caro nómini sancto ejus in sæculum & in sæculum sæculi.

Antiphona.





2. Aña. 4. E



Psalmus 145.

LAUDA ánima mea Dóminum, † laudábo Dóminum in vita mea : * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus : * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, † spes ejus in Dómino Deo ipsíus : * qui fecit cælum & terram, mare, & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, † facit judícium injúriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos : * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, † pupíllum & víduam suscípiet : * & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion, * in generatiónem & generatiónem.

Antiphona.



3. Aña. 8. c



Psalmus 146.

LAUDATE Dóminum quóniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucúnda decoráque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus : * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde : * & álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum : * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus : * & sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus : * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne : * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus : * & parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum : * & herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum : * & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit : * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum : * & in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Antiphona.



4. Aña. 1. à



Psalmus 147.

LAUDA Jerúsalem Dóminum : * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum : * benedixit fíliis tuis in te.

http://ccwatershed.org

Qui pósuit fines tuos pacem:* & ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, & liquefáciet ea: * flabit spíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob: * justítias & judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni: * & judícia sua non manifestávit eis.

Anti-phona.



Lauda Je-rú-sa-lem Dómi-num.

T. Paschali Aña.



Alle-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Capitulum. *Rom. 11. d.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ & sciéntiæ Dei: † quam in-comprehensibília sunt judícia ejus, * & investigábiles viæ ejus!

℟. br.



M Agnus Dómi-nus noster, * Et magna vir- tus e-jus.

Magnus. ℣. Et sa-pi- énti- æ e-jus non est núme-rus. * Et ma-



gna. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spí-ri-tu- i Sancto.



Magnus.

Hymnus.

8.



O lux be- á-ta Trí-ni-tas, Et prin- ci-pá-lis U-ni-



tas, Jam sol re-cé-dit í-gne- us, Infún-de lumen córdi-bus.

Te mane laudum cármine,
Te deprecámur véspere:
Te nostra supplex glória
Per cuncta laudet sæcula.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a



S Uscé- pit De- us Isra- el pú- e-rum su- um, sic-ut



lo-cú-tus est ad Abra-ham, & semen e-jus: ex-altá-re húmi-



les usque in sæ-cu-lum. E u o u a e.

Capitulum O altitúdo *dicitur in Vesperis Sabbati ab Octava Pentecostes usque ad Adventum, et ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam;* ℟. *breve, Hymnus et Versus etiam usque ad Quadragesimam; Antiphona ad Magnificat ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam tantum.*

Post Antiphonam, dicitur Kyrie eléison, Pater noster, *et Oratio conveniens. Deinde fiunt sequentes Commemorationes communes, seu Suffragia Sanctorum, quæ dicuntur etiam ad Laudes.*

http://ccwatershed.org

Commemoratio de Cruce.

Fit tantum per annum et tempore Quadragesimæ in feriali Officio et sequentibus Commemorationibus præmittitur.

Ad Vesperas et Laudes, Antiphona.



℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi.
℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

Orémus. *Oratio.*

PERPETUA nos, quæsumus Dómine, pace custódi : * quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es.

Tempore Paschali *a Feria II. post Dominicam in Albis usque ad Ascensionem, tam in Officio de Tempore quam de Sanctis, nisi sit Duplex, aut infra Octavam, dicitur sequens*



http://ccwatershed.org

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia.

Orémus. *Oratio.*

DEUS, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : * concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eumdem Dóminum nostrum.

Commemorationes Communes

SIVE SUFFRAGIA SANCTORUM.

De Sancta Maria.

Quando non dicitur ejus Officium parvum. Si vero ecclesia dicata est B. Mariæ, tunc de ea fit Commem., quamvis recitatum sit ejusdem Officium parvum.

Ad Vesperas et Laudes, Antiphona.





ne- o sexu : sénti- ant omnes tu- um ju-vámen, qui-cúmque



cé-lebrant tu- am sanctam commemo-ra- ti- ó- nem.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. *Oratio.*

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére, * & gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia.

Ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem dicitur

℣. Post partum Virgo invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Orémus. *Oratio.*

DEUS, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri præmia præstitísti : * tríbue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

De Sancto Joseph.

Ad Vesperas Aña. 8.



E Cce fi-dé-lis servus & pru-dens, quem con-



stí-tu- it Dómi-nus su-per famí- li- am su- am.

℣. Glória & divítiæ in domo ejus.
℟. Et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

http://ccwatershed.org

Ad Laudes Aña. 7.



I -pse Je-sus e-rat inci-pi- ens qua- si annó-rum

tri-ginta ut pu-ta-bá- tur fí- li- us Jo-seph.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Orémus. *Oratio.*

DEUS, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsum elígere dignátus es : præsta, quæsumus; * ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis.

De Apostolis.

Ad Vesperas Aña. 8.



P Etrus A-pósto-lus, & Pau-lus Doctor Génti- um,



ipsi nos do-cu- é- runt le-gem tu- am Dómi-ne.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Laudes Aña. 6.



G Lo-ri- ó- si princi-pes ter- ræ, quómo-do in vi-ta



su- a di-le-xé- runt se, i- ta & in morte non sunt



se-pa-rá-ti.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Orémus. *Oratio.*

Deus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus ne mergerétur, eréxit, & coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem de profúndo pélagi liberávit : * exáudi nos propítius, & concéde ; ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequámur.

De S. P. Benedicto Abbate.

Ad Vesperas Aña. 4.



℣. Justus germinábit. *infra.*

Ad Laudes Aña. 1.



℣. Justus germinábit sicut lílium.
℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Orémus. *Oratio.*

Excita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Pater noster Benedíctus Abbas servívit : * ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, & ópere exercére quod dócuit.

De Patrono, *vel* **Titulari Ecclesiæ** *fiat Commem. consueta ante vel post Commem. prædictas pro dignitate illius ; et ultimo loco :*

De Pace.

Ad Vesperas et Laudes, Antiphona.



℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.

Orémus. *Oratio.*

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, & justa sunt ópera : * da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; ut & corda nostra mandátis tuis dédita, & hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : * qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.
℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deinde dicitur secreto Pater noster. *Sic terminatur Officium, ubi alia non sequatur Hora, ut dicitur in Rubrica de Oratione Dominica.*

Dictæ Commemorationes seu Suffragia dicuntur ab Octava Pentecostes usque

http://ccwatershed.org

& flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te : * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem & basilíscum ambulábis : * & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, & ego exáudiam eum : † cum ipso sum in tribulatióne : * erípiam eum & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : * & osténdam illi salutáre meum.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini :

Qui statis in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri,

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cælum & terram.

Tonus Hymni sequentis variatur secundum tempora aut festa, ut dicitur in Directorio Chori, et annotatur propriis locis. Tonus autem per annum tam in Dominicis quam in Feriis et Festis, exceptis tantum Festis B. M. V. et Festivitatibus pro quibus tonus proprius assignatur, et eorum Octavis, est sequens :

Hymnus.



Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata :
Hostémque nostrum comprime,
Ne polluántur córpora.

¶ Præsta Pater omnípotens,
Per Jesum Christum Dóminum,
Qui tecum in perpétuum
Regnat cum Sancto Spíritu.
Amen.

¶ *Tempore Paschali, id est, a Completorio diei Paschæ usque ad Ascensionem exclusive, tam in Dominicis quam Feriis et etiam in Festis eodem tempore occurrentibus (nisi fiat de Beata Maria V.), Hymnus præcedens cantatur et concluditur :*

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata :
Hostémque nostrum comprime,
Ne polluántur córpora.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

¶ *In Festis B. Mariæ Virginis, ac infra eorum Octavas, etiam Temp. Paschali, Hymnus prædictus canendus et concludendus est modo sequenti :*



Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata :
Hostémque nostrum comprime,
Ne polluántur córpora.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Capitulum. *Jerem. 14. b.*

Tu autem in nobis es Dómine, † & nomen sanctum tuum invocátum est super nos, * ne derelínquas nos Dómine Deus noster. ℟. Deo grátias.

℣. Custódi nos Dómine ut pupíllam óculi.
℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos.
Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Pater noster. *secreto usque ad*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

¶ *Seq. Preces semper dicuntur, præterquam in Officio duplici et infra Octavas.*

http://ccwatershed.org

Preces. Credo in Deum. *secreto usque ad*
℣. Carnis resurrectiónem. ℟. Vitam ætérnam. Amen.
℣. Dignáre Dómine nocte ista. ℟. Sine peccáto nos custodíre.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

VISITA, quæsumus Dómine, habitatiónem istam, & omnes insídias inimíci ab ea longe repélle : † Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant : * & benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Benedictio. Benedícat & custódiat nos omnípotens & miséricors Dóminus, Pater, & Fílius, & Spíritus Sanctus. ℟. Amen.

Et non dicitur Fidélium ánimæ, *sed immediate dicitur una ex infrascriptis Antiphonis pro tempore.*

¶ *A Vesperis Sabbati ante Dominicam I. Adventus usque ad Purificationem inclusive.*

Aña. 5.




In Adventu :

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.
℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Orémus. *Oratio.*

GRATIAM tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde : † ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui Incarnatiónem cognóvimus, * per passiónem ejus & crucem ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

A primis Vesperis Nativitatis Domini et deinceps :

℣. Post partum Virgo invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Orémus. *Oratio.*

DEUS, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri præmia præstitísti : † tribue, quæsumus ; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.

¶ *Post Purificationem, id est, a fine Completorii illius diei 2. Februarii inclusive, usque ad Feriam V. in Cœna Domini exclusive.*

Aña. 6.

http://ccwatershed.org

mun-do lux est or- ta : Gaude Vir-go glo-ri- ó-sa, Su-per omnes spe-ci- ó- sa : Va- le o valde de-có-ra, Et pro no- bis Chri- stum ex-ó- ra.

℣. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Orémus. *Oratio.*

CONCEDE, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium : † ut qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, * intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *A Completorio Sabbati Sancti usque ad Nonam Sabbati post Pentecosten inclusive.*

Aña. 6. REgína cæ-li lætá- re, al-le-lú-ia : qui- a quem me- ru- ísti por- tá- re, al-le- lú-ia : Re-surré- xit, sic-ut di-xit, al- le- lú- ia : O- ra pro no- bis De- um, al-le-

lú- ia.

℣. Gaude & lætáre Virgo María, allelúia.
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúia.

Orémus. *Oratio.*

DEUS, qui per resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es : præsta quæsumus ; † ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam * perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *A primis Vesperis Festi Ss. Trinitatis usque ad Nonam Sabbati ante Adventum.*

Aña. I. SAl- ve Re- gí- na, ma-ter mi-se-ri-córdi- æ, Vi- ta, dul-cé- do, & spes nostra, sal- ve. Ad te clamá-mus, éxsu-les, fí-li- i He- væ. Ad te suspi-rá- mus, geméntes & flen- tes in hac lacrimá-rum val- le. E- ia ergo advo-cá- ta nostra, il-los tu- os mi-se-ri- cór- des ó-cu-los ad nos con-vér- te. Et Je-sum,

http://ccwatershed.org

be-ne-dí- ctum fructum ventris tu- i, no-bis post hoc

sí- li- um os- ténde. O cle- mens, O pi- a,

O dul-cis Virgo Ma-rí- a.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. *Oratio.*

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Filii tui habitáculum effici mererétur, Spíritu Sancto cooperánte præparásti : † da, ut cujus commemoratióne lætámur, * ejus pia intercessióne ab instántibus malis & a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
℟. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.

Deinde dicitur secreto Pater noster, Ave María, *et* Credo.

Sic dicitur Completorium per totum annum, præterquam in triduo Majoris Hebdomadæ.

Si post Completorium immediate sequatur Matutinum, tunc bis dicatur Pater noster, Ave María, *et* Credo, *quia Completorium, quod est finis Officii, terminari debet, et ante Matutinum iterum repetitur pro principio Officii sequentis diei.*

Antiphonæ prædictæ dicuntur etiam in fine Laudum, quando discedendum est a Choro : sed si immediate post Matutinum subsequatur Prima, vel alia Hora, dicuntur in fine ultimæ Horæ, ita ut dicantur semper, quando terminata aliqua Hora discedendum est a Choro : et tunc post ℣. Fidélium ánimæ, *et* Pater noster, *secreto, dicitur* ℣. Dóminus det nobis suam pacem. ℟. Et vitam ætérnam. Amen. *Deinde una ex prædictis Antiphonis ; et in fine* ℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.

http://ccwatershed.org



PROPRIUM DE TEMPORE

Sabbato ante Dominicam I. Adventus.

Ad Vesperas.

Capitulum. *Rom. 13. d.*

FRATRES : Hora est jam nos de somno súrgere : † nunc enim própior est nostra salus, * quam cum credídimus. ℟. Deo grátias. *Sic semper respondetur in fine omnium Capitulorum.*

Responsorium breve. 4.

OSTENDE no-bis Dómi-ne * Mi-se-ri-córdi- am tu- am. *Repet.* Osténde, &c.

℣. Et sa-lu-tá-re tu- um da no-bis. * Mi-se-ri-córdi- am tu- am.

℣. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-ri-tu- i Sancto. *Repet.* Osténde, &c.

Sic dicuntur Responsoria brevia per totum annum, nisi aliter notetur.

ANTIPH. M.

Hymnus.

Qui cóndolens intéritu
Mortis períre sæculum,
Salvásti mundum lánguidum,
Donans reis remédium :

Vergénte mundi véspere,
Uti sponsus de thálamo,
Egréssus honestíssima
Vírginis Matris cláusula.

Cujus forti poténtiæ
Genu curvántur ómnia,
Cæléstia, terréstria,
Nutu faténtur súbdita.

Te deprecámur, hágie,
Ventúre judex sæculi,
Consérva nos in témpore
Hostis a telo pérfidi.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, & Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.



Oratio.

Excita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, & veni : * ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum periculis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus : * per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Commemorationes seu Suffragia Sanctorum non fiunt per totum Adventum etiam in Officio de Sanctis, nec de Cruce in feriali Officio.

http://ccwatershed.org

In Adventu non fit de Festo, nisi fuerit Duplex vel Semid. Quod si occurrat Dominica, de eo fit tantum commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus. Festum autem majus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ transfertur in primam diem Duplici vel Semiduplici Festo non impeditam. De Simplici quoque fit tantum commemoratio.

Tonus Hymni ad Completorium.



Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata ;
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Præsta Pater omnípotens,
Per Jesum Christum Dóminum,
Qui tecum in perpétuum
Regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

Hic tonus servandus est ad Completorium per totum Adventum usque ad Vigiliam Nativitatis exclusive, etiam in Festis occurrentibus, nisi proprium habeant tonum.

Dominica I. Adventus.

Ad Laudes, & per Horas.

Ps. Miserére mei Deus. *cum reliquis de Dominica.* 21.



sa- tis fi- li- a Je-rú-sa- lem, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ps. Confitémini Dómino quóniam bonus. 22.

3. Aña. 5. a

ECce Dóminus véni- et, & omnes sancti e-jus cum e- o : & e-rit in di- e illa lux magna, alle-lú-ia.

E u o u a e. *Ps.* Deus Deus meus. 24.

4. Aña. 7. c

Omnes si-ti- én-tes ve-ní-te ad aquas : quærite Dómi-num, dum inve-ní-ri pot-est, alle-lú-ia.

E u o u a e. *Cant.* Benedicite. 25.

5. Aña. 4. A

ECce vé-ni- et Prophé- ta magnus, & ipse re-novábit Je-rú-sa- lem, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ps. Laudáte Dóminum de cælis. 26.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Rom. 13. d.*

FRATRES : Hora est jam nos de somno súrgere : † nunc enim própior est nostra salus, * quam cum credidimus.

R. br. VEni ad li-be- rándum nos, * Dómi-ne De- us vir-tútum. Ve-ni. ℣. Osténde fá-ci- em tu- am, & salvi é-ri-mus. * Dómine. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-ri-tu- i Sancto. Ve-ni.

Hymnus.

7. VOX cla-ra ec-ce into-nat, Obscú-ra quæque in-crepat : Pellántur éminus sómni- a : Ab æthre Christus pró-micat.

Mens jam resúrgat tórpida,
Quæ sorde exstat sáucia :
Sidus refúlget jam novum,
Ut tollat omne nóxium.

E sursum Agnus míttitur
Laxáre gratis débitum :
Omnes pro indulgéntia
Vocem demus cum lácrimis.

Secúndo ut cum fúlserit,
Mundúmque horror cínxerit,
Non pro reátu púniat,
Sed nos pius tunc prótegat.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, & Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

Excita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, & veni : † ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, * te liberánte salvári. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus : * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Añæ de Laudibus dicuntur per ordinem, quarta prætermissa. Quod etiam servatur in aliis Dominicis Adventus.

Ad Primam, Lectio br. Dómine miserére nostri. 8. *Quæ dicitur in Dominicis et Feriis usque ad Vigil. Nativitatis Domini exclusive.*

Per totum Adventum in Officio de Tempore, Hymni ad Horas (excepto Completorio) cantantur in tono Vox clara, *etiamsi ratione Octavæ mutanda esset Doxologia. Sed in Officio de Sanctis servatur tonus consuetus per annum.*

Ad Tertiam.



Os, lingua, mens, sensus, vigor, &c.

Antiphona. Jucundáre. *ut supra,* 131. *Capitulum e Laudibus.*
℟. br. Veni ad liberándum nos Dómine Deus virtútum.
℣. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ad Sextam. *Aña.* Ecce Dóminus véniet.

Capitulum. *Rom. 13. d.*

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit : † abjiciámus ergo opera tenebrárum, * & induámur arma lucis.
℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.

Ad Nonam. *Aña.* Ecce véniet.

Capitulum. *Rom. 13. d.*

Sicut in die honéste ambulémus, † non in comessatiónibus & ebrietátibus, non in cubílibus & impudicítiis, non in contentióne & æmulatióne : * sed indúimini Dóminum Jesum Christum.
℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.
℟. Et glória ejus in te vidébitur.

Ad Vesperas.

Aña. In illa die. *cum reliquis de Laudibus, quarta prætermissa. Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.*
℟. br. Osténde nobis. 129. *Hymnus.* Cónditor alme. 130.
℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.



℟℟. br., Hymni et ℣℣. hujus Dñicæ dicuntur in aliis Dñicis et Feriis Adventus.

http://ccwatershed.org

Feria Secunda.

Ad Laudes, *Antiphonæ et Psalmi de Psalterio.*

Capitulum. *Isaiæ 2.*

VENITE, & ascendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Jacob, & docébit nos vias suas, † & ambulábimus in sémitis ejus : * quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Jerúsalem.

℟. *br.* Veni ad liberándum nos. *Hymnus.* Vox clara. 133.
℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened. Aña. 1. f

Oratio. Excita, quæsumus Dómine. 134. *Oratio Dñicæ præced. semper dicitur per Hebdomadam in feriali Officio quando propria non assignatur.*

Ad Horas, *Antiphonæ sumuntur de Laudibus Dominicæ præcedentis, quando ad Laudes Feriæ non assignantur propriæ.*

Ad Primam, *Capit.* Pacem & veritátem. *Lectio brevis.* Dómine miserére nostri. *ut in Psalterio.*

Ad Tertiam, Sextam et Nonam, *Capitula et Versiculi ut notantur in Ordinario de Tempore, pro Adventu, ad Horas per Hebdomadam.*

Ad Vesperas. *Antiphonæ et Psalmi de Psalterio.*

Capitulum. *Gen. 49. b.*

NON auferétur sceptrum de Juda, & dux de fémore ejus, † donec véniat qui mitténdus est : * & ipse erit exspectátio géntium.

℟. *br.* Osténde nobis. 129. *Hymnus.* Cónditor alme. 130.
℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

http://ccwatershed.org

Ad Magnif. Aña. 1. a

Capitula prædicta dicuntur in feriali Officio usque ad Vigil. Nativitatis Dñi exclusive.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 1. f



Ad Magnif. Aña. 4. A



Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 2. D.





Ad Magnif. Aña. 5. a



Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 4. A



Ad Magnif. Aña. 4. A



Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 1. a



Ad Magnif. Aña. 4. A

Sabbato.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite, &c.

Ad Bened. Aña. 4. d



Ad Vesperas.

Capit. Fratres : Quæcúmque scripta sunt. *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Osténde nobis. 129. *Hymnus.* Cónditor alme. 130.
Infra Octavam Immacul. Conceptionis, in fine Hymni Cónditor alme, *dicendum est* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine, *sed tonus proprius servandus est. Et ita ad Laudes et per Horas. Ad Completorium vero per totam Octavam, etiam in Officio de Tempore, sumendus est tonus solitus in Festis B. M. V.*

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

Oratio. Excita Dómine, *ut infra ad Laudes.*

http://ccwatershed.org

Dominica II. Adventus.

Ad Laudes, & per Horas.

1. Aña. 2. D

ECce in núbibus cæli : Dóminus véniet cum potestáte magna, allelúia. E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus. *cum reliquis de Dominica.*

2. Aña. 7. d

URbs fortitúdinis nostræ Sion, Salvátor ponétur in ea murus & antemurále : aperíte portas, quia nobíscum Deus, allelúia. E u o u a e.

3. Aña. 7. a

ECce apparébit Dóminus, & non mentiétur : si moram fécerit, exspécta eum, quia véniet, & non tardábit, allelúia. E u o u a e.

4. Aña. 8.

MOntes & colles cantábunt coram Deo laudem, & omnia ligna silvárum plaudent mánibus : quóniam véniet Dominátor Dóminus in regnum ætérnum, allelúia, allelúia. E u o u a e.

5. Aña. 3. g

ECce Dóminus noster cum virtúte véniet, & illuminábit óculos servórum suórum, allelúia. E u o u a e.

Capitulum. *Rom. 15.*

FRATRES : Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt : * ut per patiéntiam, & consolatiónem Scripturárum, spem habeámus.

℟. *br.* Veni ad liberándum nos. *Hymnus.* Vox clara. 133.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.

℟. Rectas fácite sémitas ejus.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

Excita Dómine corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias: ut per ejus advéntum, * purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit & regnat.

Hymni ad Horas cantantur in tono proprio Adventus, etiam infra Octavam Immaculatæ Conceptionis B. M. V. Sed tunc in fine dicitur Glória tibi Dómine.

Ad Tertiam. *Aña.* Urbs fortitúdinis nostræ Sion. *Capit. e Laudibus.*

℣. Veni ad liberándum nos Dómine Deus virtútum.
℟. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ad Sextam. *Aña.* Ecce apparébit.

Capitulum. *Rom. 15.*

Deus autem patiéntiæ & solátii det vobis idípsum sápere in altérutrum secúndum Jesum Christum : † ut unánimes, uno ore honorificétis Deum, * & Patrem Dómini nostri Jesu Christi.

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.

Ad Nonam. *Aña.* Ecce Dóminus noster.

Capitulum. *Rom. 15. c.*

Deus autem spei répleat vos omni gáudio & pace in credéndo: ut abundétis in spe, & in virtúte Spíritus Sancti.

http://ccwatershed.org

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.
℟. Et glória ejus in te vidébitur.

Ad Vesperas.

Antiphonæ de Laudibus. Ps. de Dominica. Capitulum e Laudibus. ℟. *br.* Osténde nobis. 129. *Hymnus.* Cónditor alme. 130.

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

Feria Secunda.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite, &c.

Ad Bened. Aña. 7. a

Ad Magnif. Aña. 4. A

E Cce véni- et Rex Dómi-nus terræ, & ipse au-fe-ret ju-gum capti-vi-tá-tis nostræ.

Feria Tertia.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite, &c.

Ad Bened. Aña. 4. A

S Uper te Je-rú-sa-lem o-ri- é-tur Dómi-nus, & gló-ri- a e-jus in te vi-dé-bi-tur.

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum. ℟. Aperiátur terra, &c.

Ad Magnif. Aña. 5. a

V Ox clamántis in de-sér-to, Pa-rá-te vi- am Do-mi-ni, rectas fá-ci-te sémi-tas De- i nostri.

Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 8. G

E Cce e-go mitto An-ge-lum me- um, qui præ-pa-rá-bit vi- am me- am ante fá-ci- em tu- am.

http://ccwatershed.org

Ad Magnif. Aña. 4. d

S I- on re-no-vá-be-ris, & vi-dé-bis justum tu- um, qui ventú-rus est in te.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 8. c

T U es qui ventú-rus es Dómi-ne, quem exspe-ctámus, ut salvum fá- ci- as pópu-lum tu- um.

Ad Magnif. Aña. 4. A

Q UI post me vé-ni- et, ante me factus est : cu-jus non sum dignus calce- aménta sólve-re.

Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 1. g

D I-ci-te, Pu-sillá-nimes confor-tá-mi-ni : ecce Dómi-nus De- us noster vé-ni- et.

Ad Magnif. Aña. 7. a

C Antá-te Dómi-no cánti-cum novum : laus e-jus

ab extrémis terræ.

Sabbato.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened. Aña. 2. D

L Evá-bit Dómi-nus signum in na-ti- ó-ni-bus,

& congre-gá-bit dispérsos Isra- el.

Ad Vesperas.

Capit. Fratres, Gaudéte in Dómino. *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Osténde nobis. 129. *Hymnus.* Cónditor alme. 130.
℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f

A N-te me non est formá-tus De- us, & post me

non e- rit : qui- a mi-hi curvá-bi-tur omne ge-nu, &

confi- té-bi-tur omnis lingua. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Dominica III. Adventus.

Ad Laudes, & per Horas.

1. Aña. 1. à

V E-ni- et Dómi-nus, & non tardá-bit, & illumi-

na-bit abscóndi-ta te-nebrá-rum, & ma-ni-festá-bit se ad om-

nes gentes, al-le- lú-ia. E u o u a e. *Ps.* Miserére, *cum reliq.*

2. Aña. 8. G

J E-rú-sa-lem gau-de gáudi- o magno, qui- a vé-ni- et

ti-bi Salvá- tor, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

D Abo in Si- on sa-lú-tem, & in Je-rú-sa-lem

gló-ri- am me- am, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Aña. 5. a

M Ontes & omnes colles humi- li- a-búntur : & e-runt

http://ccwatershed.org

5. Aña. 2. D

Capitulum. *Philipp. 4.*

FRATRES : Gaudéte in Dómino semper : † íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus : Dóminus enim prope est.

℟. *br.* Veni ad liberándum nos. *Hymnus.* Vox clara. 133.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.

℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

Oratio.

AUREM tuam, quæsumus Dómine, précibus nostris accómmoda : & mentis nostræ ténebras grátia tuæ visitatiónis illústra : Qui vivis & regnas.

Ad Tertiam. *Aña.* Jerúsalem gaude. *Capit. e Laudibus.*

http://ccwatershed.org

℣. Veni ad liberándum nos Dómine Deus virtútum.

℟. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ad Sextam. *Aña.* Dabo in Sion.

Capitulum. *Philipp. 4. b.*

NIHIL sollíciti sitis : † sed in omni oratióne & obsecratióne, cum gratiárum actióne, * petitiónes vestræ innotéscant apud Deum.

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

Ad Nonam. *Aña.* Juste & pie vivámus.

Capitulum. *Philipp. 4. b.*

ET pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, † custódiat corda vestra & intelligéntias vestras * in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.

℟. Et glória ejus in te vidébitur.

Ad Vesperas.

Antiphonæ de Laudibus. Ps. de Dominica. Capit. e Laudibus.

℟. *br.* Osténde nobis Dómine. 129. *Hymnus.* Cónditor alme. 130.

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.

℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Antiphona Beáta es. *prætermittitur, si hodie ejus loco ponenda sit una ex Antiphonis majoribus, ut infra : quibus semper cedunt Antiphonæ propriæ aliis diebus ad Magnificat assignatæ.*

Sequentes Antiphonæ majores ad Magnificat inchoantur die 17. Decembris, et singulæ ante et post Magnificat integræ sicut in Duplicibus dicuntur per ordinem usque ad diem ante Vigil. Nativitatis. Si vero Festum fuerit, dicuntur post Orat. Festi, pro comm. Adventus.

Die 17. Decembris.

Aña. 2. D.



Pro comm. ℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Die 18.

Aña. 2. D





Die 19.



Die 20.



http://ccwatershed.org

Die 21.

Aña. 2. D

O- ri- ens, splendor lu-cis æ-térnæ, & sol justí-ti- æ : ve-ni, & illúmi- na se-déntes in té-nebris & umbra mor-tis. E u o u a e.

Pro comm. ℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.

Die 22.

Aña. 2. D

O Rex génti- um, & de-si-de-rá-tus e- á-rum, la-písque angu-lá-ris, qui fa-cis útraque unum : ve-ni, & salva hó-mi-nem, quem de limo formá-sti.

E u o u a e.

Die 23.

Aña. 2. D

O Emmá-nu- el, Rex & lé-gi-fer noster, ex-specta-ti- o génti- um, & Salvá-tor e- á-rum : ve-ni ad salvándum nos Dómi-ne De- us no-ster. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Sequentes Antiphonæ ad Laudes et per Horas dicuntur in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis, incipiendo die 17. Decembris ab Antiphonis quæ Feriæ illius diei assignantur. Similiter et aliæ dicuntur in propriis Feriis. Quod si dies 17. fuerit Dominica, Antiphonæ inchoantur seq. Feria II. quæ erit dies 18. — Quæ autem dicendæ essent die in quo occurrit Festum S. Thomæ, dicuntur in Sabbato cum Psalmis Sabbati, 3. et 4. Antiphonis prætermissis, quarum loco dicitur Aña Exspectétur. *Nisi Vigilia Nativitatis venerit in Dominica : tunc enim in Sabbato dicuntur Antiphonæ de Laudibus Dominicæ, 3. et 4. prætermissis, quarum loco dicitur Aña* Exspectétur. *Antiphona ad Benedictus et Oratio dicitur ut in Sabbato Quatuor Temporum ponitur. Antiphonæ vero de Laudibus, quæ occurrunt in die S. Thomæ, eo anno prætermittuntur : et in Dominica tunc dicuntur Antiphonæ de Vigilia. Similiter omittitur Aña* Exspectétur *quando illud Festum in Sabbato venerit.*

Feria II. Ad Laudes & per Horas.

1. Aña. 4. A

ECce vé-ni- et Dómi-nus princeps regum terræ : be-á-ti qui pa-rá-ti sunt occúrre-re il-li. *Ps. ejusd. Feriæ, 31.*

2. Aña. 8. c

CUM vé-ne- rit Fi-li- us hómi-nis, pu-tas invé-ni-

et fi-dem su-per terram?

3. Aña. 5. a

ECce jam ve-nit ple-ni-tú-do témpo-ris, in quo mi-sit De-us Fí-li-um su-um in terras.

4. Aña. 5. a

HAuri-é-tis aquas in gáu-di-o de fónti-bus Sal-va-tó-ris.

5. Aña. 4. A

E-gre-di-é-tur Dómi-nus de lo-co sancto su-o: ve-ni-et ut salvet pópu-lum su-um.

Feria III. Ad Laudes & per Horas.

1. Aña. 4. A

ROrá-te cæ-li dé-su-per, & nu-bes plu-ant justum: a-pe-ri-á-tur terra, & gérmi-net Salva-tó-rem. *Ps. Feriæ.*

2. Aña. 4. A

E-mítte Agnum Dómi-ne Domi-na-tó-rem terræ, de Petra de-sérti, ad montem fí-li-æ Si-on.

3. Aña. 4. A

UT cognoscámus Dómi-ne in terra vi-am tu-am, in ómni-bus génti-bus sa-lu-tá-re tu-um.

4. Aña. 4. A

DA mercé-dem Dómi-ne susti-nénti-bus te, ut prophetæ tu-i fi-dé-les inve-ni-ántur.

5. Aña. 2. D

LEX per Mó-y-sen da-ta est, grá-ti-a & vé-ri-tas per Je-sum Christum facta est.

Feria IV. Ad Laudes & per Horas.

1. Aña. 2. D

PRophé-tæ pre-di-ca-vé-runt nasci Salva-tó-rem de

http://ccwatershed.org

Virgi-ne Ma-rí- a. *Ps. ejusdem Feriæ, 39.*

2. Aña. 2. D

S Pi- ri-tus Dó-mi-ni su-per me, evange-li-zá-re pau-pé-ri-bus mi-sit me.

3. Aña. 4. A

P Ropter Si- on non ta-cé-bo, do-nec egre-di- á- tur ut splendor justus e-jus.

4. Aña. 4. A

E Cce vé-ni- et Dómi-nus, ut sé-de- at cum princi-pi-bus, & só-li- um gló- ri-æ té-ne- at.

5. Aña. 4. A

A Nnunti- á-te pó-pu-lis, & dí-ci-te : Ecce De- us Salvá-tor noster vé-ni- et.

http://ccwatershed.org

Feria V. Ad Laudes & per Horas.

1. Aña. 1. g

D E Si- on vé-ni- et Dómi-nus omni-po-tens, ut sal-vum fá-ci- at pópu-lum su- um. *Ps. ejusdem Feriæ, 43.*

2. Aña. 8. G

C Onvérte-re Dó- mi-ne a- li- quántu-lum, & ne tar-des ve-ni- re ad servos tu- os.

3. Aña. 1. g

D E Si- on vé-ni- et, qui regna-tú-rus est Dómi-nus, Emmá-nu- el magnum nomen e-jus.

4. Aña. 8. G

E Cce De- us me- us, & hono-rá-bo e- um : De- us patris me- i, & ex-altá-bo e- um.

5. Aña. 3. a

D Omi-nus lé-gi- fer noster, Dómi-nus Rex noster,

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS - MO

ipse vé-ni- et, & salvá-bit nos.

Feria VI. Ad Laudes & per Horas.

1. Aña. 2. D

COnstántes estó-te, vi-dé-bi-tis auxí-li- um Dó-mi-ni super vos. *Ps. ejusdem Feriæ,* 48.

2. Aña. 4. d

AD te Dómi-ne le-vá-vi á-nimam me- am : ve-ni & é-ri-pe me Dómi-ne, ad te confú-gi.

3. Aña. 4. A

VE-ni Dómi-ne, & no-li tardá-re : re-lá-xa fa-ci-no-ra ple-bi tu-æ Isra- el.

4. Aña. 2. D

DE- us a Li-ba-no véni- et, & splendor e-jus sic-ut lumen e-rit.

http://ccwatershed.org

Aña. 4. A

E-go autem ad Dómi-num adspí-ci- am, & exspe-ctabo De- um Salva-tó-rem me- um.

Sabbato. *Antiphonæ secundum superiorem Rubricam,* 153. *Ad Canticum vero :*

Aña. 4. A

EXspecté-tur sic-ut plú-vi- a e-lóqui- um me- um : & descéndet super nos sic-ut ros De- us noster.

(Ad Sextam, Aña 3. e Laudibus, licet omissa fuerit ad Laudes.)

In Festo S. Thomæ, *pro commem. Adventus, ad Benedictus,*

Aña. 8. G

NOli-te ti-mé-re : quinta e-nim di- e vé-ni- et ad vos Dó-mi-nus noster.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Si vero contingat Festum S. Thomæ transferri in Feriam II., Aña prædicta dicitur ad Benedictus in Dominica, loco Añæ Ave María.

Ultimo die *ante Vigiliam Nativitatis, ad Benedictus, Antiphona.* Ecce compléta sunt. *ut infra,* 168.

Quibus Antiphonis cedunt aliæ Antiphonæ in propriis locis ad Benedictus assignatæ.

Feria II. post Dom. III. Adventus.

Ad Laudes, Antiphonæ et Psalmi de Psalterio : nisi dicendæ sint Antiphonæ secundum superiorem Rubricam, 153. *(Et ita in sequentibus Feriis.)*

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened. Aña. 1. f

E-gre-di- é-tur vir-ga de ra-dí-ce Jesse,



& replé- bi- tur omnis ter-ra gló-ri- a Dómi-ni : &



vi-dé-bit omnis ca- ro sa-lu-tá-re De- i.

Oratio. Aurem tuam. 148.

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra & gérminet Salvatórem.

Ad Magnif. Aña. 8. G



BE- á-tam me di-cent omnes ge-ne-ra-ti- ó-nes,



qui- a ancil-lam húmi- lem respé-xit De- us.

Nisi dicenda sit Antiphona O. — *Oratio.* Aurem tuam. 148.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 3. à



TU Béthlehem ter-ra Ju-da, non e-ris mí-nima

ex- te e-nim éx-i- et Dux, qui re-gat pó-pu-lum me- um Is-



ra- el.

Ad Magnif. Aña. 8. G



E- le- vá-re, e- le-vá-re, consúrge Je-rú-sa-lem :



solve víncu-la colli tu- i, captí-va fí- li- a Si- on.

Feria Quarta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Aña. 8. G



MIssus est Gábri- el Ange-lus ad Ma-rí- am Vír-



gi-nem desponsá-tam Jo-seph.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : † ut redemptiónis nostræ ventúra solémnitas, & præséntis nobis vitæ subsídia cónferat, * & ætérnæ beatitúdinis præmia largiátur. Per Dóminum.

Et dicitur ad omnes Horas, præterquam in Vesperis.

Ad Magnif. Aña. 8. c



ECce ancil-la Dómi-ni : fi- at mi-hi se-cún-

http://ccwatershed.org



Nisi dicenda sit Antiphona O. — *Oratio.* Aurem tuam. 148.

Feria Quinta.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite, &c.

Ad Bened. Aña. 4. E



Nisi occurrat Festum S. Thomæ : quia tunc, ea prætermissa, dicitur Aña Nolíte timére. 159. *Quod etiam servatur in seq. diebus, quando illud Festum occurrit.*

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum. ℟. Aperiátur terra, &c.

Ad Magnif. Aña. 5. a



Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Aña. 1. f



Nisi dicenda sit Aña Nolíte timére. 159.

Oratio.

EXCITA, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, & veni : † ut hi qui in tua pietáte confídunt, * ab omni cítius adversitáte liberéntur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Et dícitur ad omnes Horas, præterquam in Vesperis.

Ad Magnif. Aña. 1. f

Nisi dicenda sit Antiphona O. — *Oratio.* Aurem tuam. 148.

Sabbato Quatuor Temporum.

Ad Bened. Aña. 7. a



http://ccwatershed.org

Nisi dicenda sit Aña Nolíte timére. 159. *et nisi fuerit dies ante Vigiliam Nativitatis : quia tunc, ea prætermissa, dicitur* Aña Ecce compléta sunt. 16[illegible] *Quod etiam servatur (si idem contingat) in sequentibus diebus.*

Oratio.

Deus, qui cónspicis quia ex nostra pravitáte affligimur : concéde propítius ; * ut ex tua visitatióne consolémur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Et dicitur per omnes Horas, præterquam in Vesperis.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Sic nos existimet. *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Osténde nobis. 129. *Hymnus.* Cónditor alme. 130.

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.

℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona O. *Oratio de Laudibus, infra.*

Dominica IV. Adventus.

Ad Laudes, & per Horas.

http://ccwatershed.org



Capitulum. *1. Cor. 4.*

FRATRES : Sic nos existimet homo ut minístros Christi, † & dispensatóres mysteriórum Dei. * Hic jam quæritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur.

℟. *br.* Veni ad liberándum nos. *Hymnus.* Vox clara. 133.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.



Nisi dicenda sit Aña Nolíte timére. 159. *vel Aña* Ecce compléta sunt. 168.

Oratio.

EXCITA, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, & veni, & magna nobis virtúte succúrre : † ut per auxílium grátiæ tuæ, * quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ad Tertiam. *Aña.* Ecce véniet. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Veni ad liberándum nos Dómine Deus virtútum.
℟. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ad Sextam. *Aña.* Erunt prava.

Capitulum. *1. Cor. 4.*

MIHI autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer, aut ab humáno die : * sed neque meípsum júdico.

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.

Ad Nonam. *Aña.* Omnípotens.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *1. Cor. 4.*

ITAQUE nolíte ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus : † qui & illuminábit abscóndita tenebrárum, & manifestábit consília córdium : * & tunc laus erit unicuíque a Deo.

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.
℟. Et glória ejus in te vidébitur.

Ad Vesperas.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica. Capit. e Laudibus.

℟. *br.* Osténde nobis. 129. *Hymnus.* Cónditor alme. 130.

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona O. *Oratio ut ad Laudes.*

Feria Secunda.



Nisi dicenda sit Aña Nolíte timére. 159. *vel Aña* Ecce compléta sunt. 168.

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Tertia.



Nisi dicenda sit Aña Nolíte timére. 159. *vel Aña* Ecce compléta sunt. 168.

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Quarta.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite...

Ad Bened. Aña. 8. G



P Onam in Si- on sa-lú-tem, & in Je-rú-salem



gló-ri- am me- am alle-lú-ia.

Nisi dicenda sit Aña Nolíte timére. 159. *vel Aña* Ecce compléta sunt.

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 2. D



C Onso-lámi-ni, conso-lámi-ni, pó-pu-le me- us,



di-cit Dómi-nus De- us vester.

Nisi dicenda sit Aña Ecce compléta sunt.

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 8. c



E Cce complé-ta sunt ómni- a quæ dicta sunt



per Ange-lum de Vírgi-ne Ma-rí- a.

Ad Magnificat, Antiphona O Emmánuel. *ut supra*, 151.

Si Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominica, Laudes dicuntur de Vigilia cum commemoratione Dominicæ. Similiter et per Horas celebratur Officium de Vigilia.

In Vigilia Nativitatis Domini.

Ad Laudes, & per Horas.

Officium fit Duplex.

1. Aña. 8. G



J Udæ- a & Je-rú-sa-lem no-lí-te timé- re :



cras egre-di- émi-ni, & Dómi-nus e-rit vo-bíscum, alle-



lú-ia. E u o u a e.

Psalmus Dóminus regnávit, *cum reliquis ut in Festis.*

2. Aña. 8. c



H O-di- e sci- é- tis qui- a vé-ni- et Dóminus : & ma-



ne vi-dé-bi-tis gló- ri- am e-jus. E u o u a e.

3. Aña. 4. A



C Rásti-na di- e de-lé-bi-tur in-íqui-tas terræ : & re-



gnabit su-per nos Salvá-tor mundi. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

4. Aña. 1. f

DOmi-nus vé-ni- et, occúrri-te il-li, di-céntes: Ma-



gnum princí-pi- um, & regni e- jus non e-rit fi-nis:



De- us, fortis, domi-ná-tor, princeps pa-cis, al-le-lú-ia.



E u o u a e.

5. Aña. 8. c



CRásti-na e-rit vo-bis sa-lus, di-cit Dómi-nus De-us



ex-ercí-tu-um. E u o u a e.

Capitulum. *Rom. 1.*

PAULUS, servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, † quod ante promíserat per prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, * qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem.

℟. br.



HOdi- e sci- é-tis * Qui- a vé-ni- et Dóminus. Hó-di-



e. ℣. Et ma-ne vi-dé-bi-tis gló-ri- am e-jus. * Qui-a. ℣. Gló-



ri-a Patri, & Fi-li- o, & Spi-ri-tu- i Sancto. Hó-di- e.

Hymnus Vox clara ecce intonat. 133.

℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.

℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



O - ri- é-tur sic-ut sol Salvá-tor mundi : & de-

scendet in ú-te-rum Vírgi-nis, sic-ut imber su-per gramen,



alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui nos redemptiónis nostræ ánnua exspectatióne lætíficas : † præsta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscípimus, * veniéntem quoque júdicem secúri videámus, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

Et dicitur per Horas diei.

Prima *dicitur sicut in Duplicibus. (In Dominica non dicitur Symbolum* Quicúmque.) *Ad Absolut. Capit. dicitur Capitulum Nonæ.*

Ad Tertiam. *Aña.* Hódie sciétis. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Constántes estóte.

℟. Vidébitis auxílium Dómini super vos.

Ad Sextam. *Aña.* Crástina die.

Capitulum. *Rom. 1.*

QUI prædestinátus est Fílius Dei in virtúte † secúndum spíritum sanctificatiónis, * ex resurrectióne mortuórum Jesu Christi Dómini nostri.

℣. Crástina erit vobis salus.

℟. Dicit Dóminus Deus exercítuum.

http://ccwatershed.org

Ad Nonam. *Aña.* Crástina erit.

Capitulum. *Rom. 1.*

PER quem accépimus grátiam & apostolátum, † ad obediéntiam fídei in ómnibus géntibus pro nómine ejus, * in quibus estis & vos vocáti Jesu Christi Dómini nostri.

℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.
℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

IN NATIVITATE DOMINI

IN I. VESPERIS.

1. Aña. 8. G



REX pa-cí- fi-cus magni- fi-cá-tus est,



cu-jus vultum de-sí-de-rat u-ni-vér-



sa terra. E u o u a e. *Ps.* Dixit Dóminus. *cum reliq.* 84.

2. Aña. 7. a



MAgni-fi-cá-tus est Rex pa-cí- fi-cus super omnes re-

ges u-ni-vérsæ terræ. E u o u a e.

3. Aña. 8. G



SCi-tó-te qui- a prope est regnum De- i : amen di-

http://ccwatershed.org

co vo-bis, qui- a non tardá-bit. E u o u a e.

4. Aña. 2. D

L E-vá-te cá-pi- ta vestra : ecce appro-pínquat red-

émpti- o vestra. E u o u a e.

Capitulum. *Tit. 3. b.*

APPARUIT benígnitas & humánitas Salvatóris nostri Dei : † non ex opéribus justítiæ, quæ fécimus nos, * sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit.

℟. br. H Odi- e sci- é- tis *Qui-a véni- et Dómi-nus. Hó-di- e. ℣. Et mane vi-dé-bi-tis gló- ri- am e- jus. *Qui-a. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Hódie.

Hymnus.

1. C Hriste Redémptor ómni- um, Ex Patre Patris ú- ni- ce, So- lus ante princí-pi- um Na-tus in-ef- fa- bi- li-ter.

http://ccwatershed.org

Tu lumen, tu splendor Patris,
Tu spes perénnis ómnium :
Inténde quas fundunt preces
Tui per orbem fámuli.

Meménto salútis Auctor,
Quod nostri quondam córporis,
Ex illibáta Vírgine
Nascéndo, formam súmpseris.

Sic præsens testátur dies,
Currens per anni círculum,
Quod solus a sede Patris
Mundi salus advéneris.

Hunc cælum, terra, hunc mare,
Hunc omne quod in eis est,
Auctórem advéntus tui
Laudans exsúltat cántico.

Nos quoque, qui sancto tuo
Redémpti sánguine sumus,
Ob diem natális tui
Hymnum novum concínimus.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Epiphaniam.

℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.
℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G C UM or-tus fú- e- rit sol de cæ-lo, vi-dé-bi-tis Regem re- gum pro-ce-déntem a Patre, tamquam sponsum de thá-lamo su- o. E u o u a e.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : * ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Tonus Hymni ad Completorium.

1. T E lu-cis an-te térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pó-

scimus, Ut só-li-ta cleménti- a Sis præsul ad cu-stó-di-am.

Procul recédant sómnia... Glória tibi Dómine, Qui natus es, &c.

Hic tonus servandus est ad Horas et ad Completorium usque ad Epiphaniam, et in Festis occurrentibus, ad omnes Hymnos ejusdem metri, nisi aliter notetur.

Finita prima Missa post mediam noctem, dicuntur Laudes, incipiendo immediate a ℣. Deus in adjutórium.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Antiphona. 2. D.

QUEM vi-dí-stis pastó-res? dí-ci-te, annun-ti- á- te no-bis in terris quis appá-ru-it? Na-tum ví-dimus & cho-ros Ange-ló- rum collaudántes Dómi-num, alle-lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

2. Aña. 2. D

GEnu- it pu- érpe-ra Re-gem, cu- i nomen æ-tér-num, & gáudi- a matris ha-bens cum virgi-ni-tá-tis ho-nó-re: nec primam sími-lem vi- sa est, nec ha-bé-re se-quentem, alle-lú-ia. E u o u a e.

Aña. 7. d

ANge-lus ad pastó-res a- it: Annúnti- o vo-bis gáudi-um magnum: qui- a na-tus est vo-bis hó-di- e Salvá-tor mundi, alle-lú-ia. E u o u a e.

Aña. 7. d

FActa est cum Ange-lo multi-tú-do cæ-léstis exér-ci-tus laudánti- um De-um, & di-cénti- um: Gló-ri- a in excélsis De- o, & in terra pax homí-ni- bus bonæ vo-luntá-tis, alle-lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

5. Aña. 8. G

P Arvu-lus fi-li-us hó-di-e na-tus est no-bis: & vo-cá-bi-tur De-us, for-tis, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 1.*

MULTIFARIAM multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : † novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit hærédem universórum, * per quem fecit & sæcula.

℟. br. V Erbum ca-ro factum est, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Verbum. ℣. Et ha-bi-tá-vit in no-bis. * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Gló-ri-a Patri, & Fi-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Verbum.

Hymnus.

3. A so-lis ortus cár-di-ne Ad usque ter-ræ límitem, Christum ca-ná-mus Princi-pem, Na-tum Ma-rí-a Vírgine.

Beátus Auctor sæculi
Servíle corpus índuit :
Ut carne carnem líberans,
Ne pérderet quos cóndidit.

Castæ Paréntis víscera
Cæléstis intrat grátia :
Venter puéllæ bájulat
Secréta, quæ non nóverat.

Domus pudíci péctoris
Templum repénte fit Dei :
Intácta nésciens virum,
Verbo concépit Filium.

Eníxa est Puérpera
Quem Gábriel prædíxerat,
Quem matris alvo géstiens
Clausus Joánnes sénserat.

Fœno jacére pértulit :
Præsépe non abhórruit :
Parvóque lacte pastus est
Per quem nec ales ésurit.

Gaudet chorus cæléstium,
Et Angeli canunt Deo :
Palámque fit pastóribus
Pastor, Creátor ómnium.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

G Ló-ri-a in excélsis De-o, & in ter-ra pax ho-mí-ni-bus bonæ vo-luntá-tis, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio.

CONCEDE, quǽsumus omnípotens Deus : † ut nos Unigéniti tui nova per carnem Nativitas líberet, * quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

In summo mane dicitur Prima; qua finita, celebratur secunda Missa in Aurora; in qua fit commem. de S. Anastasia Martyre.

Ad Primam. *Aña.* Quem vidístis. — *Ad Absolut. Capituli, Lectio br.* Ipsi períbunt. *ut infra ad Nonam.*

Tertia dicitur hora sua; qua finita, celebratur tertia Missa de die Nativitatis.

http://ccwatershed.org

Ad Tertiam. *Aña.* Génuit puérpera Regem. *Capit. e Laudibus.*
℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Angelus.

Capitulum. *Hebr. 1. c.*

ET : Tu in princípio Dómine terram fundásti : * & ópera mánuum tuárum sunt cæli.
℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Párvulus fílius.

Capitulum. *Hebr. 1. d.*

IPSI períbunt, tu autem permanébis ; & omnes sicut vestiméntum veteráscent : † & velut amíctum mutábis eos, & mutabúntur : tu autem idem ipse es, & anni tui non defícient.
℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

IN II. VESPERIS.

1. Antiphona. 1. g.

TECUM princí-pi- um in di- e virtú-tis tu-æ in splendó-ri-bus sanctó-rum, ex ú-te-ro ante lu-cí-fe-rum gé-nu- i te. E u o u a e. *Ps.* Dixit Dóminus. 84.

2. Aña. 7. a

REdempti- ó-nem mi-sit Dómi-nus pó-pu-lo su-o : mandá-vit in æ- tér-num testaméntum su- um. E u o u a e.
Ps. Confitébor tibi Dómine. 85.

3. Aña. 7. b

EX- ór- tum est in té-ne- bris lumen re-ctis corde : mi-sé-ri-cors, & mi-se-rá-tor, & justus Dómi-nus. E u o u a e.
Ps. Beátus vir qui timet Dóminum. 85.

(Diebus 25. 27. 29.)

4. Aña. 4. A

A-pud Dómi-num mi-se-ri-córdi- a, & co-pi- ó- sa apud e- um red-émpti- o. E u o u a e.
Ps. De profúndis clamávi ad te Dómine. 93.

Die sequenti dicitur quarto loco **(Diebus 26. 28. 30.)**

4. Aña. 8. G

DE fructu ventris tu- i ponam super sedem tu- am. E u o u a e. *Ps.* Meménto Dómine David. 94.

Et die tertio resumitur quarto loco Aña Apud Dóminum, *cum suo Psalmo : et sic alternatim dicuntur per totam Octavam, etiam in Officio Sanctorum.*

Capitulum. *Hebr. 1.*

MULTIFARIAM multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : † novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit hærédem universórum, * per quem fecit & sǽcula.

http://ccwatershed.org

℟. br. V Erbum ca- ro factum est, * Al-le- lú-ia, al-le-lú- ia. Verbum. ℣. Et ha-bi-tá-vit in no-bis. * Al-le-lú-ia, &c. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Verbum.

Hymnus. Christe Redémptor ómnium. *ut in I. Vesperis.* 174.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

H Odi- e Chri-stus na-tus est : hó-di- e Salvá-tor ap-pá-ru- it : hó-di- e in terra ca-nunt Ange-li, læ-tántur Archánge-li : hó-di- e exsúl-tant justi, di-céntes : Gló-ri- a in excélsis De- o, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Concede, quæsumus omnípotens Deus : * ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetusta sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Deinde pro S. Stephano, Aña. Stéphanus autem. *ut infra,* 185.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio. Da nobis, quæsumus. *ut infra,* 185.

(Deinde ubi concessa est fit commemoratio omnium SS. Martyrum.)

Die 26. Decembris.

S. Stephani Protomartyris.

Duplex 2. cl. cum Octava.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G

L Api-da-vé-runt Stéphanum, & ipse in-vo-cá-bat Dómi-num, di-cens : Ne stá-tu- as il-lis hoc peccá-tum. E u o u a e.

2. Aña. 7. a

L Api-des torréntis illi dulces fu-é-runt : ipsum se-quúntur omnes á-nimæ justæ. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Ad Nonam. *Aña.* Ecce vídeo.

Capitulum. *Act. 7. g.*

POSITIS autem génibus, clamávit voce magna, dicens : Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. † Et cum hoc dixisset, * obdormívit in Dómino.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

AD VESPERAS.

Aña. Tecum princípium. *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate, ut supra,* 180. *Et dicuntur etiam in aliis Festis infra hanc Octavam occurrentibus.*

Quarta Aña. De fructu. *Ps.* Meménto.

Capitulum. *Act. 6. b.*

STEPHANUS autem plenus grátia & fortitúdine, * faciébat prodígia & signa magna in pópulo.

℟. *br.* Posuísti Dómine. *e Communi unius Martyris.*

Hymnus.

1.



Hic nempe mundi gáudia
Et blandiménta nóxia
Cadúca rite députans,
Pervénit ad cæléstia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit víriliter,
Pro te effúndens sánguinem,
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus, piíssime :
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Stéphanus vidit cælos apértos.
℟. Vidit & introívit : beátus homo, cui cæli patébant.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.



Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus & inimícos dilígere : * quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

Deinde pro S. Joanne. Aña. Iste est Joánnes. *ut infra,* 189.
℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.
℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Oratio. Ecclésiam tuam. *ut infra,* 190.

Deinde fit commem. de Nativitate. Aña. Hódie. 182. ℣. Notum fecit. *Oratio.* Concéde, quæsumus. 183.

(Deinde commemoratio omnium SS. Martyrum.)

Die 27. Decembris.

S. Joannis Apost. et Evangelistæ.

Duplex 2. cl. cum Octava.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G



2. Aña. 3. à

HIC est discípu-lus ille, qui testimó-ni- um pér-hi- bet de his : & scimus qui- a ve-rum est testimó-ni- um e-jus. E u o u a e.

3. Aña. 3. à

HIC est discípu-lus me- us : sic e- um vo-lo manére do-nec vé-ni- am. E u o u a e.

4. Aña. 1. f

SUnt de hic stánti-bus, qui non gustábunt mortem, do-nec ví-de- ant Fi-li- um hómi-nis in regno su- o. E u o u a e.

5. Aña. 1. f

ECce pu- er me- us e- léctus, quem e-lé-gi, pó-su- i super e- um spí- ri- tum me- um. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Eccli. 15.*

QUi timet Deum, fáciet bona : † & qui cóntinens est justítiæ, apprehéndet illam, * & obviábit illi quasi mater honorificáta.

℟. br. In omnem terram. *de Communi Apostolorum ad Laudes.*

Hymnus.

1. EXsúltet cæ-lum láudibus, Re-súltet terra gáu- di- is : A- posto-ló-rum gló-ri- am Sacra canunt sol- émni- a.

Vos sæcli justi júdices,
Et vera mundi lúmina :
Votis precámur córdium,
Audíte preces súpplicum.

Qui cælum verbo cláuditis,
Serásque ejus sólvitis,
Nos a peccátis ómnibus
Sólvite jussu, quæsumus.

Quorum præcépto súbditur
Salus & languor ómnium,
Sanáte ægros móribus,
Nos reddéntes virtútibus :

Ut cum Judex advénerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempitérni gáudii
Fáciat esse cómpotes.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his.
℟. Et scimus quia verum est testimónium ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

ISte est Jo- ánnes, qui supra pectus Dómi-ni



Oratio.

ECCLESIAM tuam Dómine benígnus illústra : † ut beáti Joánnis Apóstoli tui & Evangelístæ illumináta doctrínis, * ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum.

Commem. de Nativitate. Aña. Glória. 179. ℣. Notum fecit. *Oratio.* Concéde.

De S. Stephano. Aña. Stéphanus autem. 185. ℣. Sepeliérunt. *Oratio.* Da nobis.

Ad Tertiam. *Aña.* Hic est discípulus ille. *Capit. e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Sextam. *Aña.* Hic est discípulus meus.

Capitulum. *Eccli. 15.*

CIBAVIT illum pane vitæ & intelléctus, * & aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum Dóminus Deus noster.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Nonam. *Aña.* Ecce puer meus.

Capitulum. *Eccli. 15.*

IN médio Ecclésiæ apéruit os ejus, † & implévit illum Dóminus spíritu sapiéntiæ & intelléctus, * & stolam glóriæ índuit eum.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

AD VESPERAS.

Aña. Tecum princípium. *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate,* 180. *Quarta Aña.* Apud Dóminum. *Ps.* De profúndis.

Capitulum. Qui timet. *e Laudibus.*

http://ccwatershed.org

Breve. Constítues eos. *e Communi Apostolorum ad Vesperas.*
Hymnus: Exsúltet cælum láudibus. *ut supra ad Laudes,* 189.
℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.
℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Ad Magnificat, Antiphona.



Et fit commem. SS. Innocentium. Aña. Hi sunt. 193. ℣. Heródes irátus. *Oratio.* Deus, cujus hodiérna die. *ut infra.*

De Nativitate. Aña. Hódie. 182. ℣. Notum fecit. *Oratio.* Concéde.

Et de S. Stephano. Aña. Sepeliérunt. 187. ℣. Stéphanus vidit. *Oratio.* Da nobis.

Die 28. Decembris.

In Festo SS. Innocentium.

Duplex 2. cl. cum Octava.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. f

in Béthlehem Judæ ci-vi-tá-te Da-vid. E u o u a e.

2. Aña. I. f

A bimá-tu & infra, occí-dit multos pú- e-ros He-ró-des propter Dómi-num. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

A Nge-li e- ó-rum semper vi-dent fá-ci- em Patris. E u o u a e.

4. Aña. 2. D

V OX in Rama audí- ta est, plo-rá-tus & u-lu-la-tus, Rachel plo-rans fí-li- os su- os. E u o u a e.

5. Aña. 8. c

S UB thro- no De- i omnes sancti clamant : Vindi-ca sánguinem nostrum De- us noster. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Apoc. 14.*

Vidi supra montem Sion Agnum stantem, † & cum eo centum quadraginta quátuor millia, * habéntes nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

Hymnus. ℟. Lætámini in Dómino. *de Communi plurim. Martyrum.*

Hymnus.

S Alvé-te flo- res Márty-rum, Quos lu-cis ipso in li-mine Christi inse-cú-tor sústu-lit, Ceu turbo na-scén-tes ro-sas.

Vos prima Christi víctima,
Grex immolatórum tener,
Aram ante ipsam símplices
Palma & corónis lúditis.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Heródes irátus occídit multos púeros.
℟. In Béthlehem Judæ civitáte David.

Ad Benedictus, Antiphona.

H I sunt, qui cum mu-li- é-ri-bus non sunt co-inqui-na- ti : vírgi-nes e-nim sunt, & sequúntur Agnum, quocúmque i- e-rit. E u o u a e.

Oratio.

Deus, cujus hodiérna die præcónium Innocéntes Mártyres non loquéndo, sed moriéndo confessi sunt : ómnia in nobis vitiórum mala mortífica ; † ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, * étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.

Commem. de Nativitate. Aña. Glória. 179. ℣. Notum fecit. *Oratio.* Concéde.

De S. Stephano. Aña. Stéphanus autem. 185. ℣. Sepeliérunt. *Oratio.* Da nobis.

De S. Joanne. Aña. Iste est Joánnes. 189. ℣. Hic est discipulus ille. *Oratio.* Ecclésiam.

Ad Tertiam. *Aña.* A bimátu. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Sextam. *Aña.* Angeli eórum.

Capitulum. *Apoc. 14.*

Hi sunt qui cum muliéribus non sunt coinquináti : † vírgines enim sunt. * Hi sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

Ad Nonam. *Aña.* Sub throno Dei.

Capitulum. *Apoc. 14.*

Hi empti sunt ex homínibus primítiæ Deo & Agno, † & in ore ipsórum non est invéntum mendácium : * sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

AD VESPERAS.

Aña. Tecum princípium. *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate,* 180. *Quarta Aña.* De fructu. *Ps.* Meménto.

Capitulum e Laudibus. ℟. *br.* Exsúltent justi. *e Communi.*

Hymnus. Salvéte flores Mártyrum. *ut supra,* 193.

℣. Sub throno Dei omnes sancti clamant.
℟. Víndica sánguinem nostrum Deus noster.

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D



http://ccwatershed.org







Oratio. Deus, cujus. 193.

Deinde fit commem. S. Thomæ Cantuariensis. (Nisi fuerit Sabbatum : tunc enim fit commem. Dñicæ infra Octavam Nativitatis : Aña. Dum médium. 197. ℣. Notum fecit. *Orat.* Omnipotens. *et pro comm. Nativitatis dicitur* ℣. Vidérunt omnes.)

Aña. Iste sanctus. *e Communi. (In Cong. Gallica Aña propria.)*

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Deus, pro cujus Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit : † præsta, quæsumus; ut omnes qui ejus implórant auxílium, * petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. (Per Dóminum.)

Deinde fiunt commemorationes de Nativitate, de S. Stephano et de S. Joanne, ut infra.

Commemorationes Octavarum in Vesperis.

De Nativitate. *Aña.* Hódie. 182. ℣. Notum fecit. *Orat.* Concéde.

De S. Stephano. *Aña.* Sepeliérunt. 187. ℣. Stéphanus vidit. *Oratio.* Da nobis.

De S. Joanne. *Aña.* Exiit sermo. 191. ℣. Valde honorándus. *Oratio.* Ecclésiam.

De SS. Innocentibus. *Aña.* Innocéntes. 194. ℣. Sub throno Dei. *Oratio.* Deus, cujus.

Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistæ, Ss. Innocentium, et eorum dies Octavæ venerint in Dominica,

ipso die nihil fit de Dominica, sed die proximo post Festum S. Thomæ Martyris, fit de ea, ut infra.

Si Festum S. Thomæ impediatur a Dominica, celebratur eo anno Feria secunda insequenti tamquam in sede propria, et in Sabbato post Orationem SS. Innocentium dicitur Aña, ℣. et Oratio Dominicæ quæ paulo infra habetur, 197. *Deinde fit commem. Octavarum, et in secundis Vesperis Dominicæ fit commem. S. Thomæ et Octavarum.*

29. Dec. S. Thomæ Episc. et Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris. Oratio. Deus, pro cujus, *ut supra. Ad Laudes (in Congregatione Gallica, ad Bened. Aña propria) fiunt commem. de Octavis, ut infra.*

Commemorationes Octavarum ad Laudes.

De Nativitate. *Aña.* Glória. 179. ℣. Notum fecit. *Orat.* Concede.

De S. Stephano. *Aña.* Stéphanus autem. 185. ℣. Sepeliérunt. *Oratio.* Da nobis.

De S. Joanne. *Aña.* Iste est Joánnes. 189. ℣. Hic est discípulus ille. *Oratio.* Ecclésiam.

De SS. Innocentibus. *Aña.* Hi sunt. 193. ℣. Heródes iratus. *Oratio.* Deus, cujus.

In II. Vesperis S. Thomæ (si celebratur die 29) Añæ et Psalmi de Nativitate (4. Aña. Apud Dóminum. *Ps.* De profúndis.) *ritu semid.; a Capitulo fit de Dominica infra Octavam Nativitatis ut infra.*

Si autem dies sequens fuerit Sabbatum, omnia dicuntur sicut in II. Vesperis diei Nativitatis (sed non duplicantur Antiphonæ), et post Orationem Nativitatis fit commem. S. Thomæ (in Cong. Gallica Aña propria), deinde S. Stephani et aliarum Octavarum.

Dominica infra Octavam Nativitatis.

(Hoc Officium fit die 29, si fuerit Dominica, et tunc Festum S. Thomæ transfertur in Feria II.; alias fit die 30, nisi tamen dies 30 fuerit Sabbatum. Tunc enim fit tantum commemoratio de Dominica in Festo S. Silvestri in I. Vesperis et Laudibus, et in Sabbato fit Officium de Octava Nativitatis, ut inferius ponitur.)

http://ccwatershed.org

In II. Vesperis S. Thomæ, *quando non venerit in Dominica, Antiphonæ et Psalmi de Nativitate (4. Aña.* Apud Dóminum. *Ps.* De profúndis.) *ritu semiduplici.*

Capitulum. *Galat. 4.*

FRATRES: Quanto témpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, † cum sit dóminus ómnium: * sed sub tutóribus & actóribus est usque ad præfinítum tempus a patre.

℟. *br.* Verbum caro. 178. *Hymnus.* Christe Redémptor. 174.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.

℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.



Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: † ut in nómine dilécti Fílii tui * mereámur bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit.

Et fit commem. S. Thomæ. Aña. Qui vult veníre. *de Communi. (In Cong. Gall. Aña propria.)* ℣. Justus ut palma. *Orat.* Deus, pro cujus. 195. *Postea fiunt commemorationes Octavarum, ut supra,* 195.

Pro Octava vero Nativitatis in utrisque Vesperis dicatur:

℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.

℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

Ad Laudes, & per Horas.

Antiphona. Quem vidístis. *cum reliquis de Nativitate,* 176.

Capitulum. *Galat. 4.*

FRATRES : Quanto témpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, † cum sit dóminus ómnium : * sed sub tutóribus & actóribus est usque ad præfinítum tempus a patre.

℟. br.

NOtum fe-cit Dóminus, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Notum.

℣. Sa-lu-tá-re su-um. * Alle-lú-ia. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fi-li-

o, & Spi-rí-tu- i Sancto. No-tum.

Hymnus. A solis ortus cárdine. 178.

℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona. Dum médium. *ut supra.*

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus. *ut supra.*

Et fit commem. de Nativitate (℣. Vidérunt omnes fines terræ), *et de aliis Octavis,* 196.

Ad Primam, *non dicitur Symbolum* Quicúmque. *Lectio brevis* Itaque. *ut infra ad Nonam.*

Ad Tertiam. *Aña.* Génuit puérpera Regem. *Capit. e Laudibus.*

℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Angelus.

Capitulum. *Galat. 4.*

AT ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum factum ex mulíere, factum sub lege, † ut eos qui sub lege erant, redimeret, * ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Párvulus fílius.

Capitulum. *Galat. 4.*

ITAQUE jam non est servus, sed fílius : * quod si fílius, & hæres per Deum.

℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

In II. Vesperis.

¶ *Si hoc Officium fit die 29, Antiphonæ et Psalmi de Nativitate,* 180, *ritu semiduplici.* (4. *Aña.* Apud Dóminum. *Ps.* De profúndis.) *Capitulum.* Fratres : Quanto tempóre. *ut ad Laudes.* ℟. *br.* Verbum caro. 178. *Hymnus.* Christe Redémptor. 174.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

6. F

PUer Je-sus pro-fi-ci- ébat æ-tá-te & sa-pi- énti-

a co-ram De- o & homíni-bus. E u o u a e.

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus. *ut supra. Et fit commem. S. Thomæ* (*Aña.* Iste sanctus. *etc.* 195), *et Octavarum,* 195. (*Pro comm. Nativit.* ℣. Vidérunt omnes fines terræ.)

¶ *Si fuerit dies 30, Antiphonæ et Psalmi de Nativitate ritu duplici* (4. *Aña.* De fructu. *Ps.* Meménto.) *Et a Capitulo fit de S. Silvestro, cum commem. Dominicæ* (*Aña.* Puer Jesus. ℣. Notum fecit.) *et Octavarum,* 195. (*Pro comm. Nativit.* ℣. Vidérunt omnes.)

Officium infra Octavam Nativitatis.

Si dies post Festum S. Thomæ fuerit Sabbatum, Officium fit de Octava Nativitatis hoc modo :

In II. Vesperis S. Thomæ *omnia dicuntur sicut in II. Vesperis diei*

http://ccwatershed.org

Nativitatis (*4. Aña.* Apud Dóminum. *Ps.* De profúndis.) *ritu semiduplici : et post Orat. Nativitatis fit commem. S. Thomæ, deinde S. Stephani, et aliarum Octavarum, ut supra,* 195.

Ad Laudes, *omnia dicuntur sicut in Nativitate, et post Orationem fit commem. de S. Stephano et reliquis Octavis,* 196.

Ad Horas, *omnia dicuntur sicut in Nativitate Domini.*

Ad Vesperas, *Añæ et Psalmi de Nativitate* (*4. Aña.* De fructu. *Ps.* Meménto.) *ritu duplici ; Capitulum et reliqua de S. Silvestro.*

¶ *Si Festum S. Silvestri venerit in Dominica, agitur de Festo cum commem. Dominicæ in I. Vesperis et Laudibus, ante commem. omnium Octavarum.*

---

31. Dec. S. Silvestri Papæ et Conf. *Duplex.*

In I. Vesperis, *Antiphonæ (duplicatæ) et Psalmi de Nativitate* (*4. Aña.* De fructu. *Ps.* Meménto.)

A Capitulo, omnia de Communi Confessoris Pontificis.

Oratio.

Da quæsumus omnípotens Deus : † ut beáti Silvéstri Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * & devotiónem nobis áugeat & salútem. Per Dóminum.

Si die 30 factum fuerit Officium de Dominica, fit primo commem. de Dominica : Aña. Puer Jesus. 199. ℣. Notum fecit. *Oratio.* Omnípotens sempitérne. 197. — *Si vero factum est de S. Thoma, fit de eo commemoratio : Aña.* Qui vult venire (*in Cong. Gallica Aña propria*), ℣. Justus ut palma. *Oratio.* Deus pro cujus. 195.

(*Sed si dies 30 fuerit Sabbatum, fit commem. de Dñica per Aña.* Dum médium. ℣. Notum fecit. *Orat.* Omnípotens sempitérne. 197.)

Deinde fit commemoratio de Octavis, ut supra, 195. (*Pro Octava Nativitatis,* ℣. Vidérunt omnes fines terræ. *nisi die 30 factum fuerit de S. Thoma.*)

Ad Laudes et per Horas, *omnia sumuntur de Communi Confessoris Pontificis. Et in fine Laudum fit commem. de Octavis, ut supra,* 196.

---

http://ccwatershed.org

Die 1. Januarii.

IN CIRCUMCISIONE DOMINI
ET OCTAVA NATIVITATIS.

Dupl. 2. classis.

IN I. VESPERIS.

Antiphona. O admirábile commércium. *cum reliquis de Laudibus ut infra. Psalmi ut in Festis B. M. V.*

Capitulum. *Tit. 2. c.*

APPARUIT grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, † erúdiens nos, ut abnegántes impietátem & sæculária desidéria, sóbrie, & juste, & pie vivámus in hoc sæculo.

℟. *br.* Verbum caro. 178. *Hymnus.* Christe Redémptor. 174.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.

℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona. 8. G.



Oratio de Laudibus, ut infra. Et non fit aliqua commemoratio.

AD LAUDES, & per Horas.

1. Antiphona. 6. F.

O admi-rá-bi-le commér-ci- um! Cre-á-tor géne-ris humá-ni, a-nimá- tum corpus su-mens, de Virgi-ne nasci digná- tus est: & pro-cé-dens homo si-ne semi-ne, largí-tus est no-bis su- am De- i- tá-tem. E u o u a e.

2. Aña. 3. a

Q Uando na-tus es in-ef-fa-bí-li-ter ex Vírgi-ne, tunc implé-tæ sunt Scri-ptú-ræ: sic-ut plú-vi- a in vellus de-scendí-sti, ut salvum fá-ce-res ge- nus humá-num: te lauda-mus De- us noster. E u o u a e.

3. Aña. 4. E

R Ubum quem ví-de-rat Mó- y-ses incombústum,

conservá-tam agnó-vimus tu- am laudá-bi-lem virgi-ni- tá-tem: De-i Gé-ni-trix, intercé-de pro no-bis. E u o u a e.

4. Aña. 1. f

G Ermi-ná-vit ra-dix Jesse, orta est stella ex Ja-cob: Virgo pé-pe-rit Salva-tó- rem: te laudámus De- us no-ster. E u o u a e.

5. Aña. 1. D

E Cce Ma-rí- a génu- it no-bis Salva-tó-rem, quem Jo-ánnes vi-dens exclamá-vit, di-cens: Ecce Agnus De-i, ecce qui tollit peccá-ta * mundi, alle-lú-ia.

Post Sept. * mundi. E u o u a e.

Capitulum. *Tit. 2. c.*

APPARUIT grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, † erúdiens nos, ut abnegántes impietátem & sæculária desidéria, * sóbrie, & juste, & pie vivámus in hoc sæculo.

http://ccwatershed.org

℟. *br.* Notum fecit. 198. *Hymnus.* A solis ortus cárdine.
℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

Oratio.

DEUS, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri præmia præstitísti : † tribue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

Ad Tertiam. *Aña.* Quando natus es. *Capitulum e Laudibus.*
℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Rubum quem víderat Móyses.

Capitulum. *Hebr. 1. c.*

ET : Tu in princípio Dómine terram fundásti : * & ópera mánuum tuárum sunt cæli.
℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Ecce María.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Hebr. 1. c.*

Ipsi períbunt, tu autem permanébis; & omnes sicut vestiméntum veteráscent : † & velut amíctum mutábis eos, & mutabúntur : * tu autem idem ipse es, & anni tui non defícient.
℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis Vesperis.
℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

E u o u a e. *Oratio.* Deus, qui salútis. *ut supra.*

Deinde pro S. Stephano. Aña. Stéphanus autem. 185.
℣. Stéphanus vidit cælos apértos.
℟. Vidit & introívit : beátus homo, cui cæli patébant.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítæ Stéphani sánguine dedicásti : † tribue, quæsumus; ut

IN EPIPHANIA DOMINI

IN I. VESPERIS.

Antiphona. Ante lucíferum génitus. *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Isaiæ 60.*

SURGE, illumináre Jerúsalem, quia venit lumen tuum, * & glória Dómini super te orta est.

Responsorium breve.

O-mnes de Sa-ba vé-ni-ent, * Al-le-lú-ia, al-le-lú-ia. Omnes.

℣. Aurum & thus de-fe-réntes. * Al-le-lú-ia, &c. ℣. Glória Patri, & Fí-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Omnes.

Tonus simplex pro diebus infra Octavam.

℟. br. O-mnes de Sa-ba vé-ni-ent, *Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes. ℣. Aurum & thus de-fe-réntes. * Al-le-lú-ia. ℣. Gló-ria Patri, & Fí-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Omnes.

Hymnus.

HOstis He-ró-des ímpi-e, Christum ve-ní-re quid ti-mes? Non é-ri-pit mor-tá-li-a, Qui regna dat cæ-lésti-a.

Ibant Magi, quam viderant
Stellam sequéntes præviam :
Lumen requírunt lúmine :
Deum faténtur múnere.

Lavacra puri gúrgitis
Cæléstis Agnus áttigit :
Peccata, quæ non détulit,
Nos abluéndo sústulit.

Novum genus poténtiæ :
Aquæ rubéscunt hydriæ,
Vinúmque jussa fúndere,
Mutávit unda originem.

Glória tibi Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Sic cantantur et terminantur Hymni per totam Octavam.

℣. Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G MA-gi vi-dén-tes stellam, di-xé-runt ad invi-cem: Hoc signum magni Re-gis est : e-ámus & inqui-rá-

http://ccwatershed.org

mus e- um, & offe-rámus e- i múne-ra, aurum, thus &

myrrham, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Hymnus ad Completorium in tono Hostis Heródes impie, *per totam Octavam.*

AD LAUDES, et per Horas.

1. Antiphona. 2. D

A N-te lu-ci- fe-rum gé-ni-tus, & ante sæcu-la, Dómi- nus Salvá-tor noster hó-di- e mundo appa-ru-it. E u o u a e.

2. Aña. 1. g

V E-nit lumen tu-um Je- rú-sa- lem, & gló-ri- a Dó- mi-ni super te or- ta est, & ambu-la-bunt gentes in lúmi-ne tu- o, al-le- lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

A - pértis thesáu-ris su- is ob- tu-lé-runt Ma-gi Dó-mino aurum, thus & myrrham, alle- lú-ia. E u o u a e.

M A-ri- a & flúmi-na be-ne-dí-ci-te Dómi-no : hy-mni di-ci-te fontes Dómi-no, alle-lú-ia. E u o u a e.

S Tella ista sic-ut flamma co-rúscat, & Regem re-gum De- um demónstrat : Ma- gi e- am vi-dé-runt, & ma-gno Re- gi múne-ra obtu-lé-runt. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 60.*

SURGE, illumináre Jerúsalem, quia venit lumen tuum, * & glória Dómini super te orta est.

R. br. R Eges Tharsis & insu-læ múne-ra óffe-rent, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Reges Tharsis. ℣. Re-ges A-rabum & Sa-ba

Hymnus.



Quem stella, quæ solis rotam
Vincit decóre ac lúmine,
Venisse terris núntiat
Cum carne terréstri Deum.

Vidére postquam illum Magi,
Eóa promunt múnera :
Stratique votis ófferunt
Thus, myrrham, & aurum régium.

Regem Deúmque annúntiant
Thesáurus, & fragrans odor
Thuris Sabæi, ac myrrheus
Pulvis sepúlcrum prædocet.

Glória tibi Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre & Sancto Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Adoráte Deum, allelúia.
℟. Omnes Angeli ejus, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.



http://ccwatershed.org



Oratio.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : † concéde propítius ; ut qui jam te ex fide cognóvimus, * usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Venit lumen tuum. *Capit.* Surge, *ut supra.*

℣. Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent, allelúia.
℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Apértis thesáuris suis.

Capitulum. *Isaiæ 60.*

Leva in circúitu óculos tuos, & vide : † omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi : * filii tui de longe vénient, & fíliæ tuæ de látere surgent.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.
℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Stella ista.

Capitulum. *Isaiæ 60.*

Omnes de Saba vénient, † aurum & thus deferéntes, * & laudem Dómino annuntiántes.

℣. Adoráte Dóminum, allelúia.
℟. In aula sancta ejus, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Antiphona. Ante lucíferum génitus. *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica.*

Capitulum, ℟. *br. et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

Si Epiphania venerit in Sabbato, in II. Vesperis fit commem. Dominicæ infra Octavam. Aña. Remánsit. 218.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.
℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia.

Oratio. Vota, quæsumus. 219.

Infra Octavam Epiphaniæ si occurrat Festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur post Octavam, nisi fuerit Patroni vel Titularis Ecclesiæ, vel Dedicat. ejusdem. De aliis vero Duplicibus, de Semiduplici et Simplicibus fit commemoratio juxta Rubricas.

Infra Octavam Epiphaniæ, ad Laudes et per Horas, omnia ut in die Festi, præter Antiphonas ad Benedictus et ad Magnificat, quæ singulis diebus habentur propriæ, ut sequitur.

De Dominica infra Octavam, in quamcumque diem Octavæ inciderit, fit Officium ut infra ordinatur. Post Dominicam vero continuantur dies Octavæ eodem numero quo notantur, perinde ac si Dominica non intercessisset. Ex. gr. : si Dominica venerit in tertia die infra Octavam, prima die post Dñicam Antiphonæ ad Benedictus et Magnificat dicentur de tertia die infra Octavam, et sic deinceps de aliis.

http://ccwatershed.org

Secunda Die infra Octavam.

Ad Bened. Aña. 8. G



Ad Magnif. Aña. 7. a



Tertia Die.

Ad Bened. Aña. 4. E

TRi- a sunt múne- ra, quæ obtu-lé-runt Ma-gi Dómi-no, au-rum, thus & myrrham, Fí-li- o De- i, Re-gi ma-gno, alle-lú- ia.

Ad Magnif. Aña. 8. c

LUX de lu- ce appa-ru- í-sti Christe, cu- i Ma-gi múne-ra óf-fe- runt, alle-lú-ia, alle- lú- ia, alle-lú-ia.

Quarta Die.

Ad Bened. Aña. 4. E

VI-dimus stellam e-jus in O-ri- énte, & ve-nimus cum muné-ri-bus ad-o-rá-re Dómi-num.

Ad Magnif. Aña. 8. G

IN-ter-rogá-bat Ma-gos He- ró-des : Quod signum vi-di-stis super na-tum Re-gem? Stel-lam ví-dimus fulgéntem,

cu- jus splendor il-lú- mi-nat mundum.

Quinta Die.

Ad Bened. Aña. 7. a

O-mnes na-ti- ó- nes vé- ni- ent a longe portántes múne-ra su- a, alle-lú-ia.

Ad Magnif. Aña. 8. c

O-mnes de Sa-ba vé-ni- ent, aurum & thus de-feréntes, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Sexta Die.

Ad Bened. Aña. 8. G

VE-ni- ent ad te qui detra-hébant ti-bi, & ad-o-rabunt vestí-gi- a pe-dum tu- ó-rum.

Ad Magnif. Aña. 1. f.

ADmó-ni-ti Ma-gi in somnis, per á-li- am vi- am re-vérsi sunt in re-gi- ó-nem su- am.

http://ccwatershed.org

Quando Epiphania in Dominica venerit, *Sabbato sequenti fit Officium de Dominica, hoc modo. Feria sexta, in Vesperis, a Capitulo fit de Dominica. Capitulum.* Fratres : Obsecro. *ut infra*, 219.

℟. br.

Hymnus cum reliquis ut in eadem Dominica infra ponitur. Deinde fit commem. Epiphaniæ, sicut ibidem dicitur.

Ad Laudes et Horas diei, omnia ut in dicta Dominica, cum commem. Epiphaniæ, ut infra.

Sabbato infra Octavam Epiphaniæ.

Capitulum. Fratres : Obsecro. *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Omnes de Saba. 208. *Hymnus.* Hostis Heródes. 209.

℣. Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent.

℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent.

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D



http://ccwatershed.org



Oratio. Vota, quæsumus. *ut infra ad Laudes.*

Deinde fit commem. Epiphaniæ per Antiphonam quæ occurrit secundum ordinem dierum infra Octavam.

℣. Vidimus stellam ejus in Oriénte, allelúia.

℟. Et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum, allelúia.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 213.

Dominica infra Octavam Epiphaniæ.

Totum Officium dicitur de Epiphania, præter Capitula, Antiphonas ad Benedictus et Magnificat, et Orationem.

Ad Laudes.

Capitulum. *Rom. 12.*

Fratres : Obsecro vos per misericórdiam Dei, † ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, * rationábile obséquium vestrum.

℟. *br.* Reges Tharsis. 211. *Hymnus.* O sola magnárum. 212.

℣. Adoráte Deum, allelúia.

℟. Omnes Angeli ejus, allelúia.

Ad Benedictus, Aña. Remánsit puer. *ut supra.*

Oratio.

Vota, quæsumus Dómine, supplicántis pópuli cælésti pietáte proséquere : † ut & quæ agénda sunt, vídeant, * & ad implénda quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum.

Et fit commem. de Epiphania. Aña. Hódie cæléstí sponso. 212.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.

℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 213.

Ad Primam, *non dicitur Symbolum* Quicúmque. *Pro Lectione brevi dicitur Capitulum Nonæ.*

Ad Tertiam. *Aña.* Venit lumen tuum. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent, allelúia.
℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Apértis thesáuris suis.

Capitulum. *Rom. 12.*

Dico enim per grátiam quæ data est mihi, † ómnibus qui sunt inter vos : * Non plus sápere quam opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.
℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Stella ista.

Capitulum. *Rom. 12. b.*

Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúmdem actum habent : † ita multi unum corpus sumus in Christo, * sínguli autem alter altérius membra in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Adoráte Dóminum, allelúia.
℟. In aula sancta ejus, allelúia.

Ad Vesperas.

Aña. Ante lucíferum génitus. *cum reliq.* 210. *Psalmi de Dominica.*

Capit. Fratres : Obsecro. *ut ad Laudes.*

℟. *br.* Omnes de Saba. 208. *Hymnus.* Hostis Heródes. 209.

℣. Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent.

(*Pro commem. hujus Officii in I. Vesperis Octavæ Epiph. dicitur:*

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.
℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia.)

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



F-li-li, quid fe-cí-sti no-bis sic? E-go & pa-ter tu-us

http://ccwatershed.org



do-len-tes quærebámus te. Quid est quod me quæ-re-bá-



tis? nesci- e-bá-tis qui- a in i- is quæ Patris me- i sunt, o-



pórtet me esse? E u o u a e. *Orat.* Vota, quæsumus. 219.

Et fit commem. de Epiphania. Aña. Tribus miráculis. 214.

℣. Vidimus stellam ejus in Oriénte, allelúia.
℟. Et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum, allelúia.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 213.

¶ *Si Octava Epiphaniæ venerit in Dominica, nihil fit de Dominica in ipsa die Octava, sed tantum in I. Vesperis diei Octavæ fit commem. pro II. Vesperis Dominicæ infra Octavam, de qua celebratum est Officium eo die. Aña.* Fili, quid fecísti. ℣. Omnes de Saba. *Qui* ℣. *etiam dicitur quando Octava Epiph. venerit in Feria II. pro commem. Dominicæ in I. Vesperis diei Octavæ.*

In Die Octava Epiphaniæ. *Duplex.*

In I. Vesperis omnia dicuntur sicut in I. Vesperis Epiphaniæ, 208, *excepta Oratione.*

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis appáruit : † præsta quæsumus ; ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, * intus reformári mereámur. Qui tecum vivit.

Ad Laudes, per Horas et ad Vesperas, omnia dicuntur sicut in die Epiphaniæ, excepta Orat. Deus, cujus Unigénitus.

Si Octava Epiphaniæ venerit in Sabbato, in II. Vesperis Octavæ fit commem. Dominicæ II. post Epiphaniam (Aña. Suscépit Deus. ℣. Vespertína.). — *Quando autem Septuagesima venerit in Dominica I.*

post Octavam Epiphaniæ, tunc in primo Sabbato post Octavam, non impedito Festo XII. Lectionum, alioquin prima die post Octavam non impedita Festo Duplici), fit Officium de Feria, cum Aña ad Benedictus (℣. Repléti sumus.) *et Oratione Dominicæ II. post Epiph. De Festo vero Semiduplici hac die occurrente fit tantum commem. in utrisque Vesperis et Laudibus. Quod si tota Hebdomada fuerit Festo Duplici impedita, tunc in prædicto Sabbato fit commem. Officii hujus Dominicæ per ejus Aňam ad Benedictus* (℣. Repléti sumus.) *et Oratione.*

Dominica I. post Epiphaniam, *quæ est infra Octavam vel in ipsa die Octavæ, dicitur Officium secundum Rubricam.*

Sabbato I. post Oct. Epiphaniæ.

Ad Vesperas, *omnia, præter Orationem, ut in Psalterio, 109, quod servatur in aliis Sabbatis usque ad Septuagesimam.*

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui cæléstia simul & terréna moderáris: † supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi, * & pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.

Deinde fiunt Commemorationes positæ in Psalterio, 115.

Dominica II. post Epiphaniam.

Ad Laudes, *omnia ut in Psalterio, 21.*

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se virtúte.

Ad Bened. Aña. 8. G



Oratio. Omnípotens sempitérne Deus. *ut supra.*

Deinde fiunt Commemorationes ut in Psalterio, 115.

Ad Horas et Vesperas, *omnia ut in Psalterio de Dominica.*

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnif. Aña. 1. f



Oratio. Omnípotens. *Deinde fiunt Commemorationes communes.*

¶ *Post Octavam Epiphaniæ usque ad Quadragesimam, quando occurrit fieri de Feria, fit Officium ut in Psalterio, exceptis iis quæ sunt propria. Oratio vero dicitur de Dominica præcedenti. In Vesperis Sabbati, dicitur Oratio Dominicæ sequentis.*

Dominica III. post Epiphaniam.

Ad Bened. Aña. 8. G



Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice: † atque ad protegéndum nos * déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Ad Magnif. Aña. 1. g

Dominica IV. post Epiphaniam.

Ad Bened. Aña. 6. F



Oratio.

DEUS, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsístere : † da nobis salútem mentis & córporis ; * ut ea quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. g



http://ccwatershed.org

Dominica V. post Epiphaniam.

Ad Bened. Aña. 1. a



Oratio.

FAMILIAM tuam, quæsumus Dómine, continua pietáte custódi : † ut quæ in sola spe grátiæ cæléstis innítitur, * tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. g

Dominica VI. post Epiphaniam.

Ad Bened. Aña. 7. d



S Imi-le est regnum cæ-lórum gra-no si-na-pis,

quod mí-nimum est ómni-bus semi-ni-bus : cum autem cre-



ve-rit, ma-jus est ómni-bus o- lé-ri-bus. E u o u a e.

Oratio.

PRÆSTA quæsumus, omnipotens Deus : † ut semper rationabilia meditántes, * quæ tibi sunt plácita, & dictis exsequamur & factis. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. f



S I-mi-le est regnum cæ-ló-rum fermento, quod



accéptum mú-li- er abscóndit in fa-rínæ sa-tis tri-bus, do-



nec fermentá-tum est to-tum. E u o u a e.

Si aliquod Festum Duplex celebratur in Sabbato ante Septuagesimam, in II. Vesperis, post Orationem Festi fit commem. de Dominica, et in fine dicitur Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia, *ut infra.*

Sabbato ante Septuagesimam.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Nescitis. *ut infra ad Laudes.*
℟. br. Magnus Dóminus noster. 112. *Hymnus.* O lux beáta. 113.
℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

D I-xit Dómi-nus ad A-dam : De ligno quod est



in mé-di- o pa-ra-dí-si, ne cóme-das : in qua ho-ra com-



éde-ris, mor- te mo- ri- é-ris. E u o u a e.

Oratio. Preces pópuli tui. *ut infra ad Laudes.*



Benedicámus Dómi-no, alle-lú-ia, al-le- lú- ia.
Deo grá- ti- as, alle-lú-ia, al-le- lú- ia.

Et deinceps non dicitur Allelúia *usque ad Sabbatum Sanctum. Sed post* Deus in adjutórium, *ubi dicebatur* Allelúia, *dicitur* Laus tibi Dómine Rex ætérnæ glóriæ.

Si in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam in Albis occurrat Festum Duplex quod transferri valeat, transfertur in primam diem non impeditam. De aliis vero Duplicibus et de Semidupl. fit tantum commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus, ut dicitur in Rubrica de Commemorationibus.

http://ccwatershed.org

Dominica in Septuagesima.

Ad Laudes.

1. Aña. 1. à

M I-se-ré-re me- i De-us, & a de-lícto me-o munda me : qui- a ti-bi so-li peccá-vi.

Ps. Miserére mei Deus. *cum reliquis de Dominica,* 21.

2. Aña. 8. G

C Onfi-té-bor ti-bi quó-ni- am exaudísti me.

3. Aña. 2. D

D E-us De- us me- us, ad te de lu-ce ví-gi- lo, qui- a factus es adjú-tor me- us.

4. Aña. 1. a

B Ene-díctus es in firmaménto cæ- li, & lauda-bi-lis in sæcu-la, De- us noster.

5. Aña. 1. à

L Audá-te Dómi-num de cæ-lis.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *1. Cor. 9. d.*

FRATRES : Nescítis quod ii qui in stádio currunt, † omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum ? * Sic cúrrite ut comprehendátis.

℟. *br.* Inclína cor meum. 28. *Hymnus.* Ætérne rerum. 29.
℣. Dómine refúgium factus es nobis.
℟. A generatióne & progénie.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. g

S Imi-le est regnum cæ-ló-rum hómi-ni patri-fa-mi-li-as, qui éx- i- it primo ma-ne condú-ce-re o-pe-rá-ri-os in ví-ne-am su-am di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

Oratio.

PRECES pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exáudi : † ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, * pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum.

Ad Primam.

Aña. 1.

C Onventi- óne au- tem fa- cta cum ope-rá-ri-is ex dená-ri- o di- úr- no, mi-sit e- os in ví-ne- am su-am.

Lectio brevis. Dóminus autem dírigat. *ut in Psalterio,* 7.

Ad Tertiam.

Aña. 8. c



Capitulum. Fratres : Nescítis. *ut supra ad Laudes.*

℣. Ego dixi, Dómine miserére mei.
℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Ad Sextam.

Aña. 1. g



Capitulum. *1. Cor. 9. d.*

OMNIS autem qui in agóne conténdit, ab ómnibus se abstinet : † & illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant, nos autem incorrúptam.

℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Ad Nonam.

Aña. 8. G



Capitulum. *1. Cor. 10.*

BIBEBANT autem de spiritáli, consequénte eos, petra : † petra autem erat Christus : * sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

Ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus. *Hymnus*. Quam magnificáta. 87. *Hymnus*. Lucis Creátor. ℣. Dirigátur.

Ad Magnificat, Antiphona.



Feria Secunda.

Ad Magnif. Aña. 1. a



http://ccwatershed.org

res illos no-bis fe-císti, qui portá-vimus pondus di-é- i & ...

æstus.

Feria Tertia.

Ad Magnif. Aña. 8. G

D I-xit au-tem pa-terfamí-li- as : Amí- ce, non fa- ci- o ti-bi injú- ri- am : nonne ex de-ná-ri- o convenísti me-cum? tolle quod tu-um est, & vade.

Feria Quarta.

Ad Magnif. Aña. 8. c

T Olle quod tu- um est, & va-de; qui- a ego bo- nus sum, di-cit Dómi-nus.

Feria Quinta.

Ad Magnif. Aña. 8. G

N ON li-cet mi-hi quod vo- lo fá-ce-re? An ...

... óculus tu-us nequam est? qui- a e-go bonus sum, di-cit Dóminus.

Sabbato ante Sexagesimam.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Libénter suffértis. *ut infra ad Laudes.*

Resp. br. Magnus Dóminus. 112. *Hymnus.* O lux beáta. 113.

℣. Vespertina orátio ascéndat ad te Dómine.

℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

D I-xit Dómi-nus ad No- e : Fi-nis u-ni-vérsæ car-nis ve-nit co-ram me : fac ti-bi arcam de lignis læ-vi-gá-tis, ut salvé-tur uni-vérsum semen in e- a. E u o u a e.

Orátio ut infra ad Laudes.

Dominica in Sexagesima.

Ad Laudes.

Aña. 1. g

S Ecúndum magnam mi-se-ri-córdi- am tu- am

http://ccwatershed.org

mi-se-ré-re me- i De- us. *Ps.* Miserére. *cum reliquis.*

2. Aña. 1. a

SI mi-hi Dóminus salvá-tor fú- e- rit, non timébo quid fá-ci- at mi-hi homo.

3. Aña. 2. D

IN ve-laménto clamá-vi valde di-lú-cu-lo : Deus, De- us me- us, ad te de lu-ce ví-gi-lo.

4. Aña. 8. G

HYmnum di-cámus Dó-mi-no De- o nostro.

5. Aña. 1. f

IN tympano & cho-ro, in chordis & órga-no laudá-te De- um.

Capitulum. *2. Cor. 11. d.*

FRATRES : Libénter suffértis insipiéntes, cum sitis ipsi sapiéntes : † sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, * si quis in fáciem vos cædit.

℟. *br.* Inclína cor meum. 28. *Hymnus.* Ætérne rerum. 29. ℣. Dómine refúgium.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

CUm turba plú-rima conve-ní-rent ad Jesum, & de civi-tá- ti- bus pro-pe-rá-rent ad e- um, di-xit per simi- li-tú-di-nem : Ex-i- it qui séminat semi- ná-re semen su-um. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui cónspicis quia ex nulla nostra actióne confídimus : † concéde propítius ; * ut contra advérsa ómnia Doctóris géntium protectióne muniámur. Per Dóminum.

Ad Primam.

Aña. 8. c

SEmen cé-ci-dit in terram bonam, & áttu-lit fru-ctum in pa-ti- énti- a.

Ad Tertiam.

Aña. 1. f

QUi verbum De- i ré-ti-nent corde perfécto & ópti-mo fructum áf-fe- runt in pa-ti- énti- a.

Capitulum. Fratres : Libénter suffértis. *ut supra ad Laudes.*

℣. Ego dixi, Dómine miserére mei.
℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Ad Sextam.

Aña. 8. c



Capitulum. *2. Cor. 11. f.*

TER virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, * nocte & die in profúndo maris fui.

℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Ad Nonam.

Aña. 7. c



Capitulum. *2. Cor. 12. c.*

LIBENTER ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, * ut inhábitet in me virtus Christi.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

Ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.
℟. *br.* Quam magnificáta. 87. *Hymnus.* Lucis Creátor. ℣. Dirigátur.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.



Feria Secunda.

Ad Magnif. Aña. 7. c



Feria Tertia.

Ad Magnif. Aña. 3. a



Feria Quarta.

Ad Magnif. Aña. 1. g

sunt qui in corde bono & ópti-mo fructum áffe- runt in

pa- ti- énti- a.

Si prædictæ Antiphonæ ad Magnificat non potuerunt dici in præced. Feriis, et in seq. Feria V. occurrat fieri Officium de Feria, dicatur ultima ex iis prætermissa : alioquin, expletis omnibus, sumantur de Psalterio, quod semper fit quando propriæ non habentur.

Sabbato ante Quinquagesimam.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Si linguis. *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Magnus Dóminus noster. 112. *Hymnus.* O lux beáta. 115.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.

℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

6. F

P A- ter fí-de- i nostræ, Abra- ham summus

ób- tu-lit ho- lo-cáustum su-per al- tá-re pro fí- li- o

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

http://ccwatershed.org

Dominica in Quinquagesima.

Ad Laudes.

Aña. 1. f

S Ecúndum multi-tú-dinem mi-se-ra-ti- ónum tu-

árum Dómi-ne, de-le in-iqui-tá-tem me- am.

℣s. Miserére mei Deus. *cum reliquis.*

2. Aña. 8. c

D E- us me- us es tu, & confi-té-bor ti-bi : De- us

me-us es tu, & ex-altá-bo te.

3. Aña. 7. a

A D te de lu-ce ví-gi-lo De- us, ut ví-de- am vir-

tú-tem tu- am.

4. Aña. 4. E

H Ymnum dí-ci-te, & super-exal- tá-te e- um in

sǽcu-la.

5. Aña. 5. a



Capitulum. *1. Cor. 13.*

FRATRES : Si linguis hóminum loquar, & Angelórum, † caritatem autem non hábeam, * factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tínniens.

℟. *br.* Inclina cor meum. 28. *Hymnus.* Ætérne rerum. 29. ℣. Dómine refúgium.

Ad Benedictus, Antiphona.

4. E

Oratio.

PRECES nostras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi : † atque a peccatórum vínculis absolútos, * ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Ad Primam.

Aña. 1. g



Ad Tertiam.

Aña. 4. f



Capitulum. Fratres : Si linguis. *ut supra ad Laudes.*

℣. Ego dixi, Dómine miserére mei.

℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Ad Sextam.

Aña. 7. a



Capitulum. *1. Cor. 13.*

CARITAS nunquam éxcidit : † sive prophetiæ evacuabúntur, sive linguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur : * ex parte enim cognóscimus, & ex parte prophetámus.

℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Ad Nonam.

Aña. 1. f



CÆcus ma-gis ac ma-gis clamá-bat, ut e-um Do-



mi-nus illumi-ná-ret.

Capitulum. *1. Cor. 13. d.*

NUNC autem manent fides, spes, cáritas, tria hæc : * major autem horum est cáritas.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

Ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus. ℟. *br.* Quam magnificáta. 87. *Hymnus.* Lucis Creátor. ℣. Dirigátur.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J



STans autem Je-sus jussit cæcum addú-ci ad se, &



a- it il-li : Quid vis ut fá-ci-am ti-bi? Dómi-ne, ut vi-

de- am. Et Je-sus a- it il-li : Réspi-ce, fi-des tu- a te sal-

http://ccwatershed.org

vum fe-cit. Et confé-stim vi-dit, & seque-bá-tur illum, ma-

gni-fi-cans De-um. E u o u a e.

Feria Secunda. *Ad Magnificat, Aña.* Et qui præibant. 241.

Feria Tertia.

Ad Magnif. Aña. 8. G



MI-se-ré-re me- i, Fi-li Da- vid. Quid vis ut fá-



ci-am ti-bi? Dómi-ne, ut ví-de- am.

Feria Quarta Cinerum.

In hac et sequentibus Feriis usque ad Vesperas Sabbati, Capitula, ℟. brevia, Hymni et alia omnia dicuntur ut in Psalterio per annum, exceptis Antiphonis ad Benedictus et Magnificat.

Ad Bened. Aña. 7. a



CUM je-juná-tis, no-lí-te fi- e-ri sic-ut hy-pócri-

tæ, tristes.

Oratio.

PRÆSTA Dómine fidélibus tuis : † ut jejuniórum veneránda sollémnia, & cóngrua pietáte suscípiant, * & secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum.

Hæc Oratio dicitur ad omnes Horas diei, præterquam in Vesperis, in quibus habetur propria. Et sic in sequentibus Feriis.

Ad Magnif. Aña. 4. A



Oratio.

INCLINANTES se, Dómine, majestáti tuæ, propitiátus intende: ut qui divíno múnere sunt reféсti, cæléstibus semper nutriantur auxíliis. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 1. g



Oratio.

DEUS, qui culpa offénderis, pæniténtia placáris : † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice ; * & flagélla tuæ iracúndiæ quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. g



Oratio.

PARCE Dómine, parce pópulo tuo : * ut dignis flagellatiónibus castigátus, in tua miseratióne respíret. Per Dóminum.

Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 1. f



Oratio.

INCHOATA jejúnia, quæsumus Dómine, benígno favóre proséquere : † ut observántiam, quam corporáliter exhibémus, * méntibus étiam sincéris exercére valeámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. f



Oratio.

TUERE Dómine pópulum tuum, & ab ómnibus peccátis cleménter emúnda : * quia nulla ei nocébit advérsitas, si nulla ei dominétur iníquitas. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened. Aña. 2. D



http://ccwatershed.org

Oratio.

Adesto Dómine supplicatiónibus nostris, & concéde: ut hoc solémne jejúnium, quod animábus corporibúsque curándis salúbriter institútum est, * devóto servítio celebrémus. Per Dóminum.

Sabbato I. in Quadragesima.

Ad Vesperas.

Capitulum. *2. Cor. 6.*

Fratres: Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait enim: Témpore accépto exaudívi te, * & in die salútis adjúvi te.

℟. br.



S Cápu-lis su- is * Obumbrá- bit ti-bi. Scápu-lis.



℣. Et sub pennis e-jus spe-rá-bis. * Obumbrá- bit. ℣. Gló-ri- a



Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Scápu-lis.

Hymnus.

2.



A Udi be-nígne Cóndi-tor Nostras pre-ces cum fle-ti-



bus, In hoc sacro je-jú-ni- o Fu-sas quadra-ge-ná- ri- o.

Scrutátor alme córdium,
Infírma tu scis vírium:
Ad te revérsis éxhibe
Remissiónis grátiam.

Multum quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus:
Ad laudem tui nóminis
Confer medélam lánguidis.

Sic corpus extra cónteri
Dona per abstinéntiam,
Jejúnet ut mens sóbria
A labe prórsus críminum.

Præsta beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas:
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera. Amen.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a



T Unc invo- cá- bis, & Dómi-nus exáudi- et : cla-



má-bis, & di- cet : Ecce adsum. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimáli observatióne puríficas: * præsta famíliæ tuæ; ut quod a te obtinére abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exsequátur. Per Dóminum.

Tonus Hymni ad Completorium.



T E lu-cis an-te térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pósci-

mus, Ut só-li-ta cleménti- a Sis præsul ad custó-di- am.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata:
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Præsta Pater omnípotens,
Per Jesum Christum Dóminum,
Qui tecum in perpétuum
Regnat cum Sancto Spíritu.
Amen.

Prædictus cantus ad Completorium servatur diebus omnibus Quadragesimæ (præterquam in Festis proprium tonum habentibus) usque ad Dominicam Passionis. Servatur etiam Tempore Passionis in Festis proprium non habentibus; sed in Officio de Tempore sumitur tonus Vexílla Regis, *ut infra dicetur.*

http://ccwatershed.org

Dominica I. in Quadragesima.

Ad Laudes.

1. Aña. 1. g

COR mundum cre- a in me De- us, & spi-ri-tum rectum ínno-va in viscé-ri-bus me- is. *Ps.* Miserére.

2. Aña. 2. D

O Dómi- ne salvum me fac : o Dómi- ne be-ne prospe-rá-re.

3. Aña. 7. a

SIC be-ne-dí-cam te in vi-ta me- a Dómi- ne : & in nó-mi-ne tu- o le-vábo manus me- as.

4. Aña. 2. D

IN spí-ri-tu humi-li-tá-tis & in á-nimo contri-to susci-pi- ámur Dómi-ne a te : & sic fi- at sa-crí-fi-ci-um nostrum, ut a te susci-pi- á-tur hó-di- e, & pla-ce-at ti- bi Dómi-ne De- us.

5. Aña. 2. D

LAudá-te De- um cæ-li cæ-ló-rum, & aquæ omnes.

Capitulum. *2. Cor. 6.*

FRATRES : Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. † Ait enim : Témpore accépto exaudívi te, * & in die salútis adjúvi te.

℟. br. Ipse li-be-rá-vit me * De láque- o ve-nánti- um. Ipse. ℣. Et a verbo áspe-ro. * De láque- o. ℣. Gló-ri- a Pa-tri, & Fi-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Ipse.

Hymnus.

2. JAM Christe sol justí-ti- æ, Mentis di- éscant téne-bræ, Virtú-tum ut lux réd-e- at, Terris di- em cum ré-pa-ras.

http://ccwatershed.org

Dans tempus acceptábile,
Et pænitens cor tríbue :
Convértat ut benignitas
Quos longa suffert píetas.

Quiddámque pæniténtiæ
Da ferre, quamvis grávium,
Majóre tuo múnere,
Quo démptio fit críminum.

Dies venit, dies tua,
In qua reflórent ómnia :
Lætémur in hac ad tuam
Per hanc redúcti grátiam.

Te rerum univérsitas,
Clemens adóret Trínitas,
Et nos novi per véniam
Novum canámus cánticum.
Amen.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. J



D- Uctus est Je-sus in de-sér-tum a Spí- ri- tu,



ut tenta-ré-tur a di- á-bo- lo : & cum je-ju-nás-set quadra-





…bus & quadra-ginta nócti-bus, póste- a e-sú-ri- it.

Ad Absolut. Capituli, Lectio brevis. Quærite Dóminum. 8. *Et dicitur in Dominicis et Feriis usque ad Dominicam Passionis exclusive.*

Ad Tertiam.

Hymnus. 4.



N- Unc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fi-



li-o, Digná-re promptus inge-ri Nostro re-fú-sus pécto-ri.

Os, lingua, mens... Præsta Pater piissime, &c.

In eodem tono cantantur Hymni ad Horas in Officio de Tempore usque ad Dominicam Passionis.

Ant. 2. D

T- Unc assúmpsit e- um di- ábo-lus in sanctam ci-

http://ccwatershed.org

Ad Sextam.

Aña. 5. a

NON in so- lo pa-ne vi- vit homo, sed in om- ni verbo, quod pro-cé-dit de o-re De- i.

Capitulum. *2. Cor. 6.*

Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis : † nemini dantes ullam offensiónem, * ut non vituperétur ministérium nostrum.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.
℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Ad Nonam.

Aña. 8. G

DOmi-num De- um tu- um ado- rá- bis, & il-li so- li sérvi- es.

Capitulum. *2. Cor. 6.*

Ut castigáti, & non mortificáti : quasi tristes, semper autem gaudéntes : † sicut egéntes, multos autem locupletántes : * tamquam nihil habéntes, & ómnia possidéntes.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.

℟. *br.* Scápulis suis. 246. *Hymnus.* Audi benigne Cónditor.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.

1. G

ECce nunc tempus acceptá-bi- le, ecce nunc di-es sa-lú-tis : in his ergo di- é-bus exhi-be- ámus nos-met-ipsos sic-ut De- i mi-nistros, in multa pa- ti- énti- a, in je-jú-ni- is, in vi-gí-li- is, & in ca-ri- tá- te non ficta.

E u o u a e.

℟℟. brevia, Hymni, et ℣℣. hujus Dominicæ dicuntur in aliis Dominicis et in Feriis Quadragesimæ usque ad Dominicam Passionis exclusive.

Feria Secunda.

Ad Laudes. *Antiphonæ et Psalmi de Psalterio.*

Capitulum. *Isaiæ 58.*

Clama, ne cesses, quasi tuba exálta vocem tuam, † & annúntia pópulo meo scélera eórum, * & dómui Jacob peccáta eórum.

℟. *br.* Ipse liberávit me. *Hymnus.* Jam Christe. 249.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Bened. Aña. 7. a

VEni-te be-ne-dicti Patris me- i, perci-pi-te



Oratio.

Converte nos Deus salutáris noster : † & ut nobis jejúnium Quadragesimále profíciat, * mentes nostras cæléstibus instrue disciplínis. Per Dóminum.

Ad Horas, *Antiphonæ, Capitula et ℣℣. ut notantur in Psalterio pro Quadragesima.*

Ad Vesperas. *Antiphonæ et Psalmi de Psalterio.*

Capitulum. *Joel. 2. d*

Inter vestíbulum & altáre plorábunt sacerdótes minístri Dómini, & dicent : † Parce Dómine, parce pópulo tuo : * & ne des hæreditátem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis natiónes.

℟. *br.* Scápulis suis. *Hymnus.* Audi benígne Cónditor, 246.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnif. Aña. 1. f





Oratio.

Absolve, quæsumus Dómine, nostrórum víncula peccatórum : & quidquid pro eis merémur, propitiátus avérte. Per Dóminum.

Capitula supradicta dicuntur in feriali Officio usque ad Dñicam Passionis.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 1. g





Oratio.

Réspice Dómine famíliam tuam, & præsta : † ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, * quæ se carnis maceratióne castígat. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 8. G



Oratio.

Ascéndant ad te Dómine preces nostræ : * & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Feria Quarta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Aña. 8. G

G Ene-rá-ti-o hæc pra-va & pervérsa signum quæ-rit : & si- gnum non dá-bi-tur e- i, ni-si si-gnum Jonæ Prophé-tæ.

Oratio.

PRECES nostras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi : † & contra cuncta nobis adversántia * déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 4. A

S Ic-ut fu- it Jo-nas in ventre ce-ti tri-bus di-ébus & tri-bus nócti-bus, i-ta e- rit Fí-li-us hómi-nis in corde terræ.

Oratio.

MENTES nostras, quæsumus Dómine, lúmine tuæ claritátis illústra : * ut vidére possímus quæ agénda sunt; & quæ recta sunt, ágere valeámus. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 1. J

E -gréssus Je-sus se-céssit in par-tes Ty-ri & Sidó-nis : & ecce mú-li- er Cha-na-næ- a, a fí-ni-bus illis egréssa, clamá-bat di-cens : Mi-se-ré-re me- i, Fi-li Da-vid.

Oratio.

DEVOTIONEM pópuli tui, quæsumus Dómine, benígnus inténde : † ut qui per abstinéntiam macerántur in córpore, * per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 4. A

O mú-li- er, magna est fi-des tu- a : fi- at ti-bi sicut pe-tísti.

Oratio.

DA, quæsumus Dómine, pópulis christiánis, * & quæ profiténtur agnóscere : & cæléste munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum.

Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Aña. 4. A

A Nge-lus Dómi-ni descendé-bat de cæ-lo, & mo-vebatur aqua, & sa-nabá-tur unus.

ANTIPH. M.

http://ccwatershed.org

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS, - MO.

Oratio.

ESTO Dómine propítius plebi tuæ : † & quam tibi fácis esse devótam, * benígno réfove miserátus auxílio. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. f

QUI me sanum fe- cit, ille mi-hi præ-cé-pit: Tol-le gra-bá-tum tu-um, & ámbu-la in pa-ce.

Oratio.

EXAUDI nos misériсors Deus : * & méntibus nostris grátiæ tuæ lumen osténde. Per Dóminum.

Sabbato Quatuor Temporum.

Ad Bened. Aña. Assúmpsit Jesus. *ut infra,* 260. ℣. Angelis suis.

Oratio.

POPULUM tuum, quæsumus Dómine, propítius réspice ; * atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Rogámus vos. *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Scápulis suis. *Hymnus.* Audi benigne Cónditor. 246.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f

VI-si- ónem quam vi-dí-stis, némi-ni di-xe-ri-tis, do-nec a mórtu- is re-súrgat Fi-li- us hómi-nis.

E u o u a e.

Oratio. Deus, qui cónspicis. *ut infra ad Laudes.*

Dominica II. in Quadragesima.

Ad Laudes.

Aña. 7. c

DOmi-ne lá-bi- a me- a a-pé-ri- es, & os me-um annunti- á-bit laudem tu- am. *Ps.* Miserére. *cum reliquis.*

2. Aña. 8. c

DExte- ra Dómi-ni fe-cit virtú-tem : déxte- ra Dó-mi-ni ex-altá-vit me.

3. Aña. 1. g

FActus est adjú-tor me- us De- us me- us.

4. Aña. 8. G

TRi- um pu- e-ró-rum cantémus hymnum, quem cantá-bant in camí-no ignis, be-ne-di-céntes Dómi-num.

http://ccwatershed.org



Capitulum. *1. Thess. 4.*

FRATRES : Rogámus vos, & obsecrámus in Dómino Jesu : ut quemádmodum accepístis a nobis quómodo vos opórteat ambuláre, & placére Deo : * sic & ambulétis, ut abundétis magis.

℟. *br.* Ipse liberávit me. 249. *Hymnus.* Jam Christe. ℣. Angelis.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

DEUS, qui cónspicis omni nos virtúte destítui : intérius exteriúsque custódi ; † ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, * & a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

Ad Primam.



http://ccwatershed.org



Ad Tertiam.

Antiphona. Dómine. *ut ad Primam. Capitulum e Laudibus.*

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

℟. Et a verbo áspero.

Ad Sextam.



Capitulum. *1. Thess. 4.*

HÆC est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra : † ut abstineátis vos a fornicatióne, * ut sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne & honóre.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Ad Nonam.

Antiphona. Visiónem quam vidístis. *ut in Vesperis Sabbati,* 258.

Capitulum. *1. Thess. 4. b.*

NON enim vocávit nos Deus in immundítiam, † sed in sanctificatiónem, * in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.

℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.

℟. *br.* Scápulis suis. 246. *Hymnus.* Audi benigne. ℣. Angelis.

Ad Magnificat, Aña. Visiónem. *ut in I. Vesperis,* 258.

Feria Secunda.

Ad Bened. Aña. 8. c

E-go princí-pi-um, qui & loquor vobis.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : † ut família tua, quæ se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinet ; * sectándo justítiam, a culpa jejúnet. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. f

QUI me mi-sit, me-cum est, & non re-líquit me so-lum : qui- a quæ plá-ci-ta sunt e- i, fá-ci- o semper.

Oratio.

ADESTO supplicatiónibus nostris omnípotens Deus : * & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 2. D

U-nus est e-nim ma-gister ve-ster, qui in cæ-lis est, Christus Dómi-nus.

Oratio.

PERFICE, quæsumus Dómine, benígnus in nobis observántiæ sanctæ subsídium : † ut quæ te auctóre faciénda cognóvimus, * te operánte impleámus. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Ad Magnif. Aña. 4. E

O-mnes au-tem vos fratres estis : & patrem no-lite vo-cá-re vo- bis su-per terram : unus est e-nim Pa-ter vester, qui in cæ-lis est : nec vo-cémi-ni ma-gístri, qui- a ma-gister ve- ster u- nus est Christus.

Oratio.

PROPITIARE Dómine supplicatiónibus nostris, & animárum nostrárum medére languóribus : * ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætémur. Per Dóminum.

Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 7. a

ECce ascéndimus Je-ro-só-lymam : & Fí-li- us hómi-nis tra-dé-tur ad cru-ci-fi-géndum.

Oratio.

POPULUM tuum, quæsumus Dómine, propítius réspice : † & quos ab escis carnálibus præcipis abstinére, * a nóxiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. f

TRa-dé-tur e-nim génti-bus ad illu-déndum, &

fla-gel-lándum, & cru-ci- fi- géndum.

Oratio.

DEUS innocéntiæ restitútor & amátor, dírige ad te tuórum corda servórum : * ut spíritus tui fervóre concépto, & in fide inveniántur stábiles, & in ópere efficáces. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 8. G



F I- li re- cordá-re qui- a re-ce-pisti bo-na in vi-



ta tu- a, & Lá-za-rus simí- li-ter ma-la.

Oratio.

PRÆSTA nobis, quæsumus Dómine, auxílium grátiæ tuæ : † ut jejúniis & oratiónibus conveniénter inténti, * liberémur ab hóstibus mentis & córporis. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 7. a



D I-ves il-le guttam aquæ pé-ti- it, qui mi-cas



pa-nis Lá- za-ro negá-vit.

Oratio.

ADESTO Dómine fámulis tuis, & perpétuam benignitátem largire poscéntibus : * ut iis, qui te auctóre & gubernatóre gloriántur, & congregáta restáures, & restauráta consérves. Per Dóminum.

Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 3. a

M A- los ma- le perdet, & ví-ne-am su- am lo-



cabit á-li- is a-grí-co-lis, qui reddant e- i fructum tem-



po- ri-bus su- is.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : † ut sacro nos purificánte jejúnio, * sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias pervenire. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 3. a



Q Uæréntes e- um tené- re, timu- é-runt turbam,



qui- a sic-ut prophé-tam e- um ha-bé-bant.

Oratio.

DA, quæsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis & córporis : * ut bonis opéribus inhæréndo, tuæ semper virtútis mereátur protectióne defendi. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened. Aña. 1. a



V Adam ad patrem me-um, & di- cam e- i :



Pa- ter, fac me sic-ut unum ex mercená- ri- is tu- is.

http://ccwatershed.org

Oratio.

DA, quæsumus Dómine, nostris efféctum jejúniis salutárem; ut castigátio carnis assúmpta * ad nostrárum vegetatiónem tránseat animárum. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Estóte imitatóres Dei. *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Scápulis suis. 246. *Hymnus.* Audi benígne Cónditor.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

D I-xit autem pa-ter ad servos su-os : Ci- to pro-fer- te sto-lam primam, & indú- i-te illum, & da-te ánnu- lum in manu e-jus, & calce- aménta in pé-di-bus e-jus.

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Dominica III. in Quadragesima.

Ad Laudes.

1. Aña. 3. g

F AC be-nígne in bona vo-luntá-te tu-a, ut

http://ccwatershed.org

æ-di-fi-céntur Dómi-ne mu-ri Je-rú-sa-lem.

Ps. Miserére mei Deus. *cum reliquis.*

2. Aña. 8. G

D Omi-nus mi-hi adjú- tor est, non timé- bo quid fá-ci- at mi-hi homo.

3. Aña. 8. G

L Abi- a me- a laudábunt te in vi-ta me- a, De- us me- us.

4. Aña. 1. a

V IM virtú-tis su- æ oblí-tus est ignis : ut pú- e-ri tu- i li-be-ra-réntur il-læ-si.

5. Aña. 1. g

S OL & lu-na laudá-te De- um : qui- a ex-altá-tum est nomen e-jus so-lí- us.

Capitulum. *Ephes. 5.*

FRATRES : Estóte imitatóres Dei, sicut filii caríssimi : † & ambuláte in dilectióne, sicut & Christus diléxit nos, * & trádidit semetípsum pro nobis oblatiónem & hóstiam Deo in odórem suavitátis.

℟. *br.* Ipse liberávit me. 249. *Hymnus.* Jam Christe.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona.

3. a



CUM fortis armá-tus custódit átri-um su-um, in



pa-ce sunt ómni- a quæ póssi-det. E u o u a e.

Oratio.

QUÆSUMUS omnípotens Deus, vota humílium réspice : † atque ad defensiónem nostram, * déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

Ad Primam.

Aña. 1. g

ET cum e-je-cís-set Je-sus dæmó-ni-um, lo-cú-tus est



mu-tus, & admi-rá-tæ sunt turbæ.

Ad Tertiam.

Aña. 3. a

SI in dí-gi-to De- i e-jí-ci- o dæmó-ni- a,



profécto pervé- nit in vos regnum De- i.

Capitulum. Fratres : Estóte. *ut supra ad Laudes.*

℟. *br.* Ipse liberávit me de láqueo venántium.
℣. Et a verbo áspero.

Ad Sextam.

Aña.



QUI non cól-li-git me-cum, dispér-git : & qui non est



mecum, contra me est.

Capitulum. *Ephes. 5. b.*

HOC enim scitóte intelligéntes † quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, * non habet hereditátem in regno Christi & Dei.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.
℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Ad Nonam.

Aña. 1. f



CUM immúndus spí-ri-tus ex-í- e-rit ab hómi-ne,

ambu-lat per lo-ca in-aquó- sa, quæ-rens réqui- em, & non

invé-nit.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Ephes. 5. c.*

Eratis enim aliquándo ténebræ : nunc autem lux in Dómino : ut fílii lucis ambuláte : * fructus enim lucis est in omni bonitáte, & justítia, & veritáte.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi de Psalterio. Capitulum e Laudibus.

℟. *br.* Scápulis suis. 246. *Hymnus.* Audi benígne Cónditor.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Feria Secunda.

Ad Bened. Aña. 1. f





Oratio.

Cordibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benignus infúnde : † ut sicut ab escis carnálibus abstinémus ; * ita sensus quoque nostros a nóxiis retrahámus excéssibus. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnif. Aña. 1. f



Oratio.

Subveniat nobis Dómine misericórdia tua : * ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Per Dóminum.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 1. g



Oratio.

Exaudi nos omnípotens & miséricors Deus : * & continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Ad Magnif. Aña. 4. A



Oratio.

Tua nos Dómine protectióne defénde : * & ab omni semper iniquitáte custódi. Per Dóminum.

Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 8. G



Oratio.

Præsta nobis, quæsumus Dómine, ut salutáribus jejúniis erudíti, † a nóxiis quoque vítiis abstinéntes, * propitiatiónem tuam facílius impetrémus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 7. a



Oratio.

Concede quæsumus omnípotens Deus : * ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 8. G



Oratio.

Magnificet te Dómine sanctórum tuórum Cosmæ & Damiáni beáta solémnitas : † qua & illis glóriam sempitérnam, * & opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. f



Oratio.

Subjectum tibi pópulum, quæsumus Dómine, propitiátio cæléstis amplíficet : * & tuis semper fáciat servíre mandátis. Per Dóminum.

Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 8. c



http://ccwatershed.org

e- a, non sí-ti- et in æ-térnum.

Oratio.

JEJUNIA nostra, quæsumus Dómine, benígno favóre proséquere : ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore ; * ita a vítiis jejunémus in mente. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 3. à



D Omi-ne, ut ví-de-o, prophé-ta es tu : patres



nostri in monte hoc ad-o-ravé-runt.

Oratio.

PRÆSTA quæsumus omnípotens Deus : * ut qui in tua protectióne confídimus, cuncta nobis adversántia te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened. Aña. 1. f



I Ncliná-vit se Je- sus, & scribé-bat in terra.



Si quis si-ne peccá-to est, mittat in e- am lá-pi-dem.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : † ut qui se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinent ; * sectándo justítiam a culpa jejúnent. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Scriptum est. *ut infra ad Laudes.*
℟. Scápulis suis. 246. *Hymnus.* Audi benígne Cónditor.

http://ccwatershed.org

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

3. à



N Emo te condemná-vit, mú- li- er? Nemo, Dómi-



ne. Nec ego te condemná-bo : jam ámpli- us no-li peccá-re.

E u o u a e.

Oratio de Laudibus ut infra.

Dominica IV. in Quadragesima.

Ad Laudes.

1. Aña. 7. a



T Unc acceptá- bis sacri-fí-ci- um justí-ti- æ, si



avérte-ris fá-ci- em tu- am a peccá-tis me- is.

Ps. Miserére mei Deus. *cum reliquis.*

2. Aña. 8. G



B Onum est spe-rá-re in Dó-mi-no, quam spe-rá-



re in princí-pibus.

3. Aña. 1. à

IN matutínis Dómine meditábor in te.

4. Aña. 8. G

POtens es Dómine erípere nos de manu fortiórum: líbera nos Deus noster.

5. Aña. 1. a

REges terræ, & omnes pópuli, laudáte Deum.

Capitulum. *Galat. 4. c.*

FRATRES : Scriptum est quóniam Abraham duos filios habuit : unum de ancílla, & unum de líbera : † sed qui de ancílla secúndum carnem natus est : qui autem de líbera, per repromissiónem : * quæ sunt per allegoríam dicta.

℟. *br.* Ipse liberávit me. 249. *Hymnus.* Jam Christe sol. ℣. Angelis suis.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. D

CUM sublevásset óculos Jesus, & vidísset máximam multitúdinem veniéntem ad se, dixit ad Philíppum : Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Hoc

autem dicébat tentans eum : ipse enim sciébat quid esset factúrus. E u o u a e.

Oratio.

CONCEDE quæsumus omnípotens Deus : † ut qui ex mérito nostræ actiónis affligimur, * tuæ grátiæ consolatióne respirémus. Per Dóminum.

Ad Primam.

Aña. 1. f

ACcépit ergo Jesus panes, & cum grátias egísset, distríbuit discumbéntibus.

Ad Tertiam.

Aña. 1. f

DE quinque pánibus & duóbus píscibus satiávit Dóminus quinque míllia hóminum.

Capitulum. Fratres : Scriptum est. *ut supra ad Laudes.*

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

℟. Et a verbo áspero.

Ad Sextam.

Aña. 4. A

SAtiávit Dóminus quinque míllia hóminum de

http://ccwatershed.org



quinque pá-ni-bus & du- óbus pisci-bus.

Capitulum. *Galat. 4. d.*

LÆTARE stérilis quæ non paris : † erúmpe & clama quæ non párturis : * quia multi fílii desértæ, magis quam ejus quæ habet virum.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Ad Nonam.

Aña. 1. J



I L-li ergo hómi-nes cum vi-dissent quod fé-ce-rat

Je-sus signum, intra se di-cé-bant : Qui- a hic est ve-re

Prophé-ta qui ventú-rus est in mundum.

Capitulum. *Galat. 4. d.*

ITAQUE, fratres, non sumus ancíllæ filii, sed líberæ : * qua libertáte Christus nos liberávit.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.

℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.

℟. *br.* Scápulis suis. 246. *Hymnus.* Audi benígne. ℣. Angelis.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. g



S Ubi- it er-go in montem Je-sus, & ibi

http://ccwatershed.org



sedébat cum disci-pu-lis su- is. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Bened. Aña. 3. a



A U-férte i-sta hinc, di-cit Dómi-nus : & no-li-

te fa-ce-re domum Patris me- i do- mum nego- ti- a- ti-



ó-nis.

Oratio.

PRÆSTA quæsumus omnípotens Deus : † ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, * & córpore tibi placeámus, & mente. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 5. a



S Olvi-te templum hoc, di-cit Dómi-nus ; & post

tri-du-um re- æ-di- fi-cábo illud : hoc au-tem di-cébat de



templo córpo-ris su- i.

Oratio.

DEPRECATIONEM nostram, quæsumus Dómine, benígnus exáudi : * & quibus supplicándi præstas afféctum, tribue defensiónis auxílium. Per Dóminum.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 7. c



Oratio.

SACRÆ nobis, quæsumus Dómine, observatiónis jejúnia, † & piæ conversatiónis augméntum, * & tuæ propitiatiónis continuum præstent auxilium. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 2. D



Oratio.

MISERERE Dómine pópulo tuo : * & contínuis tribulatiónibus laborántem propítius respiráre concéde. Per Dóminum.

Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 8. G





Oratio.

DEUS, qui & justis præmia meritórum, & peccatóribus per jejúnium véniam præbes : † miserére supplícibus tuis; * ut reatus nostri conféssio indulgéntiam váleat percípere delictórum. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. a

Oratio.

PATEANT aures misericórdiæ tuæ Dómine précibus supplicántium : * & ut peténtibus desideráta concédas, fac eos quæ tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 1. f



Oratio.

PRÆSTA quæsumus omnipotens Deus : † ut quos jejúnia votiva castígant, ipsa quoque devótio sancta lætíficet; * ut terrenis affectibus mitigátis, facílius cæléstia capiámus. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Ad Magnif. Aña. 4. A

PRophé-ta magnus surré-xit in nobis, & qui-a De- us vi-si-tá-vit ple-bem su-am.

Oratio.

POPULI tui Deus institútor & rector, * peccáta, quibus impugnátur, expélle : ut semper tibi plácitus, & tuo munímine sit secúrus. Per Dóminum.

Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 1. g

LA-za- rus amí-cus noster dormit : e- á-mus, & a somno exci-témus e- um.

Oratio.

DEUS, qui ineffabílibus mundum rénovas sacraméntis ; † præsta, quæsumus ; ut Ecclésia tua & ætérnis profíciat institútis, * & temporálibus non destituátur auxíliis. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. g

DOmi-ne, si fu- isses hic, Lá-za-rus non esset mór-tu- us : ecce jam fœ-tet qua-tri-du- á-nus in mo-nu-ménto.

Oratio.

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus : * ut qui infirmitátis nostræ cónscii, de tua virtúte confídimus, sub tua semper pietáte gaudeámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened. Aña. 3. a

QUI sé-qui-tur me non ámbu-lat in té-nebris : sed habé-bit lumen vi-tæ, di-cit Dómi-nus.

Oratio.

FIAT, Dómine quæsumus, per grátiam tuam fructuósus nostræ devotiónis affectus : † quia tunc nobis próderunt suscépta jejúnia, * si tuæ sint plácita pietáti. Per Dóminum.

Sabbato ante Dominicam Passionis.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Christus assistens. *ut infra ad Laudes.*

℟. br. DE o-re le- ó-nis * Lí-be-ra me Dómine. De o-re. ℣. Et a córnibus u-ni-córni- um humi-li-tá-tem me- am. * Líbe-ra. *Et non dicitur* Glória Patri, *sed ejus loco repetitur* ℟. *a capite usque ad* ℣. *Quod servatur in omnibus* ℟℟. *brevibus usque ad Pascha, præterquam in Festis Sanctorum, in quibus dicitur* Glória Patri, *more consueto.*

http://ccwatershed.org

Hymnus.

I. V E-xílla Re- gis pród- e- unt : Fulget Cru-cis mysté- ri- um, Quo carne carnis Cóndi-tor Suspén- sus est pa-tíbulo.

Quo vulnerátus ínsuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit unda & sánguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens : In natiónibus
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis
Sæcli pependit prétium,
Statéra facta córporis,
Prædámque tulit tártari.

Hic genuflectitur.

O Crux ave spes única,
Hoc Passiónis témpore
Auge piis justítiam,
Reisque dona véniam.

Te summa Deus Trínitas,
Colláudet omnis spíritus :
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sæcula. Amen.

In eodem tono cantantur Hymni ad Horas et ad Completorium in Officio de Tempore usque ad Feriam V. in Cœna Domini.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G E -go sum qui testimó-ni- um perhi-be- o de me i- pso : & testimóni- um pérhi-bet de me, qui mi-sit me Pa-ter.

E u o u a e. *Oratio de Laudibus, infra.*

http://ccwatershed.org

Ab hoc Sabbato usque ad Feriam II. post Octavam Pentecostes, non fiunt Commemorationes consuetæ de Cruce, de S. Maria, et aliæ in Psalterio positæ.

Tonus Hymni ad Completorium.

T E lu-cis an- te tér-mi-num, Re-rum Cre- á- tor pó- scimus, Ut só-li-ta cleménti- a Sis præ- sul ad custó-di- am.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata ;
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Præsta Pater omnípotens,
Per Jesum Christum Dóminum,
Qui tecum in perpétuum
Regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

Dominica de Passione.

Ad Laudes.

1. Ant. 8. G V I-de Dómi-ne affli-cti- ó-nem me- am, quóni- am e-réctus est in-imi-cus me- us. *Ps.* Miserére. *cum reliquis.*

2. Ant. 7. c I N tri-bu-la-ti- ó-ne invo-cá-vi Dómi-num, & ex- audí-vit me in la-ti-tú-di-ne.

3. Aña. 4. A



J U-di-cásti Dómi-ne causam á-nimæ me- æ, de-fen-



sor vi-tæ me- æ, Dómi-ne De- us me- us.

4. Aña. 4. A

P Opu-le me- us quid fe-ci ti-bi, aut quid mo-léstus



fu- i? respónde mi-hi.

5. Aña. 4. A



N Umquid réddi-tur pro bo-no ma-lum, qui- a fo-de-



runt fó-ve- am á-nimæ me- æ?

Capitulum. *Hebr. 9. c.*

FRATRES : Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius & perféctius tabernáculum non manu factum, id est, non hujus creatiónis : † neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta.

℟. br.



E -ru- e a fráme- a * De- us á- nimam me- am.



E-ru- e. ℣. Et de manu ca-nis ú-ni-cam me- am. * De- us

Non dicitur Glória Patri, *sed statim repetitur* Erue.

http://ccwatershed.org

Hymnus.



L Ustris sex qui jam per-á-ctis, Tempus implens cór-



po-ris, Se vo- lénte na-tus ad hoc, Passi- ó- ni dé-di-tus,



Agnus in Cru- cis le-vá-tur Immo-lándus stí-pi-te.

Hic acétum, fel, arúndo,
Sputa, clavi, láncea :
Mite corpus perforátur,
Sanguis, unda prófluit :
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavántur flúmine!

Crux fidélis, inter omnes
Arbor una nóbilis :
Nulla silva talem profert
Fronde, flore, gérmine :
Dulce lignum, dulces clavos,
Dulce pondus sústinet.

Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentéscat ille,
Quem dedit natívitas :
Ut supérni membra Regis
Miti tendas stípite.

Sola digna tu fuísti
Ferre sæcli prétium,
Atque portum præparáre
Nauta mundo náufrago :
Quem sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni córpore.

Glória & honor Deo
Usquequáque altíssimo,
Una Patri Filióque,
Inclyto Paráclito :
Cui laus est & potéstas
Per ætérna sæcula. Amen.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. a



D I-cé-bat Je- sus turbis Judæ- ó- rum & princi-pi-

bus sa-cerdó-tum : Qui ex De- o est, verba De- i audit :

propter-e- a vos non au-di-tis, qui- a ex De- o non estis.



E u o u a e.

Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus, familiam tuam propitius réspice : ut te largiénte regátur in córpore ; * & te servánte custodiátur in mente. Per Dóminum.

Ad Primam.

Aña. 8. c



E-go dæmó-ni- um non há-be- o, sed hono-ri-



fi-co Patrem me- um, di-cit Dómi-nus.

Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Fáciem meam, *ut in Psalterio. Et dicitur in Dominicis et Feriis usque ad Feriam V. in Cœna Domini exclusive.*

Ad Tertiam.

Hymnus. Nunc Sancte nobis Spíritus. *in tono* Vexílla Regis.

Aña. 8. c



E-go gló-ri- am me- am non quæ-ro : est qui



quæ-rat, & jú-di-cet.

Capitulum. Fratres : Christus assistens. *ut supra ad Laudes.*

℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.
℟. Et de manu canis únicam meam.

http://ccwatershed.org

Ad Sextam.

Aña. 1. f

A-men, amen di-co vo-bis : si quis sermónem me- um

serva- ve- rit, mortem non gustá- bit in æ-térnum.

Capitulum. *Hebr. 9. d.*

Si enim sanguis hircórum & taurórum, & cinis vitulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis : † quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetipsum óbtulit immaculátum Deo, * emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti ?

℣. De ore leónis líbera me Dómine.
℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Ad Nonam.

Aña. 1. f



T-U- lé-runt lá-pi-des Ju-dæ- i ut já-ce-rent in e-



um : Je-sus au-tem abscóndit se, & ex-i- vit de templo.

Capitulum. *Hebr. 9. d.*

Et ideo novi Testaménti mediátor est : ut morte intercedénte in redemptiónem eárum prævaricatiónum quæ erant sub priori Testaménto, † repromissiónem accípiant qui vocáti sunt ætérnæ hereditátis * in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.
℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.

℟. br. De ore leónis. 283. *Hymnus.* Vexílla Regis. 284.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D



¶ ℟℟. *brevia, Hymni et* ℣℣. *supradicta dicuntur etiam in Dominica Palmarum, et in feriali Officio usque ad Feriam IV. Majoris Hebdomadæ inclusive.*

Feria Secunda.

Ad Laudes. *Antiphonæ et Psalmi de Psalterio.*

Capitulum. *Jerem. 11. d.*

Venite, mittámus lignum in panem ejus, † & eradámus eum de terra viventium, * & nomen ejus non memorétur ámplius.

℟. *br.* Erue a frámea. 286. *Hymnus.* Lustris sex. 287.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Bened. Aña. 8. G



Oratio.

Sanctifica, quæsumus Dómine, nostra jejúnia : * & cunctórum nobis indulgéntiam propítius largíre culpárum. Per Dóminum.

Ad Horas, *Antiphonæ, Capitula et* ℣℣. *ut in Psalterio pro Tempore Passionis.*

http://ccwatershed.org

Ad Vesperas. *Antiphonæ et Psalmi de Psalterio.*

Capitulum. *Jerem. 11. d.*

Tu autem Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, & probas renes & corda, † videam ultiónem tuam ex eis : * tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

℟. *br.* De ore leónis. 283. *Hymnus.* Vexílla Regis. 284.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnif. Aña. 4. A



Oratio.

Da, quæsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis & córporis : * ut bonis opéribus inhæréndo, tua semper mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

Capitula prædicta dicuntur in feriali Officio usque ad Feriam IV. Majoris Hebdomadæ inclusive. Antiphonæ vero per Horas, usque ad Dñicam in Palmis.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 4. A



Oratio.

Nostra tibi, Dómine quæsumus, sint accépta jejúnia : † quæ nos & expiándo, grátia tua dignos effíciant, * & ad remédia perdúcant ætérna. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. D



Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, perseverántem in tua voluntáte famulátum : * ut in diébus nostris & mérito & número pópulus tibi sérviens augeátur. Per Dóminum.

Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 4. A

Oratio.

SANCTIFICATO hoc jejúnio, Deus, tuórum corda fidélium miserátor illústra : † & quibus devotiónis præstas affectum, * præbe supplicántibus pium benígnus audítum. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 4. A

http://ccwatershed.org

Oratio.

ADESTO supplicatiónibus nostris omnípotens Deus : * & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 4. A



Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : † ut dígnitas conditiónis humánæ per immoderántiam sauciáta, * medicinális parsimóniæ stúdio reformétur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 4. A



℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Oratio.

ESTO, quæsumus Dómine, propítius plebi tuæ : * ut quæ tibi non placent respuéntes, tuórum pótius repleántur delectatiónibus mandatórum. Per Dóminum.

Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 1. g



& quæ-ré- bant princi-pes sa-cerdó-tum quó- modo Je- sum

inter-fí-ce-rent, sed timé-bant ple-bem.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Oratio.

CORDIBUS nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde : † ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, * temporáliter pótius macerémur, quam supplíciis deputémur ætérnis. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. f



P Rínci-pes sa-cerdó-tum consí-li- um fe-ce-runt



ut Je-sum occí-de-rent : di-cé-bant au- tem : Non in di-e



fe-sto, ne forte tumúltus fí- e- ret in pópu-lo.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Oratio.

CONCEDE quæsumus omnípotens Deus : * ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened. Aña. 1. f



C La-rí- fi- ca me Pa- ter apud temet-ípsum cla-ri-

http://ccwatershed.org



te quam hábu- i pri- úsquam mundus fi- e-ret.

Oratio.

PROFICIAT, quæsumus Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis afféctu : † ut sacris actiónibus erudíta, * quanto majestáti tuæ fit grátior, tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Hoc enim sentíte. *ut infra ad Laudes.*
℣. *br.* De ore leónis. 283. *Hymnus.* Vexílla Regis. 284.
℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

Aña. 4. E

P A-ter juste, mundus te non cognó-vit : e-go



autem no-vi te, qui- a tu me mi- sisti. E u o u a e.

Oratio de Laudibus ut infra.

Dominica in Palmis.

Ad Laudes.

Aña. 2. D



D Omi-nus De- us au-xi-li- á-tor me- us : & id-



e-o non sum confú-sus. *Ps.* Miserére. *cum reliquis.*







Capitulum. *Philipp.* 2.

FRATRES : Hoc enim sentíte in vobis quod & in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo : † sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, * & hábitu invéntus ut homo.

http://ccwatershed.org

℟. Erue a frámea. 286. *Hymnus.* Lustris sex. 287. ℣. Eripe me de inimícis.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, & crucem subíre fecísti : † concéde propítius ; ut & patiéntiæ ipsius habére documénta, * & resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam.



Ad Tertiam.



vi- a, & clamá-bant di-céntes : Ho-sánna Fi- li- o Da-vid :



be-ne-díctus qui ve-nit in nómi-ne Dómi-ni.

Capitulum. Fratres : Hoc enim. *ut supra ad Laudes.*

℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.
℟. Et de manu canis únicam meam.

Ad Sextam.

Aña. 4. A



T I-bi re-ve-lá-vi causam me- am, de-fénsor vi-tæ



me- æ, Dómi-ne De- us me- us.

Capitulum. *Philipp. 2.*

HUMILIAVIT semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

℣. De ore leónis libera me Dómine.
℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Ad Nonam.

Aña. 4. A



I Nvo-cá-bo nomen tu-um Dómi-ne : ne a-vértas fa-



ci- em tu- am a clamó-re me- o.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Philipp. 2. b.*

In nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, & infernórum : † & omnis lingua confiteátur * quia Dóminus noster Jesus Christus in glória est Dei Patris.

℣. Ne perdas cum impiis Deus ánimam meam.
℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.

℟. br. De ore leónis. 283. *Hymnus.* Vexílla Regis. 284.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G.

S Criptum est e-nim : Percú-ti- am pastó-rem, & disper-



géntur o-ves gre-gis : postquam au-tem re-surréxe-ro, præ-cé-



dam vos in Ga- li-læ-am : i-bi me vi-dé-bi-tis, di-cit Dó-



minus. E u o u a e.

Ab hac die usque ad Octavam Paschæ, si occurrat aliquod Festum XII Lectiónum quod transferri valeat, transfertur post Octavam; secus de eo fit commemorátio, præterquam tribus diebus Pascha præcedentibus et duobus consequéntibus, juxta Rubricam de Commemorationibus. Festi III Lectionum item a Feria V. in Cœna Domini usque ad Feriam III. Paschæ nulla fit commemoratio.

Feria Secunda Majoris Hebdomadæ.

Ad Laudes, & per Horas.

1. Aña. 4. A

F A-ci- em me- am non a-vér-ti ab incre-pánti-bus & conspu-én-tibus in me.

2. Aña. 2. D

F Ráme- a susci-tá-re advérsus e- os qui dispér-gunt gre-gem me- um.

3. Aña. 4. E

A Ppendé-runt mercé-dem me- am tri-ginta argénte-is, qui-bus appre-ti- á-tus sum ab e- is.

4. Aña. 8. G

I N-unda-vé-runt aquæ super caput me-um : di-xi Pér-i- i : invo-cá-bo nomen tu-um Dómi-ne De- us.

http://ccwatershed.org

5. Aña. 8. G

L Abi- a insurgénti- um & co-gi-ta-ti- ónes e- ó-rum vi-de Dómi-ne.

Capit. Venite, mittámus. 290. ℟. *br.* Erue a frámea. 286. *Hymnus.* Lustris sex. 287. ℣. Eripe me de inimícis.

Ad Bened. Aña. 1. f

C La-rí- fi- ca me Pa- ter apud temet-ípsum cla-ri-tá-te quam hábu- i pri- úsquam mundus fí- e-ret.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus : † ut qui in tot advérsis ex nostra infirmitáte defícimus; * intercedénte unigéniti Fílii tui passióne respirémus. Qui tecum vivit.

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus ; Capitula et ℣℣. ut in Psalterio pro Tempore Passionis.*

Ad Vesperas. *Antiphonæ et Psalmi de Psalterio. Capit.* Tu autem Dómine Sábaoth. 291. ℟. *br.* De ore leónis. 283. *Hymnus.* Vexilla Regis. 284. ℣. Eripe me Dómine.

Ad Magnif. Aña. 4. A

N ON habé-res in me po-te-stá-tem, ni-si dé-su-per ti-bi da-tum fu- ísset.

Oratio.

ADJUVA nos Deus salutáris noster, * & ab beneficia recolenda quibus nos instauráre dignátus es, tribue venire gaudéntes. Per Dóminum.

Feria Tertia Majoris Hebdomadæ.

Ad Laudes, & per Horas.

1. Aña. 7. c

VI-de Dómi-ne, & consi-de-ra quó-ni-am tri-bu-lor :

ve-ló-ci-ter exáudi me.

2. Aña. 7. b



DIscér- ne causam me- am Dómi-ne : ab hó-mi-ne



in-í-quo & do-ló-so é-ri-pe me.

3. Aña. 7. a



DUM tri-bu-lá-rer, clamá-vi ad Dómi-num de ven-



tre ínfe-ri, & exaudí-vit me.

4. Aña. 3. a



DOmi-ne vim pá-ti- or, respónde pro me : qui-a ne-

http://ccwatershed.org



sci-o quid di-cam in-imí-cis me- is.

5. Aña. 8. G



DI-xé-runt ímpi- i : Opprimámus vi-rum justum, quó-



ni-am contrá-ri- us est o-pé-ri-bus nostris.

Capitulum, ℟. *br.*, *Hymnus et* ℣. *ut supra*, 290.

Ad Bened. Aña. 1. g



ANte di- em festum Paschæ, sci- ens Je-sus



qui-a ve-nit ho-ra e- jus, cum di-le-xisset su- os, in



fi- nem di-lé-xit e- os.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, † da nobis ita Domínicæ passiónis sacraménta perágere : * ut indulgéntiam percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Ad Magnif. Aña. 4. A



PO-testá-tem hábe- o ponéndi á-nimam me- am,



& í-te-rum suméndi e- am.

Oratio.

Tua nos misericórdia, Deus, & ab omni subreptióne vetustátis expúrget : * & capáces sanctæ novitátis efficiat. Per Dóminum nostrum.

Feria Quarta Majoris Hebdomadæ.

Ad Laudes, & per Horas.

1. Aña. 8. G

L I-be-ra me de sanguí-nibus De- us De- us me- us & exsultá-bit lingua me- a justí- ti- am tu- am.

2. Aña. 8. c

C Ontumé-li- as & terró- res passus sum ab e- is, & Dómi-nus me-cum est tamquam bellá- tor fortis.

3. Aña. 2. D

I -psi ve-ro in vanum quæ-si- é-runt á-nimam me- am, intro- i-bunt in infe- ri- ó-ra terræ.

4. Aña. 7. a

O -mnes in-imi-ci me- i audi- é-runt ma-lum me-

http://ccwatershed.org

um, Dómi-ne, læ-tá-ti sunt, quó-ni- am tu fe-ci-sti.

5. Aña. a

A L-li-ga Dómi-ne in víncu-lis na-ti- ónes génti- um, & re-ges e- á-rum in compé-dibus.

Ad Bened. Aña. 8. G

S Imon dormis? non po-tu- i-sti u-na ho- ra vi-gi-lá- re me-cum.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus : † ut qui nostris excéssibus incessánter affligimur, * per unigéniti Fílii tui passiónem liberémur. Qui tecum vivit & regnat.

Ad Magnif. Aña. 2. D

A N-cíl-la di-xit Pe-tro : Ve-re tu ex illis es, nam & loqué-la tu- a ma-ni-féstum te fa-cit.

Oratio.

Réspice, quæsumus Dómine, super hanc familiam tuam, * pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum. Qui tecum vivit.

Totum Officium Feriæ Quintæ in Cœna Domini, Feriæ Sextæ in Parasceve, & Sabbati Sancti usque ad Completorium exclusive, habetur in Libello speciali.

Sabbato Sancto ad Completorium.

℣. Jube domne benedicere. *Lectio brevis.* Fratres : Sóbrii estóte.
℣. Adjutórium. Pater noster. Confíteor. ℣. Convérte nos.
℣. Deus in adjutórium. *in cujus fine dicitur deinceps* Allelúia.

Psalmus 4. Cum invocárem. *Post quem dicitur :*

Psalmus 30.

In te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum : * in justitia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem & in domum refúgii, * ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea & refúgium meum es tu : * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc quem abscondérunt mihi : * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum : * redemísti me Dómine Deus veritátis.

Glória Patri.

Deinde Ps. 90. Qui hábitat. *Ps.* 133. Ecce nunc benedícite.

Quibus expletis, omissis Hymno, Capitulo et ℣., *incboatur Antiphona :*

8. G

Vespe-re au-tem sábba-ti. *Cant.* Nunc dimíttis.

Canticum Simeonis. *Luc.* 2. *e.*

Nunc dimíttis servum tuum Dómine, * secúndum verbum tuum in pace :

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum :

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israel.

Glória Patri.

Aña.

Vespe-re au-tem sábba-ti, quæ lu-céscit in prima sábba-ti, ve-nit Ma-rí- a Magda-lé-ne, & álte-ra Ma-rí- a, vidé-re sepúlcrum, alle-lú-ia.

http://ccwatershed.org

Non dicitur Kyrie eléison, *nec* Pater noster, *sed statim :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

Vísita, quæsumus Dómine, habitatiónem istam, & omnes insídias inimíci ab ea longe repélle : † Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; * & benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, † qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Benedíctio. Benedícat & custódiat nos omnípotens & miséricors Dóminus, Pater, & Fílius, & Spíritus Sanctus. ℟. Amen.

Deinde Antiphona. Regína cæli. 126.

Et non flectuntur genua toto Tempore Paschali.

DOMINICA RESURRECTIONIS

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 8. G

ANGELUS au-tem Dó- mi-ni de- scéndit de cæ- lo, & acce- dens re-vólvit lá-pi-dem, & sedé-bat su-per e- um, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Aña. 7. c

ET ecce terræmó-tus factus est magnus : Ange-lus

http://ccwatershed.org

enim Dómi-ni descéndit de cæ-lo, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Aña. 8. c

ERAT au- tem adspéctus e-jus sic-ut ful-gur ; vestiménta au-tem e-jus sic-ut nix, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Aña. 7. a

PRÆ timó-re au-tem e-jus extérri-ti sunt cu-stódes, & facti sunt vel-ut mórtu- i, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

RESpóndens au-tem Ange-lus di-xit mu-li- é-ri-bus : Nolí-te timé- re : sci- o e-nim quod Je-sum quæ-ri-tis, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *1. Cor. 5. b.*

FRATRES : Expurgáte vetus ferméntum, † ut sitis nova conspérsio, sicut estis ázymi. * Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus.

℟. br.



S Urré-xit Dómi-nus de se-púlcro, * Alle- lú-ia, alle-



lú-ia. Surré-xit. ℣. Qui pro no-bis pe-péndit in ligno. * Al-



le- lú-ia, &c. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fi-li- o, & Spi-ri-tu-i

Sancto. Surré-xit Dómi-nus.

Hymnus.

8.



A Uró-ra lu-cis rú-ti-lat, Cæ-lum láudibus íntonat,



Mundus exsúltans jú-bi-lat, Gemens inférnus ú-lu-lat :

Cum Rex ille fortíssimus,
Mortis confráctis víribus,
Pede concúlcans tártara,
Solvit a pœna míseros.

Ille qui clausus lápide
Custodítur sub mílite,
Triúmphans pompa nóbili,
Victor surgit de fúnere.

Solútis jam gemítibus,
Et inférni dolóribus,
Quia surréxit Dóminus,
Respléndens clamat Angelus.

Quæsumus, Auctor ómnium,
In hoc paschâli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.
℟. Exsultémus & lætémur in ea, allelúia.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Aña. 8. G.



E T valde mane u-na sabba-tó-rum vé-ni- unt



ad monuméntum, orto jam so- le, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum devícta morte reserásti : † vota nostra, quæ prævenièndo adspíras, * étiam adjuvándo proséquere. Per eúmdem.

℣. Bene-di-cámus Dómi-no, alle-lú-ia, al-le- lú- ia.
℟. De- o grá-ti- as, alle-lú-ia, al-le- lú- ia.

Sic dicitur cum duplici Allelúia *in Vesperis et Laudibus tantum, usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusive.*

Ad ℟℟. *brevia et* ℣℣. *per omnes Horas jungitur* Allelúia, *usque ad Sabbatum post Pentecosten, præterquam in* ℣℣. *ad Preces Primæ et Completorii quando dicuntur. Et quandocumque* Allelúia *jungitur* ℟. *brevi, duplicatur : sed in* ℣℣. *dicitur semel. Nec dicitur ad* Pretiósa, *et ea quæ dicuntur in fine Primæ.*

Ad Primam. *Hymnus.* Jam lucis orto sídere. *in tono* Auróra lucis rútilat. *Et in fine :* Glória tibi Dómine, Qui surrexísti a mórtuis, &c.

Aña. Angelus autem Dómini.

Non dicitur Symbolum S. Athanasii. Lectio br. Si consurrexístis.

¶ *In tono Hymni* Auróra lucis. *cantantur Hymni ad Horas et Completorium tam in Officio de Tempore quam de Sanctis usque ad Ascensionem, excepto Officio de B. M. V.*

Doxologia vero Glória tibi Dómine, Qui surrexísti a mórtuis. *dicitur ad omnes Hymnos ejusdem metri usque ad Ascensionem, nisi adsit Doxologia propria, ut propriis locis notabitur.*

Ad Tertiam.

Hymnus. 8.



N Unc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-



li- o, Digná-re promptus inge-ri Nostro re-fú-sus péctori.

Os, lingua, mens... Glória tibi Dómine, Qui surrexísti, &c.

Aña. Et ecce terræmótus. *Capit.* Fratres : Expurgáte, *ut supra.*

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.

℟. Exsultémus & lætémur in ea, allelúia.

Prædictus ℣. Hæc dies. *dicitur ad omnes Horas usque ad Domínicam in Albis, præterquam ad Primam et Completorium.*

Ad Sextam. *Aña.* Erat autem.

Capitulum. *1. Cor. 5. c.*

ITAQUE epulémur : † non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ & nequítiæ, * sed in ázymis sinceritátis & veritátis.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.

℟. Exsultémus & lætémur in ea, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Respóndens autem Angelus.

Capitulum. *Coloss. 3.*

SI consurrexístis cum Christo, † quæ sursum sunt quǽrite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens : * quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.

℟. Exsultémus & lætémur in ea, allelúia.

AD VESPERAS.

Aña. Angelus autem. *cum reliquis de Laudibus. Ps. de Domínica.*

Capitulum. *1. Cor. 5. b.*

FRATRES : Expurgáte vetus ferméntum, † ut sitis nova conspérsio, sicut estis ázymi. * Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus.

http://ccwatershed.org

℟. br.



S Urré-xit Dó-mi-nus ve-re, * Al-le- lú-ia, al-



le- lú- ia. Surré-xit. ℣. Et appá-ru- it Simóni. * Al-



le- lú-ia, &c. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fi- li- o, & Spi-rí-



tu- i Sancto. Surré-xit.

Tonus simplex.

℟. br.



S Urré-xit Dómi-nus ve-re, * Alle- lú-ia, alle-lú-ia.



Surré-xit. ℣. Et appá-ru- it Simó-ni. Alle- lú-ia. ℣. Gló-ri- a



Patri, & Fi-li- o, & Spi-ri-tu- i Sancto. Surré-xit.

Hymnus.

8.



A D cœ-nam Agni pró-vi-di, Et sto- lis albis cándi-



di, Post tránsi-tum ma-ris Rubri, Christo ca-námus Prínci-pi.

Cujus corpus sanctíssimum,
In ara crucis tórridum,
Cruóre ejus róseo
Gustándo vívimus Deo.

Protécti Paschæ véspere
A devastánte Angelo,
Erépti de duríssimo
Pharaónis império.

Jam Pascha nostrum Christus est,
Qui immolátus Agnus est,
Sinceritátis ázyma,
Caro ejus obláta est.

O vere digna hóstia,
Per quam fracta sunt tártara,
Redémpta plebs captiváta,
Réddita vitæ prǽmia.

Consúrgit Christus túmulo,
Victor redit de báratro,
Tyránnum trudens vínculo,
Et Paradísum réserans.

Quǽsumus, Auctor ómnium,
In hoc pascháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.
℟. Exsultémus & lætémur in ea, allelúia.

Ad Magnificat, Aña. 3. à.

ET respi-ci- én-tes vi-dé-runt revo-lú-tum la-pi-dem : e-rat quippe magnus valde, alle- lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum devícta morte reserásti : * vota nostra, quæ præveniéndo adspíras, étiam adjuvándo proséquere. Per eúmdem.

Infra Octavam Paschæ usque ad Vesperas Sabbati exclusive, ad Laudes et Horas omnia dicuntur ut in die, præter Orationem et Antiphonam ad Benedictus et Magnificat.

Feria II. et III. Officium fit Duplex; reliquis vero diebus, Semiduplex.

Feria Secunda.

Ad Bened. Aña. 8. G

JE-sus junxit se discí-pu-lis su- is in vi- a, & i-bat cum il-lis : ó-cu-li au-tem e- ó-rum tene-bántur ne e-um a-gnósce-rent : & incre-pá-vit e- os, di- cens : O stulti & tardi corde ad cre-déndum in his quæ lo-cú-ti sunt prophé- tæ ! alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui solemnitáte pascháli mundo remédia contulísti : † pópulum tuum, quǽsumus, cǽlésti dono proséquere; * ut & perféctam libertátem cónsequi mereátur, & ad vitam profíciat sempitérnam. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 8. G

QUI sunt hi sermó-nes, quos confértis ad ínvi-cem ambu-lántes, & estis tristes? alle-lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 8. G



Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam novo semper fœtu multíplicas : † concéde fámulis tuis, ut sacraméntum vivéndo téneant, quod fide percepérunt. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 8. G



Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 7. c



http://ccwatershed.org

Oratio.

Deus, qui nos resurrectiónis Domínicæ ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius, ut per temporália festa quæ ágimus, * perveníre ad gáudia ætérna mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 8. G

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 7. a



Oratio.

Deus, qui diversitátem géntium in confessióne tui nóminis adunásti : † da, ut renátis fonte baptísmatis * una sit fides méntium & pietas actiónum. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Aña. 7. b

Feria Sexta.

Ad Bened.
Aña. 7. c

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui paschále sacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœdere contulísti : † da méntibus nostris, ut quod professióne celebrámus, * imitémur efféctu. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Aña. 8. G

Sabbato in Albis.

Ad Bened.
Aña. 1. f



Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus : † ut qui festa paschália venerándo égimus, * per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereámur. Per Dóminum.

Ad Vesperas. *Officium fit Duplex.*

Aña. 6. F



Sub qua sola dicuntur Ps. Confiteántur tibi. *et reliqui de Psalmo.* 109.

Capitulum. Caríssimi : Omne. *ut infra ad Laudes.*

℟. br. Surréxit Dóminus vere. *Hymnus.* Ad cœnam Agni. 313.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.



http://ccwatershed.org

& fo-res essent clausæ, u-bi e- rant disci-pu-li congre-



gá-ti in u- num, ste-tit Je-sus in mé-di- o, & di-xit e-is:



Pax vo- bis, al-le-lú- ia. E u o u a e.

Oratio. Præsta, quæsumus. *ut infra ad Laudes.*



℣. Be-ne-di-cámus Dó- mi-no.



℟. De- o grá- ti- as.

Sic dicitur deinceps sine Allelúia *in Vesperis Sabbati et in Laudibus et Vesperis Dominicæ in Officio de Tempore usque ad Pentecosten. Reliquis vero diebus, nisi sit Festum aut infra Octavam, ut in Feriis per annum.*

Completorium dicitur ut in Psalterio, omissis Precibus. Sed quando non est Duplex, nec infra Octavam, dicuntur Preces.

Dominica in Albis, in Octava Paschæ.

Officium fit Duplex.

Ad Laudes.

1. Aña. 8. G

A L-le-lú-ia, al-le- lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú- ia,



alle-lú- ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Ps. Dóminus regnávit. Jubiláte Deo. Deus Deus meus.

2. Aña. 8. G



S Urré-xit Christus de sepúlcro, qui li-be-rá-vit tres



pú-eros de camíno ignis ardén- tis, alle-lú-ia.

Cant. Benedícite ómnia ópera.

3. Aña. 6. F



A L-le- lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Ps. Laudáte Dóminum de cælis.

Capitulum. *1. Joan. 5.*

CARISSIMI : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum : † & hæc est victória quæ vincit mundum, * fides nostra.

℟. br. Surréxit Dóminus de sepúlcro. *Hymnus.* Auróra lucis. 310.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.

℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Benedictus, Aña. Cum esset sero. *ut supra in Vesperis,* 319.

Oratio.

PRÆSTA quæsumus omnípotens Deus : † ut qui paschália festa perégimus, * hæc, te largiénte, móribus & vita teneámus. Per Dóminum.

Antiphonæ per Horas ut in Psalterio pro Tempore Paschali. Hymni cantantur in tono Paschali.

Ad Primam, *dicitur Symbolum* Quicúmque. *Non dicuntur Preces.*

Ad Absolut. Capit. Lectio brevis. Si consurrexístis. *ut in Psalterio.*

http://ccwatershed.org

Ad Tertiam. *Capitulum.* Carissimi : Omne. *ut supra.*

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Ad Sextam.

Capitulum. *1. Joan. 5.*

Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est qui venit per aquam & sánguinem, Jesus Christus : * non in aqua solum, sed in aqua & sánguine.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.

℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Nonam.

Capitulum. *1. Joan. 5. b.*

Si testimónium hóminum accípimus, † testimónium Dei majus est : quóniam hoc est testimónium Dei, quod majus est, quóniam testificátus est de Fílio suo. * Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.

℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Vesperas.

Aña. 7. c



A L-le-lú-ia, al-le-lú- ia, alle- lú-ia. E u o u a e.

Sub qua sola dicuntur Psalmi de Dominica.

Capitulum. *1. Joan. 5.*

Carissimi : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum : † & hæc est victória quæ vincit mundum, * fides nostra.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. *Hymnus.* Ad cœnam Agni. 3..

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. c



P Ost di- es o- cto já-nu-is clau-sis, ingréssus Do-



minus di-xit e- is : Pax vo-bis, alle-lú-ia, alle-lú-ia.



E u o u a e.

Capitula brévia, Hymni et ℣℣. hujus Dominicæ dicuntur usque ad Ascensionem, etiam in feriali Officio.

Feria Secunda.

Ad Laudes. *Aña.* Allelúia. *Ps.* Dóminus regnávit. *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Psalterio ut in Dominica pro Tempore Paschali, 23. Et dicuntur quotidie usque ad Ascensionem in Dominicis et Feriis.*

Capitulum. *Rom. 6. b.*

Christus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. † Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel : * quod autem vivit, vivit Deo.

℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro. *Hymnus.* Auróra lucis. 310.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.

℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Bened. Aña. 8. G

S Urgens Je-sus ma-ne prima sábba-ti, appá-ru-

it primo Ma-rí- æ Magda- lé- næ, de qua e-jé-ce-rat septem



dæmó-ni- a, al-le-lú- ia. *Oratio Dominicæ præcedentis.*

Postea fit Commemoratio de Cruce (ut in Psalterio post Vesperas

http://ccwatershed.org

Sabbati, 115) : *quæ quotidie fit in Laudibus et Vesperis usque ad Ascensionem tam in Officio de Tempore quam de Sanctis, nisi sit Duplex aut infra Octavam. Aliæ Commemorationes non dicuntur Tempore Paschali.*

Ad Primam. *Capit.* Regi sæculórum. *Et dicuntur Preces.*

Ad Tertiam, Sextam et Nonam, *Antiphonæ, Capitula et ℣℣. ut habentur in Psalterio pro Tempore Paschali.*

Ad Vesperas. *Aña.* Allelúia. *Ps.* In éxitu Israel. *cum reliquis de Psalterio,* 88, *sub una Antiphona* Allelúia.

Capitulum. Christus resúrgens. *ut supra ad Laudes.*

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. *Hymnus.* Ad cœnam Agni, 310.

℣. Mane nobiscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnif. Aña. 6. F



Capitula, ℟℟. brevia, Hymni et ℣℣. supradicta semper dicuntur in feriali Officio usque ad Ascensionem. Antiphonæ ad Magnificat et Benedictus propriæ sunt pro singulis diebus.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 8. G

Ad Magnif. Aña. 8. G





Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 6. F

Ad Magnif. Aña. 8. G



Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 8. G

http://ccwatershed.org

Ad Magnif. Aña. 8. G



Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 1. f



Ad Vesperas, nisi occurrat Festum XII Lectionum, a Capitulo fit de Sancta Maria.

Sabbato ad Vesperas.

Capitulum. Carissimi : Christus. *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. *Hymnus.* Ad cœnam. 313.

℣. Mane nobiscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Oratio de Laudibus ut infra.

Dominica II. post Pascha.

Ad Laudes.

Antiphonæ et Psalmi de Psalterio pro Tempore Paschali.

Capitulum. *1. Petr. 2. d.*

CARISSIMI : Christus passus est pro nobis, † vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus. * Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus.

℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro. *Hymnus.* Auróra. 310.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.

℟. Cæli & terra lætentur, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona. Ego sum pastor óvium. *ut supra in Vesperis Sabbati.*

Oratio.

DEUS, qui in Fílii tui humilitáte jacéntem mundum erexísti : † fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam ; * ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúmdem Dóminum.

Ad Tertiam. *Capit.* Carissimi : Christus. *ut supra.*

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

http://ccwatershed.org

Ad Sextam.

Capitulum. *1. Petr. 2. d.*

TRADEBAT autem judicánti se injúste : † qui peccáta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum : ut peccátis mórtui, justítiæ vivámus : * cujus livóre sanáti sumus.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.
℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Nonam.

Capitulum. *1. Petr. 2. d.*

ERATIS enim sicut oves errántes, † sed convérsi estis nunc ad pastórem * & epíscopum animárum vestrárum.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia. ℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Vesperas.

Aña. Allelúia. *Ps. de Dominica. Capitulum e Laudibus.*
℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. *Hymnus.* Ad cœnam. 313.
℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

3. à



Feria Secunda.

Ad Bened. Aña. 6. F





Ad Magnif. Aña. 3. à



Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 8. G

Ad Magnif. Aña. 3. à

http://ccwatershed.org

Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 4. E

I- te, nunti- á- te frátri-bus me- is, alle-lú-ia : ut e- ant in Ga-li-læ- am, al-le- lú-ia : i-bi me vi-dé-bunt, alle-lú-ia, alle-lú-ia, al-le- lú-ia.

Ad Magnif. Aña. 5. a

S Ic-ut no-vit me Pa-ter, & e-go cognósco Pa-trem, & á-nimam me- am po- no pro ó- vi-bus me- is, al-le-lú-ia.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 1. g

T U so- lus per- e-grinus es, & non audísti de Je-su, quó- mo-do tra-di-dé- runt e- um in damna-ti- o- nem mortis ? al-le- lú-ia.

http://ccwatershed.org

Ad Magnif. Aña. 8. G

A - li- as o-ves há-be- o, quæ non sunt ex hoc o- vi- li : & il-las o-pórtet me addú-ce-re, & vo-cem me- am áudi- ent : & fi- et unum o-ví- le & unus pastor, al- le-lú-ia.

Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 8. G

N Onne sic opórtu- it pa-ti Christum, & i- ta intrá-re in gló-ri- am su- am ? alle-lú-ia.

Sabbato ad Vesperas.

Capitulum. Carissimi : Obsecro. *ut infra ad Laudes.*
℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. *Hymnus.* Ad cœnam. 313.
℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

6. F

M Odi-cum, & non vi-dé-bi-tis me, di-cit Dómi-nus :



i-te-rum mó-di- cum, & vi-dé-bi-tis me, qui- a vado ad



Patrem, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio de Laudibus, ut infra.

Dominica III. post Pascha.

Ad Laudes.

Antiphonæ et Psalmi de Psalterio pro Tempore Paschali.

Capitulum. *1. Petr. 2. c.*

CARISSIMI : Obsecro vos tamquam ádvenas & peregrínos † abstinére vos a carnálibus desidériis, * quæ militant advérsus ánimam.

℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro. *Hymnus.* Auróra. 310.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.

℟. Cæli & terra lætántur, allelúia.

Ad Bened. Antiphona. Módicum. *ut supra in Vesperis Sabbati.*

Oratio.

DEUS, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritatis tuæ lumen osténdis : † da cunctis qui christiána professióne censéntur, & illa respúere quæ huic inimíca sunt nómini ; * & ea quæ sunt apta sectári. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Capit.* Carissimi : Obsecro. *ut supra.*

℣. Surréxit Dñs de sepúlcro, allelúia. ℟. Qui pro nobis, &c.

Ad Sextam.

Capitulum. *1. Petr. 2. c.*

SUBJECTI igitur estóte omni humánæ creatúræ propter Deum : † sive regi quasi præcellénti : sive dúcibus tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, * laudem vero bonórum.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia. ℟. Et appáruit, &c.

http://ccwatershed.org

Ad Nonam.

Capitulum. *1. Petr. 2. c.*

SERVI, súbditi estóte in omni timóre dóminis, † non tantum bonis & modéstis, sed étiam dyscolis. * Hæc est enim grátia in Christo Jesu Dómino nostro.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.

℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Vesperas.

Ant. Allelúia. *Ps. de Dominica. Capitulum e Laudibus.*

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. *Hymnus.* Ad cœnam. 313.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



A -men di-co vo-bis, qui- a plo-rábi- tis & flé-bi- tis

vos : mundus autem gaudé-bit, vos ve-ro contri-sta- bimi-

ni : sed tri-stí- ti- a vestra converté-tur in gáudi- um, alle-



lú-ia. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Bened. Ant. 1. g



ET inci- pi- ens a Mó- y-se & ómni-bus Pro-

phé- tis, interpre-ta-bá-tur il-lis Scriptú-ras quæ de ipso
e-rant, alle-lú-ia.

Ad Magnif. Aña. 8. G

TRistí-ti- a vestra verté-tur in gáudi-um, alle-
lú-ia : & gáudi- um vestrum nemo tollet a vo- bis, alle-
lú-ia, alle-lú-ia.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 2. D

ET co- e-gé-runt illum, di-céntes : Ma-ne no-bis-
cum Dómi-ne, quó-ni- am advespe-rá-scit, al-le-lú-ia.

Ad Magnif. Aña. 8. G

TRistí-ti- a implé-vit cor vestrum : & gáudi-um
vestrum nemo tollet a vo-bis, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

http://ccwatershed.org

Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 7. a

MAne no-bíscum, quóni- am advespe-rá-scit, &
incli-ná-ta est jam di- es, alle-lú-ia.

Ad Magnif. Aña. 6. F

TRistí- ti- a vestra, alle-lú-ia, verté-tur in gáu-
di-um, al-le- lú-ia.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 3. a

ET intrá-vit cum il- lis : & factum est, dum re-
cúmbe-ret cum il-lis, accé-pit pa- nem, & be-ne-di- xit, ac
fregit, & porri-gé- bat il-lis, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Ad Magnif. Aña. 1. f

AMen amen di-co vo-bis, i- te-rum vi-dé-bo
vos, & gaudé-bit cor vestrum, & gáudi- um vestrum nemo



Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 6. F





Sabbato ad Vesperas.

Capit. Caríssimi : Omne datum. *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. *Hymnus.* Ad cœnam. 313.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. a







Oratio de Laudibus ut infra.

Dominica IV. post Pascha.

Ad Laudes.

Antiphonæ et Psalmi de Psalterio pro Tempore Paschali.

Capitulum. *Jac. 1. c.*

CARISSIMI : Omne datum óptimum, & omne donum perféctum † desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, * apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio.

℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro. *Hymnus.* Auróra. 310.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.

℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Bened. Aña. Vado ad eum. *ut supra in Vesperis Sabbati.*

Oratio.

DEUS, qui fidélium mentes uníus éfficis voluntátis : † da pópulis tuis id amáre quod præcipis, id desideráre quod promittis ; * ut inter mundánas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Capitulum.* Caríssimi : Omne datum. *ut supra.*

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.

℟. Qui pro nobis pependit in ligno, allelúia.

Ad Sextam.

Capitulum. *Jac. 1. c.*

SCITIS fratres mei dilectíssimi. † Sit autem omnis homo velox ad audiéndum : tardus autem ad loquéndum, & tardus ad iram. * Ira enim viri justítiam Dei non operátur.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.

℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Nonam.

Capitulum. *Jac. 1. d.*

PROPTER quod abjiciéntes omnem immundítiam & abundántiam malítiæ, † in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum, * quod potest salváre ánimas vestras.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia. ℟. Viso Dómino, allelúia.

http://ccwatershed.org

Ad Vesperas.

Aña. Allelúia. *Ps.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica.*
Capitulum. Caríssimi : Omne datum. *ut supra.*
℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. 313.
Hymnus. Ad cœnam Agni próvidi. 313.
℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D



Feria Secunda.

Ad Bened. Aña. 1. g



Ad Magnif. Aña. 7. a

http://ccwatershed.org

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 6. F



Ad Magnif. Aña. 8. G

Feria Quarta.

Ad Bened. Aña. 8. G



Ad Magnif. Aña. 5. a

A D-huc multa há-be- o vo-bis dí-ce-re, sed non po-téstis portá-re modo : cum autem vé-ne-rit il-le Spi-ri-tus ve-ri-tá-tis, do-cé-bit vos omnem ve-ri-tá- tem, alle-lú-ia.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 1. g

O B-tu-lé- runt discí-pu-li Dómi- no partem pi- scis as- si, & favum mel- lis, al-le- lú-ia, al-le- lú-ia.

Ad Magnif. Aña. 8. G

N ON e-nim loqué-tur a semet-ípso : sed quæ-cúmque áudi- et, loqué-tur : & quæ ventú-ra sunt, annunti-á-bit vo-bis, alle-lú-ia.

http://ccwatershed.org

Feria Sexta.

Ad Bened. Aña. 8. G

I -sti sunt sermó-nes, quos di-cé-bam vo-bis, cum essem vo- bíscum, alle- lú- ia, alle-lú-ia.

Sabbato ad Vesperas.

Capitulum. Carissimi : Estóte. *ut infra ad Laudes.*

℟. br. Surréxit Dóminus vere. *Hymnus.* Ad cœnam. 313.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Aña. 2. D

U Sque modo non pe-tí-stis quidquam in nó-mi-ne me-o : pé-ti-te, & acci-pi- é-tis, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Oratio de Laudibus, ut infra.

Dominica V. post Pascha.

Ad Laudes.

Antiphonæ et Psalmi de Psalterio pro Tempore Paschali.

Capitulum. *Jac. 1. d.*

CARISSIMI : Estóte factóres verbi, & non auditóres tantum, fallentes vosmetípsos. † Quia si quis audítor est verbi, & non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suæ in spéculo : * considerávit enim se, & ábiit, & statim oblítus est qualis fúerit.

℟. *br*. Surréxit Dóminus de sepúlcro. *Hymnus*. Auróra, 310.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.

℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Bened. Aña. Usque modo. *ut supra in Vesperis Sabbati*.

Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis; † ut cogitémus te inspiránte quæ recta sunt; * & te gubernánte éadem faciámus. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Capitulum*. Caríssimi : Estóte. *ut supra*.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Ad Sextam.

Capitulum. *Jac. 1. d.*

Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis, & permánserit in ea, † non audítor obliviósus factus, sed factor óperis : * hic beátus in facto suo erit.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.

℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Nonam.

Capitulum. *Jac. 1. d.*

Religio munda & immaculáta apud Deum & Patrem hæc est : Visitáre pupíllos & víduas in tribulatióne eórum, * & immaculátum se custodíre ab hoc sæculo.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.

℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Vesperas.

Aña. Allelúia. *Ps. de Dominica. Capitulum e Laudibus*.

℟. *br*. Surréxit Dóminus vere. *Hymnus*. Ad cœnam. 313.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



http://ccwatershed.org



Feria Secunda in Rogationibus.

Si hodie occurrat Festum XII Lectionum, fit de eo cum commemoratione de Feria ad Laudes tantum, ut infra. De Festo autem III Lectionum fit tantum commemoratio.

Ad Laudes. *Antiphonæ et Psalmi de Psalterio in Dominica*, 23.

Capitulum. Christus resúrgens. 323.

℟. *br*. Surréxit Dñs de sepúlcro. *Hymnus*. Auróra. 310.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.

℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Bened. Aña. 8. G



Oratio.

Præsta quæsumus omnípotens Deus : † ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, * contra advérsa ómnia tua semper protectióne muniámur. Per Dóminum.

Hæc Oratio dicitur ad Laudes et per Horas, præter Vesperas, et hodie tantum. Duabus vero sequentibus Feriis dicitur Oratio Dominicæ præcedentis, Deus, a quo. 342.

Hoc triduo qui non intersunt Processionibus Rogationum, privatim post Laudes dicant Litanias cum suis Precibus et Orationibus, sine Psalmis Pœnitentialibus.

Ad Horas, *omnia dicuntur ut in feriali Officio Tempore Paschali.*

Vesperæ, *nisi occurrat Festum XII Lectionum, dicuntur de Psalterio. (Et a Capitulo fit de S. Benedicto, cum commem. de Cruce tantum. Si vero sequatur Festum Simplex, fit commem. de eo cum Commem. de Cruce.)*

Ad Magnif. Aña. 8. G

I-pse e-nim Pa-ter amat vos, qui- a vos me amá-stis, & cre-di-di-stis, alle-lú-ia.

Oratio. Deus, a quo. 342.

Feria Tertia in Rogationibus.

(Fit de S. Benedicto, sine commemoratione Feriæ, sed de Cruce tantum.)

Ad Bened. Aña. 8. G

O-porté-bat pa-ti Chri-stum, & re-súrge-re a mórtu- is, alle-lú-ia.

Oratio. Deus, a quo. 342.

Ad Magnif. Aña. 4. a

EX- i- vi a Pa-tre, & ve-ni in mundum: i-te-rum re-línquo mundum, & va-do ad Pa-trem, alle-lú-ia.

http://ccwatershed.org

Feria Quarta in Rogationibus.

Vigilia Ascensionis.

Si hodie occurrat Festum XII Lectionum, fit de eo, cum commem. Vigiliæ ad Laudes. De Simplici fit tantum commemoratio.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia.
℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Bened. Aña. 1. f

PA-ter, ve-nit ho-ra, cla-rí-fi-ca Fí-li- um tu- um cla-ri-tá-te quam hábu- i, pri- úsquam mundus esset, apud te, al-le-lú-ia.

Oratio. Deus, a quo. 342.

IN ASCENSIONE DOMINI

IN I. VESPERIS.

Aña. Viri Galilæi. *cum reliquis de Laudibus. Ps. de Dominica.*

Capitulum. *Act. 1.*

PRIMUM quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere, & docére † usque in diem, qua præcipiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, * assúmptus est.

Resp. breve.



ASCENDENS Chri-stus in altum, * Al-



le- lú-ia, al-le- lú- ia. Ascén-



dens. ℣. Capti-vam duxit capti- vi- tá-tem. * Al-le- lú-ia, &c.



℣. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.



Ascéndens.

http://ccwatershed.org

Tonus simplex.



A-scéndens Christus in altum, * Alle- lú-ia, alle-lú-



ia. Ascéndens. ℣. Captí-vam duxit capti-vi-tá-tem. * Alle- lú-



ia. ℣. Gló-ri- a Patri. Ascéndens.

Hymnus.

JE-su, nostra red-émpti- o, Amor & de- si-dé-ri- um,

De-us Cre- á-tor ómni- um, Homo in fi-ne témpo-rum :

Quæ te vicit cleméntia,
Ut ferres nostra crímina,
Crudélem mortem pátiens,
Ut nos a morte tólleres !

Inférni claustra pénetrans,
Tuos captívos rédimens,
Victor triúmpho nóbili
Ad dextram Patris résidens :

Ipsa te cogat píetas,
Ut mala nostra súperes
Parcéndo, & voti cómpotes
Nos tuo vultu sáties.

Tu esto nostrum gáudium,
Qui es futúrus præmium :
Sit nostra in te glória
Per cuncta semper sæcula. Amen.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.



PA- ter, ma-ni-festá-vi nomen tu-um homí-ni-bus

quos de-disti mi- hi : nunc autem pro e- is ro-go, non

pro mundo, qui- a ad te vé-ni- o, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Concede, quæsumus omnípotens Deus : * ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus, ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

Tonus Hymni ad Completorium.

4. Te lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pósci-

mus, Ut só-li-ta cleménti- a Sis præsul ad custó-di- am.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata ;
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Glória tibi Dómine,
Qui scandis super sídera,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Sic cantantur et terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Pentecosten, etiam in Officio Sanctorum, nisi aliter notetur.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 7. a

Vi-ri Ga-li- læ- i, quid adspí-ci-tis in cæ-

lum? Hic Je-sus, qui assúmptus est a vobis in cæ-lum, sic

http://ccwatershed.org

vé-ni- et, alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Aña. 8. G

Cumque intu- e-réntur in cæ-lum e- úntem illum,

di-xé-runt, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Aña. 4. A

Ele-vá-tis má-nibus be-ne-dí-xit e- is, & fe-re-bá-

tur in cæ- lum, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Aña. 8. G

Ex- altá-te Re-gem re- gum, & hymnum dí-ci-te

De- o, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

Vi-dénti-bus il-lis e-le-vá-tus est, & nubes suscé-

pit e-um in cæ-lo, alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 1.*

PRIMUM quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere, & docére † usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, * assúmptus est.

℟. br.

Hymnus. Jesu, nostra redémptio. *ut in Vesperis,* 347.

℣. Dóminus in cælo, allelúia.
℟. Parávit sedem suam, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : † ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus, * ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

http://ccwatershed.org

Ad Tertiam. *Aña.* Cumque. *Capit.* Primum quidem. *ut supra.*

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Elevátis mánibus.

Capitulum. *Act. 1.*

ET convéscens, præcépit eis ab Jerosólymis ne discéderent, sed exspectárent promissiónem Patris, quam audístis (inquit) per os meum : † quia Joánnes quidem baptizávit aqua, * vos autem baptizabímini Spíritu Sancto non post multos hos dies.

℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia.
℟. Captívam duxit captivitátem, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Vidéntibus illis.

Capitulum. *Act. 1. b.*

VIRI Galilæi, quid statis adspiciéntes in cælum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in cælum, * sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum.

℣. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, allelúia.
℟. Deum meum, & Deum vestrum, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. *br. et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Dóminus in cælo, allelúia.
℟. Parávit sedem suam, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D





Infra Octavam Ascensionis usque ad Pentecosten, quotidie fit Officium de Ascensione, nisi occurrat Festum XII Lectionum. De Festis vero III Lectionum fit tantum commemoratio.

Sabbato ad Vesperas.

Capitulum. Caríssimi : Estóte. *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Ascéndens. *Hymnus.* Jesu, nostra redémptio. 347.

℣. Dóminus in cælo, allelúia.

℟. Parávit sedem suam, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Oratio de Laudibus ut infra.

Et fit commem. Ascensionis. Aña. O Rex glóriæ.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.

℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia. *Oratio.* Concéde. 350.

Dominica infra Octavam Ascensionis.

Ad Laudes, & per Horas.

Antiphonæ ut in die Festi. Psalmi de Dominica.

Capitulum. *1. Petr. 4. b.*

CARISSIMI : Estóte prudéntes, & vigiláte in oratiónibus. † Ante ómnia autem, mútuam in vobismetípsis caritátem continuam habéntes : * quia cáritas óperit multitúdinem peccatórum.

℟. *br.* Ascéndit Deus. 350. *Hymnus.* Jesu, nostra redémptio. 347.

℣. Dóminus in cælo, allelúia. ℟. Parávit sedem suam, allelúia.

Ad Benedictus, Aña. Cum vénerit. *ut supra in Vesperis Sabbati.*

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, † fac nos tibi semper & devótam gérere voluntátem, * & majestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dóminum nostrum.

Et fit commem. de Ascensione. Aña. Ascéndo. 350.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.

℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia. *Oratio.* Concéde. 350.

Ad Primam, *Lectio brevis.* Si quis lóquitur. *ut infra ad Nonam.*

Ad Tertiam. *Aña.* Cumque. *Capit.* Caríssimi : Estóte. *ut supra.*

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia. ℟. Et Dóminus, &c.

Ad Sextam. *Aña.* Elevátis mánibus.

Capitulum. *1. Petr. 4. b.*

HOSPITALES ínvicem sine murmuratióne : † unusquísque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, * sicut boni dispensatóres multifórmis grátiæ Dei.

℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia. ℟. Captívam, &c.

Ad Nonam. *Aña.* Vidéntibus illis.

Capitulum. *1. Petr. 4. c.*

SI quis lóquitur, quasi sermónes Dei : † si quis minístrat, tamquam ex virtúte quam admínistrat Deus : * ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum Dóminum nostrum.

℣. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, allelúia.

℟. Deum meum, & Deum vestrum, allelúia.

http://ccwatershed.org

Ad Vesperas.

Antiphonæ ut in die Festi. Ps. de Dominica. Capit. e Laudibus. ℟. *br.* Ascéndens. *Hymnus.* Jesu nostra redémptio. 347.
℣. Dóminus in cælo, allelúia. ℟. Parávit sedem suam, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Et fit commem. de Ascensione. Aña. O Rex glóriæ. 351.
℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia. *Orat.* Concéde: 350.

Feria Quarta. *Ad Vesperas, Duplex. Omnia ut in I. Vesp. Festi.*

In Octava Ascensionis. *Omnia sicut in die. In II. Vesperis non fit commemoratio Officii sequentis diei.*

Duobus sequentibus diebus Officium fit ad Laudes et Horas sicut in Dominica infra Octavam Ascensionis. Et non dicuntur Preces ad Primam et Complet. (Nec fit commem. de Ascensione, neque de Cruce.)
Si vero Feria VI. occurrat Festum XII Lectionum, fit de Festo cum commemoratione Officii ejusdem diei, nisi illud Festum fuerit ex solemnioribus.

A Vigilia Pentecostes usque ad Festum Ss. Trinitatis inclusive, si occurrat Festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur post prædictum Festum Trinitatis. De aliis vero Duplicibus et de Semiduplicibus fit tantum commemoratio, excepto triduo Pentecostes.

IN FESTO PENTECOSTES

IN I. VESPERIS.

Antiphona. Cum compleréntur. *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Act. 2.*

CUM compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco: † & factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, * & replévit totam domum ubi erant sedéntes.

Resp. breve.



http://ccwatershed.org

Tonus simplex.

℟. br. SPí-ri-tus Pa-rácli-tus, * Alle- lú-ia, alle-lú-ia. Spi-ri-tus. ℣. Do-cé-bit vos ómni- a. * Alle- lú-ia. ℣. Gló-ri- a Pa-tri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Spí-ri-tus.

Hymnus.

VE-ni Cre- á-tor Spí-ri-tus, Mentes tu- ó-rum vi-si-ta, Imple su-pérna grá-ti- a Quæ tu cre- á-sti péctora.

Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei altíssimi,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te prævio
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Te utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Sic terminantur Hymni usque ad Vesperas Sabbati sequentis.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúia.
℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.

NON vos re-línquam órpha-nos, alle-lú- ia : va-do, & ve-ni- o ad vos, alle-lú- ia : & gaudé-bit cor vestrum, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : * da nobis in eódem Spíritu recta sápere, & de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Tonus Hymni ad Completorium.

TE lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pósci-mus, Ut só- li- ta cle-ménti- a Sis præsul ad custó-di- am.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata;
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Sic cantantur et terminantur Hymni per totam Octavam ad Primam, Sextam et Nonam.

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS. - MO.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 3. a

CUM comple-réntur di- es Pente-cóstes, e-rant omnes pá-ri-ter in e- ó-dem lo-co, al-le- lú-ia. E u o u a e.

2. Aña. 8. G

SPi- ri- tus Dómi-ni replé-vit orbem terrá-rum, al-le- lú-ia. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

REplé-ti sunt omnes Spí-ri-tu Sancto, & cœpé-runt loqui, alle-lú- ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Aña. 1. a

FOntes, & ómni- a quæ mo-véntur in aquis, hymnum di-ci-te De- o, al-le- lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 7. c

LOque-bántur vá- ri- is linguis Apósto- li magná-li- a De- i, alle-lú-ia, al-le- lú-ia, al-le- lú- ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Act. 2.*

CUM compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco : † & factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, * & replévit totam domum ubi erant sedéntes.

R. br.

SPí-ri-tus Dómi-ni replé-vit orbem terrá-rum, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Spí-ri-tus Dómi-ni. ℣. Et hoc quod cónti-net ómni- a, sci- énti- am ha-bet vo-cis. * Alle- lú-ia. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Spí-ri-tus Dómi-ni.

Hymnus.

1.

BE- á- ta no-bis gáudi- a Anni re-dú-xit órbi-ta, Cum Spí-ri-tus Pa- rácli-tus Effúlsit in di-sci-pu-los.



Linguis loquúntur ómnium,
Turbæ pavent Gentílium :
Musto madére députant
Quos Spíritus repléverat.

Patráta sunt hæc mystice,
Paschæ peracto témpore,
Sacro diérum número,
Quo lege fit remíssio.

Te nunc Deus piíssime
Vultu precámur cérnuo,
Illápsa nobis cælitus
Largíre dona Spíritus.

Dudum sacráta pectora
Tua replésti grátia :
Dimítte nostra crímina,
Et da quiéta témpora.

Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúia.
℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



Oratio.

Deus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, & de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

http://ccwatershed.org

Ad Tertiam. *Hymnus.* Veni Creátor. *ut supra,* 356. *Qui dicitur ad Tertiam per totam Octavam loco Hymni* Nunc Sancte.

Aña. Spíritus Dómini. *Capit.* Cum compleréntur. *ut supra.*

℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia.
℟. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Repléti sunt omnes.

Capitulum. *Act. 2.*

Facta autem hac voce, convénit multitúdo, † & mente confúsa est : * quóniam audiébat unusquisque lingua sua illos loquéntes.

℣. Spíritus Paráclitus, allelúia.
℟. Docébit vos ómnia, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Loquebántur.

Capitulum. *Act. 2. b.*

Judæi quoque, & Prosélyti, Cretes, & Arabes : † audívimus eos loquéntes nostris linguis * magnália Dei.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúia.
℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. *br. et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Loquebántur váriis linguis Apóstoli, allelúia.
℟. Magnália Dei, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J



sit e- os in u-ni-vérsum mundum prædi-cá-re & testi-fi-cá-ri : qui cre-dí-de-rit, & bapti-zá-tus fú- e-rit, salvus e- rit, al-le- lú-ia. E u o u a e.

Infra Octavam Pentecostes, fit Officium sicut in die, exceptis Antiphonis ad Benedictus et ad Magnificat, et Oratione.

Feria II. et III. Officium fit Duplex ; aliis diebus, Semiduplex.

Si infra Octavam occurrat Festum XII Lectionum quod transferri possit, transfertur post Octavam. De alio autem Festo XII Lectionum et de Simplici in hoc triduo nulla fit commemoratio ; reliquis vero diebus fit tantum commem.

Feria Secunda.

Ad Bened. Aña. 8. G

SIC De- us di-lé-xit mundum, ut Fi-li- um su- um uni-gé- ni-tum da-ret : ut omnis qui cre-dit in ipsum non pér-e- at, sed há-be- at vi- tam æ-térnam, alle-lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Oratio.

Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedisti Spíritum : † concéde plebi tuæ piæ petitiónis effectum ; * ut quibus dedísti fidem, largiáris & pacem. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnif. Aña. 3. a

SI quis dí-li-git me, sermó-nem me- um servá-bit, & Pa-ter me- us dí- li-get e- um, & ad e- um ve-ni- émus, & mansi- ó-nem apud e- um fa-ci- émus, alle-lú-ia. E u o u a e.

Feria Tertia.

Ad Bened. Aña. 8. G

EGO sum ósti- um, di-cit Dómi-nus : per me si quis intro- í- e-rit, salvá-bi-tur, & páscu- a invé-ni- et, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Adsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spíritus Sancti : † quæ & corda nostra cleménter expúrget, * & ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnif. Aña. 6. F

P A- cem re-línquo vo-bis, pa-cem me- am do vo- bis : non quómo-do mundus dat, e-go do vo-bis, al- le- lú-ia. E u o u a e.

Feria Quarta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Aña. 8. G

E -go sum pa-nis vi-vus, di-cit Dóminus, qui de cæ-lo descén-di, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Oratio.

MENTES nostras, quæsumus Dómine, Paráclitus, qui a te procédit, illúminet : * & indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem. Qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Ad Magnif. Aña. 1. f

E -go sum pa-nis vi-vus, qui de cæ-lo descéndi : si quis mandu-cá-ve-rit ex hoc pa-ne, vi-vet in æ-térnum :

http://ccwatershed.org

& pa- nis quem e-go da-bo, ca-ro me- a est pro mundi vi-ta, al-le- lú-ia.

Feria Quinta.

Ad Bened. Aña. 4. E

C Onvo-cá-tis Je-sus du- ó-de-cim di- scí-pu-lis su- is, de-dit il-lis virtú-tem & po-te- stá-tem super ómni- a dæmó-ni- a, & ut languó-res cu-rá-rent : & mi- sit illos præ-di-cá-re regnum De- i, & sa-ná-re infírmos, alle-lú-ia.

Oratio.

DEUS, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * & de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnif. Aña. 8. G

S Pí-ri-tus qui a Patre pro-cé-dit, alle-lú-ia, il-le me cla-ri- fi-cá-bit, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Aña. 1. D

DIxit Je-sus : Ut sci- á-tis au- tem qui- a Fí-li- us hómi-nis ha-bet po-testá- tem in ter-ra dimitténdi pec-cá- ta, a- it pa-ra- ly-ti-co : Ti-bi di-co, sur-ge : tol-le lectum tu- um, & va-de in domum tu- am, alle- lú- ia.

Oratio.

DA quæsumus Ecclésiæ tuæ miséricors Deus : † ut Sancto Spíritu congregáta, * hostíli nullátenus incursióne turbétur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnif. Aña. 8. G

PAráclitus au-tem Spí-ri-tus Sanctus, quem mit-tet Pa-ter in nó- mi-ne me- o, ille vos do-cé-bit ómni- a, & súgge-ret vo-bis ómni- a quæcúmque dí-xe-ro vo-bis, al-le-lú- ia.

http://ccwatershed.org

Sabbato Quatuor Temporum.

Ad Bened. Aña. 1. f

CA-ri-tas De- i diffú-sa est in córdi-bus nostris, per inha-bi- tán-tem Spí-ri-tum e-jus in no- bis, al-le-lú-ia.

Oratio.

MENTIBUS nostris, quæsumus Dómine, Spíritum Sanctum benignus infúnde : † cujus & sapiéntia cónditi sumus, * & providéntia gubernámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Post Nonam celebrata Missa terminatur Tempus Paschale.

IN FESTO SS. TRINITATIS

IN I. VESPERIS.

Antiphona. Glória tibi Trínitas. *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Rom. 11. d.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ & sciéntiæ Dei : † quam incomprehensibília sunt judícia ejus, * & investigábiles viæ ejus !

Resp. breve.

Benedicámus Patrem, & Fí-li- um, * Cum Sancto Spí-ri-tu. Bene-di-cámus. ℣. Laudémus & super-exaltémus e- um in sæcu-la. * Cum. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Bene-di-cámus.

Hymnus.

8.

O lux be- á-ta Trí-ni-tas, Et prin-ci-pá-lis Uni-tas, Jam sol re-cé-dit í-gne- us, Infún-de lumen córdi-bus.

Te ma- ne laudum cármi-ne, Te de-pre-cámur véspe-re : Te nostra supplex gló- ri- a Per cuncta laudet sæcu-la.

Deo Patri sit gló-ri- a, E-júsque so-li Fí-li- o, Cum Spí-ri-tu Pa- rá-cli- to Et nunc & in perpé-tu- um. A-men.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis & gloriósus in sæcula.

Ad Magnificat, Antiphona.

1.

Grá-ti- as ti- bi De- us, grá- ti- as ti-bi ve-ra & u- na Trí- ni-tas, u- na & summa Dé- i- tas, san- cta & u-na U-ni-tas. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui dedisti fámulis tuis in confessióne veræ fidei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, & in poténtia majestátis adoráre Unitátem : * quæsumus, ut ejúsdem fidei firmitáte ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Et fit commemoratio Dominicæ I. post Pentecosten, ut sequitur.

Aña. 1.

LOque-re Dómi-ne, qui- a audit servus tu-us.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Oratio.

DEUS, in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris : * & quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ; ut in exsequéndis mandátis tuis, & voluntáte tibi & aƈtióne placeámus. Per Dóminum.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. f

GLó-ri- a ti- bi Trí- ni- tas æquá-lis, u-na De- i-tas, & an- te ómni- a sæcu-la, & nunc & in per-pé-tu- um. E u o u a e.

2. Aña. 2. D

LAus & per-énnis gló-ri- a De- o Pa-tri, & Fi- [illegible]

[illegible] li- o, sanƈto si-mul Pa-rácli-to, in sæcu-ló-rum sæcu- la. E u o u a e.

Aña. 3. a

GLó- ri- a laudis ré- so-net in o-re ómni- um, Pa- [illegible] ge-ni- tæque Pro-li, Spi- rí- tu- i Sanƈto pá-ri-ter re-súl- [illegible] laude per- énni. E u o u a e.

Aña. 4. E

LAus De- o Patri, pa- ri- lique Pro-li, & ti-bi San- [illegible] di- o per- énni Spí- ri-tus, nostro ré- sonet ab o-re [illegible] per ævum. E u o u a e.

Aña. 5. a

EX quo ómni- a, per quem ómni- a, in quo ómni- a : ipsi gló-ri- a in sæ-cu- la. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Rom. 11. d.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ & sciéntiæ Dei : † quam incomprehensibília sunt judícia ejus, * & investigábiles viæ ejus !

℟. br.



Hymnus.

8.



Ortus refúlget lúcifer,
Sparsámque lucem núntiat,
Cadit caligo nóctium,
Lux sancta nos illúminet.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Benedicámus Patrem & Filium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

Ad Benedictus, Antiphona.

6. F



http://ccwatershed.org



Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, & in poténtia majestátis adoráre Unitátem : † quæsumus, ut ejúsdem fídei firmitáte, * ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Et fit commemoratio Dominicæ.

Aña. 1.



℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se virtúte.
Oratio. Deus, in te sperántium. *ut supra in Vesperis.*

Ad Primam, *dicitur Symbolum S. Athanasii.* Quicúmque.

Ad Tertiam. *Aña.* Laus & perénnis glória. *Capit. e Laudibus.*
℣. Benedicámus Patrem & Filium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

Ad Sextam. *Aña.* Glória laudis.

Capitulum. *2. Cor. 13. d.*

Gratia Dómini nostri Jesu Christi, † & cáritas Dei, & communicátio Sancti Spíritus * sit cum ómnibus vobis. Amen.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis & gloriósus in sǽcula.

Ad Nonam. *Aña.* Ex quo ómnia.

Capitulum. *1. Joan. 5. b.*

TRES sunt, qui testimónium dant in cælo : † Pater, Verbum, & Spíritus Sanctus : * & hi tres unum sunt.

℣. Verbo Dómini cæli firmáti sunt.
℟. Et Spíritu oris ejus omnis virtus eórum.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. *br., Hymnus et* ℣. *ut in I. Vesperis.*

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E

TE De-um Patrem ingé-ni-tum, te Fí-li-um u-
ni-gé-ni-tum, te Spí-ri-tum Sanctum Pa-rá- cli-tum, san-
ctam & indi-vi-du- am Tri-ni-tá-tem, to-to cor-de & o-re
confi-té-mur, laudá- mus, atque be-ne-dí-ci- mus : ti-bi
gló-ri- a in sæ-cu-la. E u o u a e.

Pro commemoratione Dominicæ.

Aña. 8.

NO-lí-te ju-di-cá-re, ut non ju-di-cémi-ni : in
http://ccwatershed.org

quo enim ju-dí-ci- o ju-di-ca-vé-ri-tis, judi-ca-bími-ni, di-
cit Dómi-nus.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Oratio. Deus, in te sperántium. *ut supra.*

Feria Secunda. *Omnia dicuntur ut in Psalterio, cum Oratione præcedentis Dominicæ,* Deus, in te sperántium.

Feria Quinta, *celebratur Festum Corporis Christi.*

Si ea die occurrat Festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur post Octavam; si occurrat aliud Duplex vel aliquod Semiduplex, aut Simplex, de eis nihil fit.

Infra Octavam non fit de Festo nisi fuerit Duplex : Semiduplicia tantum commemorantur in utrisque Vesperis et Laudibus, nec fit de Festo Duplici majori vel alicujus Doctoris Ecclesiæ translato, nisi sit I. vel II. classis; de Simplici fit tantum commemoratio.

In die Octava non fit nisi de Nativitate S. Joannis, et de Festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, vel de alio ex solemnioribus, si occurrant, cum commemoratione Octavarum.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

IN I. VESPERIS.

1. Aña. 1. f

SACERDOS in æ-térnum Christus Dómi-nus se-cún- dum órdi-nem Melchi-se-dech, pa-nem & vi-num óbtu-lit. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus. 84.

2. Aña. 2. D

MI-se-rá-tor Dó- mi-nus escam de- dit timénti-bus se in me-mó-ri- am su- ó-rum mi-ra-bi- li-um. E u o u a e.

Ps. Confitébor. 85.

3. Aña. 8. a

CA-li-cem sa- lu-tá- ris accí- pi- am, & sacri- fi-cá-bo hó- sti- am laudis. E u o u a e.

Ps. Crédidi. 90.

4. Aña. 4. E

SIc- ut novél-læ o- li-vá-rum Ecclé- si- æ fí- li- i sint in circú- i- tu mensæ Dó-mi-ni. E u o u a e.

Ps. Beáti omnes. 81.

Sequenti die erit quarto loco :

4. Aña. 5. a

QUI pa- cem po- nit fi-nes Eccle- si- æ, fru-ménti a-di-pe sá- ti- at nos Dómi-nus. E u o u a e.

Ps. Lauda Jerúsalem. 111.

Et sic alternatim dicuntur hæ duæ ultimæ Antiphonæ cum suis Psalmis per totam Octavam.

Capitulum. *1. Cor. 11. e.*

FRATRES : Ego enim accépi a Dómino quod & trádidi vobis, † quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit : Accípite, & manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : * hoc fácite in meam commemoratiónem.

http://ccwatershed.org

℟. br. C-I-bá-vit illos ex á-di-pe fruménti, * Al-le-lú-ia, al-le-lú-ia. Ci-bá-vit. ℣. Et de petra, melle sa-tu-rá-vit e-os. * Al-le-lú-ia, &c. ℣. Gló-ri-a Patri, & Fí-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Ci-bá-vit.

Tonus simplex.

℟. br. C-I-bá-vit illos ex á-di-pe fruménti, * Alle-lú-ia, al-le-lú-ia. Ci-bá-vit. ℣. Et de petra, mel-le sa-tu-rá-vit e-os. * Alle-lú-ia. ℣. Gló-ri-a Patri. Ci-bá-vit.

Hymnus.

3. P-Ange lingua glo-ri-ó-si Córpo-ris mysté-ri-um, Sangui-nisque pre-ti-ó-si, Quem in mundi pré-ti-um Fructus

http://ccwatershed.org

ventris ge-ne-ró-si Rex effú-dit génti-um. No-bis da-tus, nobis na-tus Ex intácta Virgi-ne, Et in mundo conver-sa-tus, Sparso verbi sémi-ne, Su-i mo-ras inco-lá-tus Mi-ro clausit ór-di-ne.

In suprémæ nocte cœnæ
Recumbens cum frátribus,
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum caro panem verum
Verbo carnem éfficit :
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui :
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui :
Præstet fides suppleméntum
Sénsuum deféctui.

Genitóri, Genitóque
Laus & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedíctio :
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio. Amen.

℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúia.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

6 F. O quam su-á-vis est Dó-mi-ne spí-ri-tus tu-us, qui ut dulcé-di-nem tu-am in fi-li-os de-

monstrá- res, pa- ne su- a- vís- si-mo de cæ-lo præ-

sti- to, e-su-ri- éntes reples bo-nis, fa- sti-di- ó- sos

dí-vi- tes dimít- tens in- á- nes. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti : * tríbue, quæsumus, ita nos córporis & sanguinis tui sacra mystéria venerári ; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti.

Ad Completorium et per Horas Hymni cantantur in tono Verbum supérnum. *ut infra, et in fine dicitur* Glória tibi Dñe, Qui natus es de Vírgine. *Et similiter per totam Octavam cantantur et terminantur omnes Hymni ejusdem metri, etiam in Officio Sanctorum, nisi aliter notetur.*

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. a

S A-pi- én-ti- a æ- di- fi-cá-vit si-bi do-mum, míscu- it vi- num, & pó-su- it mensam, al-le- lú-ia.

E u o u a e.

http://ccwatershed.org

2. Aña. 2. D

A N-ge- ló-rum esca nu-tri-vísti pó- pu-lum tu- um, & pa-nem de cæ- lo præsti-tísti e- is, alle-lú-ia.

E u o u a e.

3. Aña. 3. a

P Inguis est pa-nis Chri-sti, & præ-bé- bit de- lí-ci- as ré- gi-bus, al- le- lú- ia. E u o u a e.

4. Aña. 4. E

S A- cerdó- tes san-cti incénsum & pa- nes óf- fe-runt De- o, al- le- lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 5. a

V In- cén- ti da- bo man-na abscón-di- tum, & nomen no- vum, al-le- lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *1. Cor. 11. e.*

FRATRES : Ego enim accépi a Dómino, quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit : Accípite & manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : * hoc fácite in meam commemoratiónem.

℟. br.

Hymnus.

8.



In mortem a discípulo
Suis tradéndus æmulis,
Prius in vitæ férculo
Se trádidit discípulis.

Quibus sub bina spécie
Carnem dedit & sánguinem;
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.

Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.

O salutáris hóstia,
Quæ cæli pandis óstium :
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.

Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória :
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

℣. Pósuit fines tuos pacem, allelúia.
℟. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

Oratio.

DEUS, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti : † tríbue, quæsumus, ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria venerári ; * ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte.

Ad Tertiam. *Aña.* Angelórum esca. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Panem cæli dedit eis, allelúia.
℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Pinguis est.

Capitulum. *1. Cor. 11. f.*

QUOTIESCUMQUE enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis : * mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

http://ccwatershed.org

℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.
℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Vincénti.

Capitulum. *1. Cor. 11. f.*

QUICUMQUE manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indígne : * reus erit córporis & sánguinis Dómini.
℣. Edúcas panem de terra, allelúia.
℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Omnia sicut in I. Vesperis. Quarto loco dicitur Aña. Qui pacem.
℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúia.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sic dicitur Officium per totam Octavam.

Sabbato ad Vesperas.

Aña. Sacérdos in ætérnum. *cum reliquis Antiphonis et Psalmis, ut supra,* 376. *Quarto loco Aña.* Qui pacem. *Ps.* Lauda Jerúsalem.
Capitulum. Carissimi : Nolíte. *ut infra ad Laudes.*
R. br. Panem cæli. 382. *Hymnus.* Pange lingua. 378.
℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.
℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Oratio de Laudibus, ut infra.

Et fit commem. de Octava. Aña. O sacrum convívium. 384.
℣. Panem de cælo. *Oratio.* Deus, qui nobis. 383.

Dominica infra Octavam Corporis Christi

quæ est II. post Pentecosten.

Omnia dicuntur de Octava, præter sequentia.

Ad Laudes, & per Horas.

Aña. Sapiéntia. *cum reliquis ut in die Festi,* 380.

Capitulum. *1. Joan. 3. b.*

CARISSIMI : Nolíte mirári, si odit vos mundus. † Nos scimus quóniam transláti sumus de morte ad vitam, * quóniam diligimus fratres.
R. br. Cibávit illos. 378. *Hymnus.* Verbum supérnum. 382.

http://ccwatershed.org

℣. Panem cæli dedit eis, allelúia.
℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

Oratio.

Sancti nóminis tui Dómine timórem páriter & amórem fac nos habére perpétuum : † quia numquam tua gubernatióne destítuis, * quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis. Per Dóminum.

Et fit commem. de Octava. Aña. Ego sum. 383. ℣. Pósuit fines. *Orat.* Deus, qui nobis.

Ad Primam. *Aña.* Sapiéntia. *Non dicitur Symbolum. Lectio brevis.* Filioli mei. *ut ad Nonam.*

Ad Tertiam. *Aña.* Angelórum esca. *Capit. e Laudibus.*
℣. Panem cæli dedit eis, allelúia.
℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Pinguis est.

Capitulum. *1. Joan. 3. c.*

In hoc cognóvimus caritátem Dei, † quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit : * & nos debémus pro frátribus ánimas pónere.
℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.
℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

http://ccwatershed.org

Ad Nonam. *Aña.* Vincénti.

Capitulum. *1. Joan. 3. d.*

Filioli mei, non diligámus verbo, neque lingua, * sed ópere & veritáte.
℣. Edúcas panem de terra, allelúia.
℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúia.

Ad Vesperas.

Aña. Sacérdos in ætérnum. *cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Festo. Quarto loco Aña.* Sicut novéllæ. *Capitulum.* Caríssimi : Nolite *ut supra.*

℟. *br.* Panem cæli. 382. *Hymnus.* Pange lingua. 378.
℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.
℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.



Deinde fit comm. de Octava. Aña. O sacrum convivium. 384. ℣. Panem de cælo. *Orat.* Deus, qui nobis. 383.

Feria Quarta. *Ad Vesperas, omnia ut in I. Vesperis Festi.*

Feria Quinta. Octava Corporis Christi. *Omnia ut in die Festi.*

ANTIPHONÆ
dicendæ in Sabbatis
post Pentecosten usque ad Adventum.

Sabbato
ante Dominicam III. post Pentecosten.

Ad Magnificat, Aña. 1. f



℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Oratio. Protéctor. *quæ habetur infra post Antiphonam ultimæ Hebdomadæ Novembris, cum aliis Orationibus usque ad Adventum.*

Sabbato ante Dom. IV. post Pentecosten.

Ad Magnif. Aña. 8. G



http://ccwatershed.org

Sabbato ante Dom. V. post Pentecosten.

Ad Magnif. Aña. 1. J

Sabbato ante Dom. VI. post Pentecosten.

Ad Magnif. Aña. 1. f



vi tu- i, qui- a insi-pi- énter e-gi.

Sabbato ante Dom. VII. post Pentecosten.

Ad Magnif. Aña. 8. G

U N- xé-runt Sa- lomó-nem Sa- doc sa-cér-dos & Nathan prophé- ta, re-gem in Gi- hon, & ascendén-tes læ-ti di-xé-runt : Vi-vat rex in æ- térnum.

Nisi ponenda sit Aña pro Dominica I. Augusti, quia tunc, omissis Antiphonis de Libris Regum, ponuntur de Libris Salomonis : quod etiam servatur in sequentibus Hebdomadis.

Sabbato ante Dom. VIII. post Pentecosten.

Ad Magnif. Aña. 7. a

E X-au-dí-sti Dó-mi-ne o-ra-ti-ó-nem servi tu- i, ut ædi- fi-cá-rem templum nómi-ni tu- o.

℣. Vespertina orátio.

Sabbato ante Dom. IX. post Pentecosten.

Ad Magnif. Aña. 8. G

D UM tól- le-ret Dómi-nus E-lí- am per turbi-

nem in cæ-lum, E-li-sé- us clamá-bat : Pa-ter mi, currus Is-ra-el, & au-rí-ga e-jus.

Sabbato ante Dom. X. post Pentecosten.

Ad Magnif. Aña. 6. F

F E-cit Jo- as re-ctum co-ram Dó-mi-no cunctis di- e-bus qui-bus dó-cu- it e- um Joi-a-da sa-cér- dos.

Sabbato ante Dom. XI. post Pentecosten.

Ad Magnif. Aña. 5. a

O B-secro Dómi-ne, meménto, quæ- so, quómodo ambu- lá-ve-rim co-ram te in ve-ri-tá-te & in cor-de per-fecto, & quod plá-ci-tum est co-ram te, fé- ce-rim.

Sabbato ante Dominicam I. Augusti.

Illa autem dicitur I. Dominica mensis, quæ est in Kalendis, vel proximior Kalendis illius mensis : ita ut si Kalendæ fuerint II., III. et IV. Feria, tunc Dominica mensis, in qua liber Scripturæ inchoandus ponitur, est ea quæ præcedit Kalendas. Sin autem V. et VI. Feria, vel Sabbato, est ea quæ sequitur.

http://ccwatershed.org

Et in Sabbato præcedenti ad Magnificat ponatur Antiphona illius historiæ, omissa alia quæ forte occurreret.

Ad Magnif. Aña. 7. a

S Api- énti- a ædi- fi-cá-vit si-bi domum, exci-

dit co-lúmnas septem, súbdi-dit si-bi gen-tes, su-perbó-rum &

sublími- um col-la própri- a vir-tú-te calcá-vit.

℣. Vespertina orátio ascéndat ad te Dómine.

℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Oratio quæ contingit in ordine aliarum Dominicarum, ut infra.

Sabbato ante Dominicam II. Augusti.

Ad Magnif. Aña. 8. c

E -go in al-tíssimis há-bi-to : & thronus

me- us in co-lúmna nu-bis.

Sabbato ante Dominicam III. Augusti.

Ad Magnif. Aña. 8. G

O -mnis sa-pi- énti- a a Dó-mi-no De- o

est, & cum illo fu- it sem-per, & est ante ævum.

Sabbato ante Dominicam IV. Augusti.

Ad Magnif. Aña. 8. G

S Api- énti- a clámi-tat in pla-té- is : Si quis

di-li-git sa-pi- énti- am, ad me de-clí- net, & e- am in-

véni- et : & cum invé-ne-rit, be- á-tus e-rit, si tenú- e-

rit e- am.

℣. Vespertina orátio.

Sabbato ante Dominicam V. Augusti.

Nisi hæc fuerit propinquior Kalendis Septembris : quia tunc ista cum sua Hebdomada omittitur, et ponitur Antiphona pro I. Dominica Septembris, ut infra.

Ad Magnif. Aña. 8. G

O B-sérva fi-li præcépta patris tu- i, & ne

dimittas le-gem matris tu- æ, sed li-ga e- am sem-per

in corde tu- o.

http://ccwatershed.org

Sabbato proximo Kalendis Septembris.

Ad Magnif. Aña. 1. f

CUM audisset Job nunti- ó-rum verba, sustinu-it pa-ti- énter, & a- it : Si bona suscé-pimus de ma-nu Dómi-ni, ma- la autem qua-re non sus-ti-ne- ámus? In omni-bus his non peccá-vit Job lá-bi- is su- is, neque stultum á- liquid contra De- um lo-cú-tus est.

Sabbato ante Dominicam II. Septembris.

Ad Magnif. Aña. 1. g

IN ómni-bus his non peccá-vit Job lá-bi- is su- is, ne-que stultum á-liquid contra De- um lo-cú-tus est.

Sabbato ante Dominicam III. Septembris.

Ad Magnif. Aña. 4. E

NE remi-ni-scá-ris Dómi-ne de- lícta me- a, vel

pa-réntum me- ó-rum : neque vindíctam sumas de peccá-tis me- is.

℣. Vespertína orátio.

Feria IV. Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened. Aña. 2. D

HOC genus dæmo-ni- ó-rum in nullo potest exi-re ni-si in o-ra-ti- ó-ne & je- jú-ni- o.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exsultávimus, & delectáti sumus.

Oratio.

MISERICORDIÆ tuæ remédiis, quæsumus Dómine, fragílitas nostra subsístat : † ut quæ sua conditióne attéritur, * tua cleméntia reparétur. Per Dóminum.

Et dícitur ad omnes Horas, præterquam in Vesperis.

Feria VI. Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened. Aña. 3. a

MU- li- er quæ e-rat in ci-vi-tá-te peccátrix, stans retro se-cus pe-des Dómi-ni, lácrimis cœpit ri-gá-re pe-des

http://ccwatershed.org



Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : † ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, * & córpore tibi placeámus, & mente. Per Dóminum.

Et dicitur ad omnes Horas, præterquam in Vesperis.

Sabbato Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened.
Aña. 8. G



Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem corpóribus medéris & méntibus : † majestátem tuam súpplices exorámus ; ut pia jejunántium deprecatióne placátus, * & præséntia nobis subsídia tríbuas, & futúra. Per Dóminum.

Sabbato ante Dominicam IV. Septembris.

Ad Magnif.
Aña. 8. G

http://ccwatershed.org



℣. Vespertína orátio.

Sabbato ante Dominicam V. Septembris.

Ad Magnif.
Aña. 2. D

Sabbato ante Dominicam I. Octobris.

Ad Magnif.
Aña. 8. G



Sabbato ante Dominicam II. Octobris.



℣. Vespertína orátio.

Sabbato ante Dominicam III. Octobris.



Sabbato ante Dominicam IV. Octobris.





℣. Vespertína orátio.

Sabbato ante Dominicam V. Octobris.

Non sit dimittenda, quia hæc proximior sit Kalendis Novembris.



Sabbato ante Dominicam I. Novembris.



http://ccwatershed.org

Sabbato ante Dominicam II. Novembris.

Ad Magnif. Aña. 1. f



Si November habeat tantum quatuor Dominicas, tunc Sabbato ante Dominicam II. ad Magnificat dicetur Antiphona Muro tuo. *ut infra, et duobus sequentibus Sabbatis dicentur Antiphonæ positæ etiam infra in Sabbatis ante Dominicam IV. et V.*

Sabbato ante Dominicam III. Novembris.

Ad Magnif. Aña. 1. g

Sabbato ante Dominicam IV. Novembris.

Ad Magnif. Aña. 1. D



Sabbato ante Dominicam V. Novembris.

Ad Magnif. Aña. 1. D



http://ccwatershed.org

Orationes et Antiphonæ
IN DOMINICIS
per ordinem dispositæ a tertia post Pentecosten usque ad Adventum.

Dominica III. post Pentecosten.

Ad Benedictus, Aña. 3. a



QUIS ex vo-bis ho- mo, qui ha-bet centum o-



ves, & si perdí-de-rit unam ex il- lis, nonne dimít-tit nona-

ginta no-vem in de-sérto, & va-dit ad illam quæ per-i-e-



rat, donec invé-ni- at e- am? al-le- lú-ia. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit, decórem induit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se virtúte.

Oratio.

PROTECTOR in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum : multíplica super nos misericórdiam tuam; ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Ad Magnif. Aña. 6 F



QUÆ mú-li- er ha-bens drachmas de-cem, & si



perdi- de-rit drachmam unam, nonne accéndit lu-cér-



nam & e-vérrit do-mum, & quæ-rit di-li-gén-ter donec in-



véni-at? E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Oratio. Protéctor. *ut supra.*

Dominica IV. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 1. J

A-scéndens Je-sus in na-vim, & se- dens, do-cé-



bat turbas, al-le- lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, † ut & mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur : * & Ecclésia tua tranquilla devotióne lætétur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. g



PRæ-céptor, per to-tam noctem labo-rántes ni-

hil cé-pimus, in verbo au-tem tu- o la-xá-bo re-te.

E u o u a e. ℣. Dirigátur Dómine.

Dominica V. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 8. G

AUdí-stis qui- a dictum est antíquis : Non occí-des : qui au-tem occí-de- rit, re- us e-rit ju-dí-ci- o.

E u o u a e. ℣. Dóminus regnávit.

Oratio.

DEUS, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti : † infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum; ut te in ómnibus & super ómnia diligéntes, * promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. J

SI offers munus tu- um ad al-tá- re, & re-cordá-tus fú- e- ris qui- a fra-ter tu-us ha-bet á-liquid advér-sus te, re-línque i-bi mu-nus tu- um ante al-tá- re,

http://ccwatershed.org

& va-de pri- us re-conci-li- á- ri fratri tu- o : & tunc vé-ni-ens óffe-res munus tu- um, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Dominica VI. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 8. G

CUM turba multa esset cum Je-su, nec ha-bé-rent quod mandu-cá-rent, convo-cá-tis di-scí-pu-lis, a- it il-lis : Mi-sé-re- or super tur-bam : qui- a ecce jam trí-du-o sústi-nent me, nec ha-bent quod mandú-cent, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio.

DEUS virtútum, cujus est totum quod est óptimum : † ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, & præsta in nobis religiónis augméntum ; * ut quæ sunt bona, nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutríta, custódias. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 7. b

MI-sé- re- or super turbam : qui- a ecce jam



℣. Dirigátur Dómine.

Dominica VII. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 8. G



℣. Dñs regnávit.

Oratio.

DEUS, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur : † te súpplices exorámus, ut nóxia cuncta submóveas, * & ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. J



http://ccwatershed.org



Dominica VIII. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 1. f



Oratio.

LARGIRE nobis, quæsumus Dómine, semper spíritum cogitándi quæ recta sunt, propítius & agéndi : † ut qui sine te esse non póssumus, * secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 4. E



e-ru-bésco : sci- o quid fá-ci- am, ut cum amó-tus fú-e-

ro a vil-li-ca-ti- ó-ne, re-cí-pi- ant me in domos su-as.

E u o u a e. ℣. Dirigátur Dómine.

Dominica IX. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 1. f

CUM appro-pinquá- ret Dómi-nus Je-rú-sa- lem, vi-

dens ci-vi-tá- tem, fle- vit su-per illam, & di-xit : Qui-a

si cogno-vísses & tu : qui- a vé-ni- ent di- es in te, &

circúmdabunt te in-imí-ci tu- i vallo, & circúmdabunt te,

& co- angustábunt te úndique, & ad ter-ram prostérnent

te : e- o quod non cogno-ví-sti tempus vi-si-ta-ti- ó-nis

http://ccwatershed.org

tu- æ, alle- lú-ia. E u o u a e. ℣. Dñs regnávit.

Oratio.

PATEANT aures misericórdiæ tuæ Dómine précibus supplicántium : † & ut peténtibus desideráta concédas, * fac eos quæ tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 8. G

SCriptum est e- nim qui- a domus me- a do-

mus o-ra-ti- ó-nis est cunctis géntibus : vos au-tem fe-cí-stis

illam spe-lúncam latró- num : & e- rat quo-tí-di- e

do- cens in templo. E u o u a e.

Dominica X. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 1. D

STans a longe publi-cánus, no-lé-bat ó-cu-los ad

cælum le-vá-re, sed percu- ti- é-bat pectus su-um, di-cens :

De-us, pro-pí-ti- us esto mi- hi pecca- tó-ri. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime & miserándo manifestas: † multíplica super nos misericórdiam tuam; ut ad tua promíssa curréntes, cæléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 8. G

Dominica XI. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 5. a

℣. Dóminus regnávit.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ & mérita súpplicum excédis & vota: † effúnde super nos misericórdiam tuam; * ut dimíttas quæ consciéntia métuit, & adjícias quod orátio non præsúmit. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 5. a



℣. Dirigátur.

Dominica XII. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 8. G



Oratio.

Omnipotens & miséricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne & laudabíliter serviátur: † tribue quǽsumus nobis, * ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 8. G



http://ccwatershed.org

ví-vo re-líčto. E u o u a e. ℣. Dirigátur.

Dominica XIII. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 1. J

CUM transí-ret Je-sus quoddam castél-lum, oc-
curré-runt e- i de-cem vi- ri lepró-si : qui ste- té- runt a lon-
ge, & le-va-vé-runt vo- cem, di- céntes : Je-su præce-
ptor, mi-se-ré-re nostri. E u o u a e. ℣. Dñs regnavit.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, da nobis fídei, spei, & caritátis augméntum : † & ut mereámur ássequi quod promíttis, fac nos amáre quod præcipis. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 2. D

U-nus autem ex il-lis, ut vi- dit quod mun-
dá-tus est, regréssus est, cum magna vo- ce magni-fi-cans
De- um, alle- lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Dominica XIV. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 8. G

NO-li-te sol-lí-ci-ti esse, di-céntes : Quid man-
ducá-bimus, aut quid bi-bémus? scit e-nim Pa-ter ve-ster quid
vobis ne-césse sit, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

CUSTODI Dómine, quæsumus, Ecclésiam tuam propitiatióne perpétua : † & quia sine te lábitur humána mortálitas, * tuis semper auxíliis & abstrahátur a nóxiis, & ad salutária dirigátur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. g

QUæri-te primum regnum De- i & justí-ti-
am e-jus, & hæc ómni- a adji-ci- éntur vo- bis, al-le- lú-ia.
E u o u a e.

Dominica XV. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 1. D

I - bat Je-sus in ci-vi-tá- tem quæ vo-cá-tur Na-

Ad Magnif. Aña. 4. E

Q Uid vo- bis vi-dé-tur de Christo? cu-jus fi-li- us est? Di-cunt e- i omnes: Da- vid. Di-cit e- is Je- sus: Quómodo Da-vid in spí- ri-tu vo-cat e- um Dó-mi-num, di- cens: Di-xit Dómi-nus Dó- mi-no me- o: Se-de a dextris me- is? E u o u a e. ℣. Dirigátur.

Dominica XVIII. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 1. f

D I-xit Dómi-nus pa-ra- ly-ti-co: Confí-de fi-li: remittúntur ti- bi peccá-ta tu- a. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit.

Oratio.

Dirigat corda nostra, quæsumus Dómine, tuæ miseratiónis operátio: * quia tibi sine te placére non póssumus. Per Dñm.

Ad Magnif. Aña. 4. E

T U-lit ergo pa-ra-ly-ti-cus lectum su- um, in

quo ja-cé-bat, magní- fi- cans De- um: & omnis plebs, ut vi-dit, de-dit laudem De- o. E u o u a e.

Dominica XIX. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 8. G

D I-ci- te invi-tá-tis: Ecce prándi- um me- um pa-rá- vi, ve-ní- te ad núpti- as, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Omnipotens & miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propitiátus exclúde: † ut mente & córpore páriter expedíti, * quæ tua sunt, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 3. a

I Ntrá-vit au-tem Rex, ut vi-dé-ret discumbéntes: & vi-dit i-bi hómi-nem non vestí-tum veste nupti- á-li, & a-it illi: Amí-ce, quómodo huc intrá-sti, non ha-bens vestem nupti- á-lem? E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Dominica XX. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 1. f



℣. Dóminus regnávit.

Oratio.

Largire, quæsumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus & pacem : † ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, * & secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 3. à



℣. Dirigátur Dómine.

Dominica XXI. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 8. G

Oratio.

Familiam tuam, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi : † ut a cunctis adversitátibus te protegénte sit líbera ; * & in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 6. F

http://ccwatershed.org

Dominica XXII. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 8. G



M Agister, scimus qui- a ve-rax es, & vi-am



De- i in ve-ri-tá-te do-ces, alle-lú-ia. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávit.

Oratio.

Deus, refúgium nostrum, & virtus : † adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, & præsta : * ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. g



R Eddi-te ergo quæ sunt Cæ-sa- ris, Cæ-sa- ri :



& quæ sunt De- i, De- o, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Si sequens Dominica fuerit ultima post Pentecosten, ejus loco ponitur XXIV., ut infra, et Officium hujus Dominicæ XXIII. ponitur in Sabbato præcedenti non impedito Festo XII Lectionum; alioquin, Feria VI., vel alia similiter non impedita.

Dominica XXIII. post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 2. D

D I- cé-bat e-nim intra se : Si te-ti-ge-ro fimbri-



bri- am vestiménti e-jus tantum, salva e-ro. E u o u a e.

Oratio.

Absolve, quæsumus Dómine, tuórum delicta populórum : † ut a peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, * tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. f



A T Je-sus convér-sus, & vi-dens e- am, di- xit :



Confi-de fí-li- a, fi-des tu- a te salvam fe-cit, al-le- lú-ia.



E u o u a e. ℣. Dirigátur.

Dominicæ post Pentecosten non possunt esse pauciores XXIII, neque plures XXVIII. Cum autem fuerint plures XXIV, tunc post XXIII. Dominicam post Pentecosten resumuntur quæ eo anno superfuerunt post Epiphaniam, quoad Orationem et Antiphonas ad Benedictus et Magnificat, hoc ordine :

Si Dominicæ post Pentecosten fuerint XXV, Dominica XXIV. post Pentecosten erit quæ est VI. post Epiphaniam.

Si fuerint XXVI, Dominica XXIV. erit quæ est V. post Epiphaniam, et XXV. quæ est VI.

Si fuerint XXVII, Dominica XXIV. erit quæ est IV. post Epiphaniam, XXV. erit V., et XXVI. erit VI.

Si fuerint XXVIII, Dominica XXIV. erit quæ est III. post Epiphaniam, XXV. erit IV., XXVI. erit V., et XXVII. erit VI.

Ultimo loco semper ponitur quæ sequitur hic in ordine XXIV.

Dominica XXIV. et ultima post Pentecosten.

Ad Bened. Aña. 1. D

C UM vi-dé- ri-tis ab-omi-na-ti- ó-nem de-so-la-

http://ccwatershed.org

℣. Dóminus regnávit.

Oratio.

Excita, quæsumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes : † ut divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, * pietátis tuæ remédia majóra percípiant. Per Dóminum.

Ad Magnif. Aña. 1. f



COMMUNE SANCTORUM

In Vigiliis Apostolorum, *Officium fit de Feria, excepta Oratione, quæ in suis locis notatur.*

Commune Apostolorum et Evangelistarum

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

Antiphona. Hoc est præcéptum meum. *cum reliquis de Laudibus.*
Psalmus. Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica.*

Capitulum. *Ephes. 2. d.*

Fratres : Jam non estis hóspites & ádvenæ : † sed estis cives sanctórum & doméstici Dei : superædificáti super fundaméntum Apostolórum & Prophetárum, * ipso summo angulári lápide Christo Jesu. ℟. Deo grátias.

Resp. breve.



http://ccwatershed.org

Patri, & Fí-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Consti-tu-es

Hymnus.

Tonus in Duplicibus Majoribus, et infra.

4. E Xsúl-tet cæ-lum láudibus, Re-súltet terra gaudi-is : Aposto-ló-rum gló-ri-am Sacra canunt sol-émni-a.

Tonus in Festis I. et II. Classis, et infra Octavas.

1. E X-súltet cæ-lum láudi-bus, Re-súl-tet terra gaudi-is : Aposto-ló-rum gló-ri-am Sacra canunt sol-e-mni-a.

Vos sæcli justi júdices,
Et vera mundi lúmina :
Votis precámur córdium,
Audite preces súpplicum.

Qui cælum verbo clauditis,
Serásque ejus sólvitis,
Nos a peccátis ómnibus
Sólvite jussu, quæsumus.

Quorum præcépto súbditur
Salus & languor ómnium :
Sanáte ægros móribus,
Nos reddéntes virtútibus :

Ut cum Judex advénerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempitérni gáudii
Fáciat esse cómpotes.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

http://ccwatershed.org

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magnificat, Antiphona.

T Ra-dent e-nim vos in concí-li-is, & in syna-gogis su-is fla-gellábunt vos, & ante reges & præ-si-des du-cemi-ni pro-pter me, in testimó-ni-um illis & gén-ti-bus. E u o u a e. *Oratio propria.*

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 8. c

H OC est præ-céptum me-um, ut di-li-gá-tis in-vicem, sic-ut di-lé-xi vos. E u o u a e.

2. Aña. 1. f

M A-jó-rem ca-ri-tá-tem nemo ha-bet, ut á-nimam su-am po-nat quis pro amí-cis su-is. E u o u a e.

3. Aña. 1. a



4. Aña. 1. f



5. Aña. 2. D

Capitulum. *Ephes. 2. d.*

FRATRES : Jam non estis hóspites & ádvenæ : † sed estis cives sanctórum & doméstici Dei : superædificáti super fundamentum Apostolórum & Prophetárum, * ipso summo angulári lápide Christo Jesu.

℟. br.

http://ccwatershed.org



Hymnus. Exsúltet cælum láudibus. *ut supra in Vesperis,* 424.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Benedictus, Antiphona.



Ad Horas, Antiphonæ de Laudibus, quarta prætermissa : quod etiam servatur in aliis Officiis, quando non assignantur propriæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Majórem caritátem. *Capit. e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Sextam. *Antiphona.* Vos amíci mei estis.

Capitulum. *Act. 5. b.*

PER manus autem Apostolórum * fiébant signa & prodígia multa in plebe.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Nonam. *Antiphona.* In patiéntia vestra.

Capitulum. *Act. 5.*

IBANT Apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii, * quóniam dígni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

IN II. VESPERIS.

1. Aña. 8. G



Psalmus. Dixit Dóminus. 84.

2. Aña. 8. c



Psalmus. Laudáte púeri Dóminum. 86.

3. Aña. 7. a



http://ccwatershed.org

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, & fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Aña. 7. c



Psalmus 138.

DOMINE probásti me, & cognovísti me : * tu cognovísti sessiónem meam & resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe : * sémitam meam & funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima & antíqua : * tu formásti me, & posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est, & non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * & quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es : * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris :

Etenim illuc manus tua dedúcet me : * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me : * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, † & nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribili-

ter magnificátus es : † mirabília ópera tua, * & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto : * & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, † & in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur : * exsurréxi, & adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : * viri sánguinum declináte a me :

Quia dícitis in cogitatióne : accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine óderam ? * & super inimícos tuos tabescébam ?

Perfécto ódio óderam illos, & inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum : * intérroga me, & cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est : * & deduc me in via ætérna.

Capitulum. Fratres : Jam non estis. ℟. *br.* Constitues eos. *Hymnus.* Exsúltet cælum. *ut in I. Vesperis.*

℣. Annuntiavérunt ópera Dei. ℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. a



Commune Unius Martyris

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

Ant. Qui me conféssus. *cum reliq. de Laudibus. Ps. de Dominica.*

Capitulum. *Jac. 1. b.*

Beatus vir qui suffert tentatiónem : † quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, * quam repromísit Deus diligéntibus se.

Resp. breve.



Hymnus.

8



http://ccwatershed.org

Hic nempe mundi gáu-di- a, Et blandiménta nó-xi- a Ca-

dú-ca ri-te dépu-tans, Pervé-nit ad cæ-lésti- a.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Pro te effúndens sánguinem,
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus, piíssime :

In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.

Laus & perénnis glória
Deo Patri, & Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

I -ste sanctus pro le-ge De- i su- i cer-tá-vit us-

que ad mortem, & a verbis impi- ó-rum non timu-it :

fundá-tus e-nim e-rat supra firmam petram. E u o u a e.

Orationes ut infra ad Laudes.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. f

Q UI me conféssus fú- e-rit co-ram homi-

nibus, confi-té-bor & e-go e- um co-ram Pa- tre me- o.

E u o u a e.

2. Aña. 7. a

Q UI séqui-tur me, non ámbu-lat in té-nebris, sed

habé-bit lumen vi-tæ, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

3. Aña. 1. f

Q UI mi- hi mi-nístrat, me sequá-tur : & u-bi e-go

sum, il-lic sit & mi-níster me- us. E u o u a e.

4. Aña. 1. f

S I quis mi-hi mi-nistrá-ve-rit, ho-no-ri- fi-cá-bit e- um

Pater me- us, qui est in cæ- lis, di-cit Dómi-nus.

E u o u a e.

Antiph. M.

http://ccwatershed.org

5. Aña. 1. a

VO-lo Pa-ter ut u-bi e-go sum, il-lic sit & mi-ni-ster me-us. E u o u a e.

Capitulum. *Jac. 1. b.*

BEATUS vir qui suffert tentatiónem : † quóniam cum probatus fúerit, accípiet corónam vitæ, * quam repromísit Deus diligéntibus se.

℟. br. GLó-ri-a & honó-re * Co-roná-sti e-um Dómi-ne. Gló-ri-a. ℣. Et consti-tu-ísti e-um super ó-pe-ra mánu-um tu-á-rum. * Co-roná-sti. ℣. Gló-ri-a Patri, & Fi-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Gló-ri-a.

Hymnus.

8. MArtyr De-i, qui ú-ni-cum Pa-tris sequéndo Fi-li-um, Vi-ctis tri-úmphas hósti-bus, Victor fru-ens cæ-lésti-bus.

Tui precátus múnere
Nostrum reátum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ remóvens tædium.

Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis :
Nos solve vínclis sæculi,
Amóre Fílii Dei.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedictus, Antiphona.

QUI o-dit á-nimam su-am in hoc mundo, in vi-tam æ-tér-nam cu-stó-dit e-am. E u o u a e.

Pro Martyre et Pontifice. **Oratio.**

INFIRMITATEM nostram réspice omnípotens Deus : † & quia pondus própriæ actiónis gravat, * beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Alia Oratio.

DEUS, qui nos beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dñum.

Pro Martyre tantum. **Oratio.**

PRÆSTA quæsumus omnípotens Deus : † ut qui beáti *N.* Mártyris tui natalítia cólimus, * intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

PRÆSTA quæsumus omnípotens Deus : † ut intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo, & a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, * & a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dñum.

Ad Tertiam. *Aña.* Qui séquitur me. *Capit. e Laudibus.*
℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

http://ccwatershed.org

Ad Sextam. *Aña.* Qui mihi minístrat.

Capitulum. *Eccli. 15.*

CIBAVIT illum pane vitæ & intelléctus, * & aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum Dóminus Deus noster.

℣. Posuísti Dómine super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

Ad Nonam. *Aña.* Volo Pater.

Capitulum. *Eccli. 39.*

JUSTUS cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum qui fecit illum, * & in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

IN II. VESPERIS.

Antiphona. Qui me conféssus fúerit. *cum reliquis de Laudibus.*

Psalmi. Dixit Dóminus. 84. Beátus vir. 85. Laudáte púeri. 86. Crédidi. 429.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magnificat, Antiphona.



COMMUNE APOSTOLORUM ET EVANGELISTARUM

Unius et Plurimorum Martyrum

TEMPORE PASCHALI.

IN I. VESPERIS.

Aña. Sancti tui. *cum reliquis de Laudibus. Ps. de Dominica.*

Capitulum. *Sap. 5.*

STABUNT justi in magna constántia † advérsus eos qui se angustiavérunt, * & qui abstulérunt labóres eórum.

Resp. breve.

Pro Apostolis et Evangelistis, Hymnus.



http://ccwatershed.org

Sermóne blando Angelus
Prædixit muliéribus :
In Galilǽa Dóminus
Vidéndus est quantócius.

Illæ dum pergunt cóncitæ
Apóstolis hoc dícere,
Vidéntes eum vívere,
Christi tenent vestígia.

Quo ágnito, discípuli
In Galilǽam própere
Pergunt vidére fáciem
Desiderátam Dómini.

Quæsumus, Auctor ómnium,
In hoc pascháli gáudio :
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Sic cantantur et terminantur omnes Hymni ejusdem metri ad Matutinum, Laudes et Vesperas in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur, usque ad Ascensionem. Ab Ascensione autem ad Pentecosten, in tono Jesu nostra redémptio. 347, *et in fine :* Glória tibi Dñe, Qui scandis.

Ad Horas et Completorium, cantantur super Auróra lucis. 310, *usque ad Ascensionem. Deinde super* Jesu nostra redémptio. 347.

Pro Uno Martyre, Hymnus.

3.



DEus, tuórum mílitum Sors, & coróna, prǽ-



mium, Laudes canéntes Mártyris Absólve nexu críminis.

Hic nempe mundi gáudia,
Et blandiménta nóxia
Cadúca rite députans,
Pervénit ad cæléstia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Pro te effúndens sánguinem,
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus, piíssime :
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Pro Pluribus Martyribus, Hymnus.

3.



REx glorióse Mártyrum, Coróna confiténtium,

Qui respuéntes térrea Perdúcis ad cæléstia :

Aurem benígnam prótinus
Appóne nostris vócibus :
Tropǽa sacra pángimus :
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis in Martyribus,
Parcéndo Confessóribus :
Tu vince nostra crímina,
Donándo indulgéntiam.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Sancti & justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E



LUX perpétua lucébit sanctis tuis Dómine,



& ætérnitas témporum, allelúia. E u o u a e.

Oratio propria, vel de Communi extra Tempus Paschale.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 8. G



SANCTI tui Dómine florébunt sicut lílium,



allelúia : & sicut odor bálsami erunt ante te,



allelúia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

2. Aña. 7. a

IN cæ-lésti-bus regnis sanctó-rum ha-bi-tá-ti-o est, alle-lú-ia : & in æ-térnum réqui- es e- ó-rum, alle-lú-ia.

E u o u a e.

3. Aña. 2. D

IN ve-laménto clamá-bant sancti tu- i Dómi-ne, al-le- lú-ia, alle-lú- ia, al-le- lú-ia. E u o u a e.

4. Aña. 8. G

SPi-ri-tus & á-nimæ justó-rum hymnum di-ci-te De- o nostro, alle-lú- ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 2. D

FUlgébunt justi sic- ut sol in conspéctu De- i, al-le- lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Sap. 5.*

STABUNT justi in magna constántia † advérsus eos qui se angustiavérunt, * & qui abstulérunt labóres eórum.

℟. br. SAncti & justi in Dómi-no gaudé-te, * Al-le-lú-ia, alle-lú-ia. Sancti. ℣. Vos e-lé-git De-us in hæ-re-di-tá-tem si-bi. * Al-le-lú-ia. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-ri-tu- i Sancto. Sancti.

Pro Apostolis et Evangelistis, Hymnus.

3. CLa- ro paschá-li gáu-di- o Sol mundo ni-tet rá-di- o, Cum Christum jam Apósto-li Vi-su cernunt corpó- re- o.

Osténsa sibi vúlnera
In Christi carne fúlgida,
Resurrexísse Dóminum
Voce faténtur pública.

Rex Christe clementíssime,
Tu corda nostra pósside,
Ut tibi laudes débitas
Reddámus omni témpore.

Quæsumus, Auctor ómnium,
In hoc pascháli gáudio :
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Pro Uno Martyre, Hymnus.

3. MArtyr De- i, qui ú- ni-cum Pa-tris sequéndo Fi-li-

http://ccwatershed.org



Tui precátus múnere,
Nostrum reátum dilue,
Arcens mali contágium,
Vitæ rémovens tædium.

Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis :
Nos solve vinclis sæculi,
Amóre Filii Dei.

Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti a mórtuis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Pro Pluribus Martyribus, *Hymnus.* Rex glorióse Mártyrum, *ut in Vesperis,* 439.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ad Tertiam. *Aña.* In cæléstibus regnis. *Capit. e Laudibus.*

℣. Sancti & justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* In velaménto.

Capitulum. *Sap. 5.*

Ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, * & inter sanctos sors illórum est.

℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúia.
℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Fulgébunt justi.

Capitulum. *Rom. 8. e.*

Scimus quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, * iis qui secúndum propósitum vocáti sunt sancti.

℣. Lætitia sempitérna super cápita eórum, allelúia.
℟. Gáudium & exsultatiónem obtinébunt, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Antiphona. Sancti tui. *cum reliquis de Laudibus.*

Pro Apostolis et Evangel., Ps. ut in II. Vesp. Apostolorum, 428.

Pro Martyribus, Ps. ut in II. Vesperis de Communi extra Tempus Paschale.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.



In Communi Confessorum, Virginum et Non Virginum, et Dedicat. Ecclesiæ, Tempore Paschali, Officium fit ut notatur inferius pro aliis temporibus; sed in fine ad Antiphonas, ℣℣. *et* ℟℟. *additur unum* Allelúia; *in* ℟℟. *brevibus duplex* Allelúia.

http://ccwatershed.org

Commune Plurimorum Martyrum

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

Aña. Omnes sancti. *cum reliquis de Laudibus. Ps. de Dominica.*

Capitulum. *Sap. 3.*

JUSTORUM ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. † Visi sunt óculis insipiéntium mori : * illi autem sunt in pace.

Resp. breve.



EXSULTENT justi * In conspé- ctu De- i.



Exsúltent. ℣. Et de-lecténtur in læ-ti-ti- a. * In. ℣. Gló-ri- a



Patri, & Fi-li- o, & Spi-ri-tu- i Sancto. Exsúltent.

Hymnus.

2.



SAnctó-rum mé-ri-tis íncly-ta gáudi- a Pangámus

só-ci- i, gestáque fórti- a : Nam gliscit á-nimus prómere

cánti-bus Victó-rum genus óptimum.



Hi sunt quos ré-ti-nens mundus inhórru- it : Ipsum nam sté-

ri-li flo-re per-á- ri-dum Sprevé-re pé-ni-tus, teque se-cú-ti



sunt, Rex Chri-ste bo-ne cæ-li-tus.

Hi pro te fúrias, atque ferócia
Calcárunt hóminum, sævàque vérbera :
Cessit his lácerans fórtiter úngula,
Nec carpsit penetrália.

Cæduntur gládiis more bidéntium :
Non murmur résonat, non querimónia ;
Sed corde tácito mens bene cónscia
Consérvat patiéntiam.

Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,
Quæ tu Martyribus múnera præparas ?
Rubri nam flúido sánguine láureis
Ditántur bene fúlgidis.

Te summa Déitas, unáque póscimus,
Ut culpas ábluas, nóxia súbtrahas,
Des pacem fámulis, nos quoque glóriam
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

I-stó-rum est e-nim regnum cæ-ló-rum, qui contem-



psé-runt vi-tam mundi, & perve-né-runt ad præmi- a re-

http://ccwatershed.org

gni, & la-vé-runt sto-las su- as in sán-gui-ne Agni.

E u o u a e. *Orationes ut infra ad Laudes.*

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 8. G

O-MNES sancti quanta passi sunt tormen-ta, ut se-cú-ri perve-ní-rent ad palmam marty-ri-i.

E u o u a e.

2. Aña. 8. G

CUM palma ad regna perve-né-runt sancti, co-ró- nas de-có-ris me-ru- é-runt de manu De- i. E u o u a e.

3. Aña. 1. f

COrpo- ra sanctó-rum in pa- ce se-púlta sunt: & vi-vent nómi-na e- ó- rum in æ-térnum. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

4. Aña.

MArty-res Dómi-ni Dómi-num be-ne-dí-ci-te in æ-ternum. E u o u a e.

5. Aña.

MArty-rum cho-rus laudá-te Dóminum * de cæ- lis, al-le-lú-ia. E u o u a e. *Post Septuag.* * de cæ-lis.

Capitulum. *Sap. 3.*

JUSTORUM ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum mortis. † Visi sunt óculis insipiéntium mori : * illi autem sunt in pace.

℟. br. LÆtámi-ni in Dómi-no, * Et exsultá- te justi. Lætámi-ni. ℣. Et glo-ri- ámi-ni omnes recti corde. * Et exsultá- te. ℣. Glóri-a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Lætámi-ni.

Hymnus.

Aurem benígnam prótinus
Appóne nostris vócibus :
Trophæa sacra pángimus :
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis in Martyribus,
Parcéndo Confessóribus :
Tu vince nostra crímina,
Donándo indulgéntiam.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona.



Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Oratio.

Beatorum Mártyrum paritérque Pontíficum *N.* & *N.* nos, quæ sumus Dómine, festa tueántur : * & eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Si non fuerint Pontifices. Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum *N.* & *N.* natalítia cólere : † da nobis in ætérna beatitúdine * de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

http://ccwatershed.org

Alia Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum *N.* & *N.* solemnitáte lætíficas : † concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam. *Aña.* Cum palma. *Capit. e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Sextam. *Aña.* Córpora sanctórum.

Capitulum. *Sap. 10. d.*

Reddidit Deus mercédem labórum sanctórum suórum, † & dedúxit illos in via mirábili : & fuit illis in velaménto diéi, * & in luce stellárum nocte.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

Ad Nonam. *Aña.* Mártyrum chorus.

Capitulum. *Sap. 3. b.*

Fulgebunt justi, & tamquam scintíllæ in arundinéto discúrrent. † Judicábunt natiónes, & dominabúntur pópulis : * & regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

IN II. VESPERIS.



Ps. Dixit Dóminus. 84.

2. Aña. 2. D

Ps. Beátus vir. 85.

3. Aña. 8. G

Ps. Laudáte púeri. 86.

4. Aña. 7. a



Ps. Crédidi. 429.

Capit. Justórum ánimæ. ℟. *br.* Exsúltent justi. *Hymnus.* Sanctorum méritis. *ut in I. Vesperis.*

℣. Exsultábunt sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.

6. F



Commune Confessoris Pontificis.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica.

Capitulum. *Eccli. 44. c.*

Ecce sacérdos magnus, † qui in diébus suis plácuit Deo, & inventus est justus : * & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Resp. breve.



http://ccwatershed.org

E-lé-git. ℣. Ad sacri-fi-cándum e- i hósti- am laudis. * Sa-cer-
dó- tem. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i San-
cto. E-lé-git.

Tempore Paschali.

℟. br. E - lé-git e- um Dómi-nus sa-cerdó-tem si-bi, * Alle-
lú-ia, alle-lú-ia. E-lé-git. ℣. Ad sacri-fi-cándum e- i hósti-
am laudis. * Alle- lú-ia. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, &
Spi-rí-tu- i Sancto. E-lé-git.

Hymnus.

1. Tonus in Festis Simplicibus et Semiduplicibus.

8. I -ste Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Festa plebs cu-
jus cé-lebrat per or-bem, Hó-di- e læ- tus mé-ru- it secré-ta
Si non est dies obitus dicatur : Hac di-e læ- tus mé-ru- it suprémos

Scande-re cæ-li.
Lau-dis ho-nó-res.

2. In Festis Duplicibus.

8. I - ste Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Festa plebs cu-jus
cé-lebrat per orbem, Hó-di- e læ- tus mé-ru- it secré-ta Scán-
Si non est dies obitus : Hac di- e læ- tus mé-ru- it suprémos Lau-
de-re cæ-li.
dis ho-nó-res.

Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbrius, castus fuit & quiétus,
Vita dum præsens vegetávit ejus
Córporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum frequénter,
Membra languéntum modo sanitáti,
Quólibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.

Unde nunc noster chorus in honórem
Ipsius, hymnum canit hunc libénter;
Ut piis ejus méritis juvémur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli résidens cacúmen,
Totíus mundi máchinam gubérnat
Trinus & unus.
Amen.

3. Pro Doctoribus.

8. I - ste Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Fe- sta plebs cu-

http://ccwatershed.org

jus cé-lebrat per orbem, Hó-di- e læ-tus mé-ru- it secré-

Si non est dies obitus : Hac di-e læ- tus mé-ru- it supré-

ta Scánde-re cæ-li.

mos Lau- dis ho-nó-res.

Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbrius, castus fuit & quiétus,
Vita dum præsens vegetávit ejus
Córporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum frequénter,
Membra languéntum modo sanitáti,
Quólibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.

Unde nunc noster chorus in honórem
Ipsíus, hymnum canit hunc libénter ;
Ut piis ejus méritis juvémur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli résidens cacúmen,
Totíus mundi máchinam gubérnat
Trinus & unus. Amen.

In Festis Duplicibus Majoribus, *ut infra in Comm. Conf. non Pontificis.*

4. In Festis Solemnibus.

1. I -ste Confés-sor Dómi-ni sacrá-tus, Festa plebs cujus

cé-lebrat per orbem, Hó- di- e læ-tus mé-ru- it secré- ta

Si non est dies obitus : Hac di- e læ-tus mé- ru- it suprémos

Scánde-re cæ-li.

Lau- dis ho-nó-res.

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

S Acérdos & Pónti- fex, & virtú-tum ó-pi- fex,

pastor bo-ne in pó-pu-lo, o-ra pro no- bis Dómi-num.

E u o u a e.

Pro Doctoribus, *Aña.* O Doctor óptime. *ut infra,* 461.

Orationes ut infra ad Laudes.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 7. c

E C-ce sa-cérdos magnus, qui in di- é-bus su-

is plá-cu- it De- o, & invéntus est justus. E u o u a e.

Aña. 7. c

N ON est invéntus simi- lis il-li, qui conservá-ret

legem Excélsi. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

3. Aña. 8. G

I D-e-o ju-re-ju-rándo fe-cit illum Dó-mi-nus cré-sce-re in plebem su-am. E u o u a e.

4. Aña. 7. c

S Acerdó-tes De-i bene-dí-ci-te Dómi-num: servi Dómi-ni hymnum * dí-ci-te De-o, alle-lú-ia. E u o u a e.

Post Sept. * dí-ci-te De-o.

5. Aña. 3. g

S Erve bo-ne & fi-dé-lis, intra in gáudi-um Dómi-ni tu-i. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 44. c.*

Ecce sacérdos magnus, † qui in diébus suis plácuit Deo, & inventus est justus : * & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

℟. br.

A -má-vit e-um Dómi-nus, * Et orná-vit e-um. Amá-vit. ℣. Sto-lam gló-ri-æ indu-it e-um. * Et. ℣. Gló-ri-a Patri, & Fi-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Amá-vit.

Tempore Paschali.

℟. br.

A -má-vit e-um Dómi-nus, & orná-vit e-um, * Al-le-lú-ia, alle-lú-ia. Amá-vit. ℣. Sto-lam gló-ri-æ indu-it e-um. * Alle-lú-ia. ℣. Gló-ri-a Patri, & Fi-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Amá-vit.

Hymnus.

Tonus in Festis Duplicibus minoribus et infra.

1.

J E-su, Redémptor ómni-um, Perpes co-ró-na Præ-su-lum, In hac di-e cleménti-us Nostris fa-vé-to pré-ci-bus.

Tui sacri qua nóminis
Conféssor almus cláruit,
Hujus celébrat ánnua
Devóta plebs solémnia.

Qui rite mundi gáudia
Hujus cadúca réspuens,
Cum Angelis cæléstibus
Lætus potítur præmiis.

Hujus benígnus ánnue
Nobis sequi vestígia :
Hujus precátu sérvulis
Dimítte noxam críminis.

Sit Christe Rex piíssime
Tibi, Patrique glória,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS. - MO.
http://ccwatershed.org

Tonus in Festis Dupl. majoribus et supra.

Tui sacri qua nóminis
Conféssor almus cláruit,
Hujus celébrat ánnua
Devóta plebs solémnia.

Qui rite mundi gáudia
Hujus cadúca réspuens,
Cum Angelis cæléstibus
Lætus potítur præmiis.

Hujus benígnus ánnue
Nobis sequi vestígia :
Hujus precátu sérvulis
Dimítte noxam críminis.

Sit Christe Rex piíssime
Tibi, Patríque glória,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

Tonus pro Tempore Paschali.



Doxol. Glória tibi Dñe, Qui surrexísti a mórtuis.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.



http://ccwatershed.org



Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus : † ut beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * & devotiónem nobis augeat, & salútem. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Exaudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † & qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Pro Doctoribus. **Oratio.**

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum *N.* ministrum tribuísti : † præsta, quæsumus ; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam. *Aña.* Non est invéntus. *Capit.* Ecce sacérdos.
℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Sextam. *Aña.* Ideo.

Capitulum. *Eccli. 44. c.*

Non est invéntus símilis illi, † qui conserváret legem Excélsi : * ídeo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.
℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Ad Nonam. *Aña.* Serve bone.

Capitulum. *Eccli. 45. c.*

Fungi sacerdótio, † & habére laudem in nómine ipsius, * & offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.
℣. Tu es sacérdos in ætérnum.
℟. Secúndum órdinem Melchísedech.

IN II. VESPERIS.

Antiphona. Ecce sacérdos magnus. *cum reliquis de Laudibus.*

Ps. Dixit Dóminus. 84.
Ps. Beátus vir. 85.
Ps. Laudáte púeri. 86.

Psalmus 131.

MEMENTO Dómine David, * & omnis mansuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem :

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam : * & sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum, * & testimónia mea hæc, quæ docébo eos :

Et fílii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi : * hic habitábo quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári : * & sancti ejus exsultatióne exsultábunt.

Illuc prodúcam cornu David, * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne : * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Capit. Ecce sacérdos. ℟. *br.* Elégit eum. *Hymnus.* Iste conféssor, *ut in I. Vésperis.*

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.



Pro Summis Pontificibus, in II. Vesp. ad Magnif. Aña.



Pro **Doctoribus,** *Aña.* O Doctor óptime. *ut infra.*

¶ *Si occurrat celebrari Festum plurimorum Confessorum Pontificum, Officium fit ut supra : sed in Oratione, quæ ponuntur in singulari, dicuntur in plurali.*

Pro Doctoribus.

In Festis Doctorum Officium fit de Confessore Pontifice vel non Pontifice, pro qualitate sancti, præter sequentia.

In utrisque Vesperis, ad Magnif. Antiphona.

be- á-te *N.*, di-ví-næ le-gis amá-tor, depre-cá-re pro

no-bis Fí- li- um De- i. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e

Nomina Doctorum Ecclesiæ.

Be-da. Ambró-si. Bernárde. Gre-gó-ri.
Le- o. An- sélme. Cy-ríl-le. Hi- lá-ri.
Petre. Ba- sí-li. Francísce. Le- ánder.
Thoma.

Atha-ná-si. Hie-rónyme. Bona-ventú-ra.
Augustí-ne. I-si-dó-re.

Petre Chry-só-lo-ge. Alphónse Ma-rí- a.

Jo- ánnes Chrysóstome.

Oratio.

DEUS, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum *N.* ministrum tribuisti : * præsta, quæsumus; ut quem Doctórem vitæ habuimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

http://ccwatershed.org

Commune Confessoris non Pontificis.

IN I. VESPERIS.

Ant. Dómine. *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 31.*

BEATUS vir qui invéntus est sine mácula : † & qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia & thesáuris. * Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Resp. breve.

Os justi * Me-di-tá-bi-tur sa-pi- énti- am. Os

justi. ℣. Et lingua e-jus loqué-tur ju-dí-ci- um. * Me-di-tá-

bi-tur. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

Os justi.

Tempore Paschali.

R. br. Os justi me-di-tá-bi-tur sa-pi- énti- am, * Alle- lú-ia,

alle-lú-ia. Os justi. ℣. Et lingua e-jus loqué-tur ju-dí-ci- um.



Hymnus.

5. Tonus in Festis Duplicibus minoribus.

6. Tonus in Festis Duplicibus majoribus.

Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sobrius, castus fuit & quiétus,
Vita dum præsens vegetávit ejus
Córporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum frequénter,
Membra languéntum modo sanitáti,
Quolibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.

Unde nunc noster chorus in honórem
Ipsíus, hymnum canit hunc libénter;
Ut piis ejus méritis juvémur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli résidens cacúmen,
Totíus mundi máchinam gubérnat
Trinus & unus. Amen.

In Festis Simplicibus et Semiduplicibus, in Festis Solemnibus et in Festis Doctorum, *utendum est tonis supra positis in Communi Conf. Pontificis.*

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.



Orationes ut infra ad Laudes.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. g



E u o u a e.

2. Aña. 1. f

Euge serve bo-ne, in mó-di-co fi-dé-lis, intra in gáudi-um Dómi-ni tu-i. E u o u a e.

3. Aña. 3. a

Fi-dé-lis servus & prudens, quem consti-tu-it Dóminus su-per famí- li- am su- am. E u o u a e.

4. Aña. 7. a

Be- á-tus il-le servus, quem cum vé-ne-rit dóminus e-jus, & pulsá-ve-rit jánu- am, invé-ne-rit vi-gi-lántem. E u o u a e.

5. Aña. 7. c

Serve bo-ne & fi-dé-lis, intra in gáudi-um Dómi-ni tu-i. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Eccli. 31.*

Beátus vir qui invéntus est sine mácula : † & qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia & thesáuris. * Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

℣. ℟. Amávit eum Dóminus. *ut supra*, 456-457.

Hymnus.

Tonus in Festis Duplicibus minoribus et infra.

8.

Je-su, co-ró-na célsi- or, Et vé-ri-tas sublími- or, Qui confi-ténti sérvu-lo Reddis per-énne præmi- um :

Tonus in Festis Duplicibus majoribus et supra.

8.

Je-su, co-ró-na cél-si- or, Et vé-ri-tas sublími- or, Qui confi-ténti sérvu- lo Reddis per-énne præmi-um :

Da supplicánti cœtui,
Obténtu hujus óptimi,
Remissiónem críminum,
Rumpéndo nexum vínculi.

Anni recúrso témpore,
Dies illúxit lúmine,
Quo Sanctus hic de córpore
Polum migrávit præpotens.

Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prædia,
Pollúta sorde députans,
Ovans tenet cæléstia.

Te Christe Rex piissime
Hic confiténdo júgiter,
Calcávit hostem fórtiter,
Supérbum ac satéllitem.

Virtúte clarus & fide,
Confessiónis órdine,
Jejúna membra déferens,
Dapes supérnas óbtinet.

Proinde te piissime
Precámur omnes súpplices,
Ut hujus almi grátia
Nobis remittas débita.

Glória Patri Dómino,
Glória Unigénito,
Una cum Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Tonus pro Tempore Paschali.

3.


Doxol. Glória tibi Dñe, Qui surrexísti a mórtuis.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.

4. E

Oratio.

Deus, qui nos beáti *N.* Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Adesto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti *N.* Confessóris tui solemnitáte deférimus : † ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, * ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Si fuerit Abbas. Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dómine, beáti *N.* Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

Pro Doctoribus, Oratio. Deus, qui pópulo tuo. *ut supra,* 459.

http://ccwatershed.org

Ad Tertiam. *Aña.* Euge serve bone. *Capit.* Beátus vir.
℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Sextam. *Aña.* Fidélis servus & prudens.

Capitulum. *Eccli. 39.*

Justus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * & in conspéctu Altíssimi deprecábitur.
℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Nonam. *Aña.* Serve bone.

Capitulum. *Sap. 10. b.*

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, † & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam sanctórum : * honestávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus.
℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

IN II. VESPERIS.

Aña. Dómine. *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Domínica. Capit.* Beátus vir. ℟. *br.* Os justi. *Hymnus.* Iste Conféssor. *ut supra in I. Vesperis.*

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G


Si contingat celebrari Festum plurimorum Confessorum non Pontificum, Officium fit ut supra : sed in Oratione, quæ habentur in singulari, dicantur in plurali.

Commune Virginum.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi. Dixit Dóminus. Laudáte pueri. Lætátus sum. Nisi Dóminus. (*ut infra in Festis B. M. V.* 490.)

Capitulum. *2. Cor. 10. d.*

FRATRES : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seipsum comméndat, ille probátus est : * sed quem Deus comméndat.

Resp. breve.



ADJUVABIT e- am * De- us vul- tu su- o. Ad-



ju-vábit. ℣. De- us in mé-di- o e-jus, non commo-vé-bi-tur.



* De- us. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.
℟. Adjuvábit.

Tempore Paschali.

℟. br.



A D-juvá-bit e- am De- us vultu su- o, * Alle- lú-ia,



alle-lú-ia. Adju-vábit. ℣. De- us in mé-di- o e-jus, non commo-

http://ccwatershed.org

-vé-bi-tur. * Alle- lú-ia. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, &



Spi-rí-tu- i Sancto. Adjuvá-bit.

Hymnus.



J E-su, co-ró-na Virgi-num, Quem ma-ter illa cónci-



-pit, Quæ so-la Virgo pár-tu-rit : Hæc vo-ta clemens ácci-pe.

Qui pascis inter lília,
Septus choréis Vírginum,
Sponsus decórus glória,
Sponsísque reddens præmia.

Quocúmque pergis, Vírgines
Sequúntur, atque láudibus
Post te canéntes cúrsitant,
Hymnósque dulces pérsonant.

Te deprecámur lárgius,
Nostris adáuge sénsibus,
Nescíre prorsus ómnia
Corruptiónis vúlnera.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, & Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Tonus pro Tempore Paschali.

J E- su, co-róna Vir-gi-num, Quem ma-ter illa cónci-



-pit, Quæ so-la Virgo pártu-rit : Hæc vo-ta cle-mens ác-ci-pe.

Doxol. Glória tibi Dñe, Qui surrexísti a mórtuis.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

VEni sponsa Christi, ácci-pe co-ró-nam quam tibi Dómi-nus præpa-rá-vit in æ-térnum. E u o u a e.

Orationes ut infra ad Laudes.

¶ Si fuerint plures, *in utrisque Vesperis ad Magnificat, et in Laudibus ad Benedictus, Antiphona :*

4. A

PRudéntes Vírgi-nes aptá-te vestras lámpa-des : ec-ce sponsus ve-nit, ex-i-te óbvi-am e- i. E u o u a e.

℣. Adducéntur Regi Vírgines post eam.
℟. Próximæ ejus afferéntur tibi.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum & Mártyrum tuárum *N.* & *N.* palmas incessábili devotióne venerári : † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * húmilibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. f

HÆC est virgo sá-pi- ens, & u-na de núme-ro pru-déntum. E u o u a e.

http://cc-watershed.org

2. Aña. 1. f

HÆC est virgo sá-pi- ens, quam Dómi-nus vi-gi-lantem invé-nit. E u o u a e.

3. Aña. 3. a

HÆC est quæ nesci-vit to-rum in de-licto : ha-bé-bit fructum in respecti- ó-ne a-nimá-rum sanctá-rum. E u o u a e.

4. Aña. 1. f

VE-ni e- lécta me- a, & po-nam in te * thronum me- um, al-le- lú-ia. E u o u a e. *Post Septuag.* * thro-num me- um.

5. Aña. 3. a

I-sta est spe-ci- ó-sa inter fi- li- as Je- rú-sa-lem. E u o u a e.

Capitulum. *2. Cor. 10. d.*

FRATRES : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est : * sed quem Deus comméndat.

Tempore Paschali.



Hymnus. Jesu, coróna Vírginum. *ut in Vesperis,* 471.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.

Pro Virgine Martyre. **Oratio.**

DEUS, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulisti : † concéde propítius; ut qui beátæ *N.* Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Dómine, beáta *N.* Virgo & Martyr implóret : † quæ tibi grata semper éxstitit & mérito castitátis, * & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

Pro Virgine non Martyre. **Oratio.**

EXAUDI nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátæ *N.* Vírginis tuæ festivitáte gaudémus ; * ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Si fuerint plures, Aña. Prudéntes. *cum ℣. et Orat. ut in I. Vesperis.*

Ad Tertiam. *Aña.* Hæc est virgo sápiens. *Capit. de Laudibus.*

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Sextam. *Aña.* Hæc est quæ nescívit.

Capitulum. *2. Cor. 11.*

ÆMULOR enim vos Dei æmulatióne. * Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Nonam. *Aña.* Ista est speciósa.

Pro Virgine Martyre. **Capit.** *Eccli. 51. b.*

DOMINE Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, & pro morte defluénte deprecáta sum. Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, † ut non derelinquat me in die tribulatiónis meæ, * & in témpore superbórum sine adjutório.

Pro Virgine non Martyre. **Capitulum.** *Sap. 4.*

O quam pulchra est casta generátio cum claritáte! † immortális est enim memória illíus : * quóniam apud Deum nota est & apud hómines.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. br. et Hymnus ut in I. Vesperis.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. c



http://ccwatershed.org

Commune sanctæ Martyris tantum, et nec Virginis nec Martyris.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi. Dixit Dóminus. Laudáte púeri. Lætátus sum. Nisi Dóminus. *(ut in Festis B. M. V.,* 490.)

Pro Martyre tantum. Capit. Confitébor. *ut infra ad Laudes.*

Pro nec Virgine nec Martyre. **Capit.** *Prov. 31. b.*

MULIEREM fortem quis invéniet? procul, & de últimis finibus prétium ejus. * Confídit in ea cor viri sui, & spóliis non indigébit.

℟. *br.* Adjuvábit eam. *ut supra in Communi Virginum,* 470.

Hymnus. Fortem viríli péctore. *ut infra ad Laudes,* 479.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

Orationes ut infra ad Laudes.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 3. a

DUM esset Rex in accú-bi-tu su- o, nar- dus me- a de- dit o-dó-rem su- a-vi- tá-tis. E u o u a e.

2. Aña. 4. A

IN o-dó-rem unguentó-rum tu- ó-rum cúrrimus: ad- o-lescéntu-læ di-le-xé-runt te nimis. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

JAM hi- ems tránsi- it, imber áb-i- it & re-céssit: surge amí-ca me- a, & ve- ni. E u o u a e.

4. Aña. 1. f

VEni e- lécta me- a, & po-nam in te * thronum me- um, al-le- lú-ia. E u o u a e. *Post Sept.* * thro-num me- um.

Aña. 8. a

ISta est spe-ci- ó-sa inter fí-li- as Je- rú-sa-lem. E u o u a e.

Pro Martyre tantum. **Capitulum.** *Eccli. 51.*

CONFITEBOR tibi, Dómine Rex, & collaudábo te Deum salvatórem meum. † Confitébor nómini tuo : quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, * & liberásti corpus meum a perditióne.

Pro nec Virgine nec Martyre. **Capit.** *Prov. 31. b.*

MULIEREM fortem quis invéniet? procul, & de últimis fínibus prétium ejus. * Confídit in ea cor viri sui, & spóliis non indigebit.

℟. *br.* Spécie tua. *ut in Communi Virginum,* 474.

Hymnus.

2. FOrtem vi- rí- li péctore Laudémus omnes fémi- nam, Quæ sancti- tá- tis gló-ri- a U-bíque fulget incly-ta.

Hæc Christi amóre sáucia,
Dum mundi amórem nóxium
Horréscit, ad cæléstia
Iter perégit árduum.

Carnem domans jejúniis,
Dulcíque mentem pábulo
Oratiónis nútriens,
Cæli potitur gáudiis.

Rex Christe, virtus fórtium,
Qui magna solus éfficis,
Hujus precátu, quæsumus,
Audi benígnus súpplices.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.

7. c

Pro una Martyre tantum. **Oratio.**

DEUS, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu fragili victóriam martyrii contulísti: † concéde propítius, ut qui beátæ *N.* Mártyris tuæ natalítia cólimus, * per ejus ad te exempla gradiámur. Per Dóminum.

Pro pluribus Martyribus tantum. **Oratio.**

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum *N.* & *N.* palmas incessábili devotióne venerári: † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Pro nec Virgine nec Martyre. **Oratio.**

EXAUDI nos Deus salutáris noster: † ut, sicut de beátæ *N.* festivitáte gaudémus; * ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* In odórem. *Capit.* Confitébor. *vel* Mulíerem.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Sextam. *Aña.* Jam hiems tránsiit.

Pro Martyre tantum. **Capitulum.** *Eccli. 51.*

LIBERASTI me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus, præparátis ad escam, † de mánibus quæréntium ánimam meam, * & de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me.

Pro nec Virgine nec Martyre. **Capit.** *Prov. 31. c.*

MANUM suam apéruit ínopi, † & palmas suas exténdit ad páuperem. * Non timébit dómui suæ a frigóribus nivis.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

http://ccwatershed.org

Ad Nonam. *Aña.* Ista est speciósa.

Pro Martyre tantum. **Capitulum.** *Eccli. 51.*

LAUDABIT usque ad mortem ánima mea Dóminum, † quóniam éruis sustinéntes te, & líberas eos de manu angústiæ, * Dómine Deus noster.

Pro nec Virgine nec Martyre. **Capit.** *Prov. 31. d.*

MULTÆ fíliæ congregavérunt divítias: tu supergréssa es univérsas. † Fallax grátia, & vana est pulchritúdo: * múlier timens Dóminum ipsa laudábitur.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E



Pro pluribus non Virginibus idem fit Officium.

Commune Dedicationis Ecclesiæ.

IN I. VESPERIS.

Antiphona. Domum tuam. *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica, sed loco ultimi, Ps.* Lauda Jerúsalem Dóminum. 147.

Capitulum. *Apoc. 21.*

VIDI civitátem sanctam Jerúsalem novam, † descendéntem de cælo a Deo, * parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Resp. breve.

L-Ocus i-ste sanctus est, * In quo o- rat sa-cérdos. Lo-cus. ℣. Pro de-líctis & peccá- tis pó-pu-li. * In. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Lo-cus.

Tonus Simplex.

℟. br. L-Ocus iste sanctus est, * In quo o- rat sa-cérdos.

Lo-cus. ℣. Pro de-líctis & peccá-tis pó-pu-li. * In quo. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Lo-cus.

Tempore Paschali.

℟. br. L-Ocus iste sanctus est, in quo o-rat sa-cérdos, Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Lo-cus. ℣. Pro de-líctis & peccá-tis pópu-li. * Alle- lú-ia. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Lo-cus.

Hymnus.

4. U-Rbs Je-rú-sa- lem be- á- ta, Dicta pa-cis ví- si- o, Quæ constrú- i-tur in cæ- lis Vi-vis ex la-pi-di-bus, Et An-ge-lis co-ro-ná- ta, Ut sponsá-ta có-mi-te.

http://ccwatershed.org

No-va vé-ni- ens e cæ-lo, Nupti- á-li thá-lamo Præpa-rá-ta

ut sponsá- ta Copu-lé-tur Dómi-no : Pla-té- æ & mu-ri

e- jus Ex auro pu-rís-simo.

Portæ nitent margarítis
Adytis paténtibus :
Et virtúte meritórum
Illuc introdúcitur
Omnis qui ob Christi nomen
Hic in mundo prémitur.

Tunsiónibus, pressúris
Expolíti lápides,
Suis coaptántur locis
Per manus artíficis,
Disponúntur permansúri
Sacris ædifíciis.

Glória & honor Deo
Usquequáque altíssimo,
Una Patri, Filióque,
Inclyto Paráclito,
Cui laus est & potéstas
Per ætérna sæcula. Amen.

℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificáta.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. g

S Ancti-fi-cá-vit Dómi-nus ta-berná-cu-lum su-

um : qui- a hæc est domus De- i, in qua invo-ca-

bi- tur nomen e- jus, de quo scriptum est : Et e-rit nomen

me- um i-bi, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 7. a

D Omum tu- am Dómi-ne decet sanćti-tú-do

in longi-tú-di-nem di- é-rum. E u o u a e.

2. Aña. 1. D

D Omus me- a do- mus o-ra-ti- ó-nis vo-cá-bi-tur.

E u o u a e.

3. Aña. 2. f

H Æc est domus Dómi-ni fírmi-ter ædi- fi- cá- ta,

bene fundá- ta est supra firmam petram. E u o u a e.

4. Aña. 8. c

B E-ne fundá-ta est domus Dómi-ni supra firmam

http://ccwatershed.org

petram. E u o u a e.

5. Aña. 2. D

Lapi-des pre-ti-ó-si omnes mu-ri tu-i, & turres Je-rú-sa-lem gemmis ædi-fi-ca-búntur. E u o u a e.

Capitulum. *Apoc. 21.*

Vidi civitátem sanctam Jerúsalem novam, † descendéntem de cælo a Deo, * parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

℟. br. Domum tu-am Dómi-ne * De-cet san-cti-tú-do. Do-num. ℣. In longi-tú-di-nem di-é-rum. * De-cet. ℣. Gló-ri-a Patri, & Fi-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Domum.

Tempore Paschali.

℟. br. Domum tu-am Dómi-ne de-cet sancti-tú-do, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Domum. ℣. In longi-tú-di-nem di-é-rum.

Alle-lú-ia. ℣. Gló-ri-a Patri, & Fi-li-o, & Spi-rí-tu-i Sancto. Domum.

Hymnus.

4. Ngu-lá-ris fundaméntum La-pis Christus missus est, Qui pa-rí-e-tum compá-ge In utróque né-cti-tur, Quem Si-on sancta suscé-pit, In quo cre-dens pérma-net.

Omnis illa Deo sacra
Et dilécta cívitas,
Plena módulis, in laude,
Et canóre júbilo,
Trinum Deum unicúmque
Cum fervóre prædicat.

Hoc in templo summe Deus
Exorátus ádveni;
Et clementi bonitáte
Precum vota súscipe;
Largam benedictiónem
Hic infúnde júgiter.

Hic promereántur omnes
Petita acquírere,
Et adépta possidére,
Cum sanctis perénniter
Paradísum introíre,
Transláti in réquiem.

Glória & honor Deo
Usquequáque altíssimo,
Una Patri, Filióque,
Inclyto Paráclito,
Cui laus est & potéstas
Per ætérna sæcula. Amen.

℣. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

Zachæ-e fe-stí-nans descén-de, qui-a hó-di-e

http://ccwatershed.org

In ipso die Dedicationis Ecclesiæ et per Octavam, et quando variánda est Oratio ob concursum Dedicationis alterius Ecclesiæ :

Oratio.

Deus, qui invisibíliter ómnia cóntines, & tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis : † templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra, & concéde ; ut omnes qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, * consolatiónis tuæ benefícia consequántur. Per Dóminum nostrum.

In Anniversario Dedicationis Ecclesiæ et per Octavam :

Oratio.

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, & sacris semper mystériis repræséntas incólumes : † exáudi preces pópuli tui, & præsta ; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, * cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Domus mea. *Capit.* Vidi civitátem.

℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo.
℟. In longitúdinem diérum.

Ad Sextam. *Aña.* Hæc est domus Dómini.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Apoc. 21.*

Et audivi vocem magnam de throno dicéntem : Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis. † Et ipsi pópulus ejus erunt, * & ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

℣. Locus iste sanctus est, in quo orat sacérdos.
℟. Pro delíctis & peccátis pópuli.

Ad Nonam. *Aña.* Lápides pretiósi.

Capitulum. *Apoc. 21. b.*

Et abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum : † & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. * Et dixit qui sedébat in throno : Ecce nova fácio ómnia.

℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificáta.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ, Psalmi, Capit., ℟. *br. et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Dómum tuam Dómine decet sanctitúdo.
℟. In longitúdinem diérum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Infra Octavam Dedicationis Ecclesiæ, et in ejus die Octava, omnia ut in Festo.

In Festis Beatæ Mariæ Virginis

PER ANNUM.

IN I. VESPERIS.

Aña. Dum esset Rex. *cum reliquis de Laudibus. Psalmi ut infra.*

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo : * Sede a dextris meis : Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum : * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas : * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet : * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.

Psalmus 112.

Laudate púeri Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * & super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cælo & in terra?

Súscitans a terra ínopem, * & de stércore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi : * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas : * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua : * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te :

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : * ecce hæréditas Dómini, fílii : merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis : * ita fílii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis : * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

Ab initio & ante sæcula creáta sum, & usque ad futúrum sæculum non désinam, * & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.



http://ccwatershed.org

ctus ventris tu- i. * Dó- mi-nus. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fi- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Ave.

Tempore Paschali.

℟. br. A -ve Ma-rí- a, grá-ti- a ple-na, Dómi-nus te-cum, * Al- le-lú-ia, alle-lú-ia. Ave. ℣. Be-ne-dicta tu in mu-li- e-ri- bus, & be-ne-díctus fructus ventris tu- i. * Alle- lú-ia. ℣. Gló- ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Ave.

Hymnus. 1.

A-VE ma-ris stel-la, De- i Ma-ter alma, Atque semper Virgo, Fe-lix cæ-li por-ta.

Sumens illud Ave,
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E S Ancta Ma-rí- a succúr-re mí- se- ris, ju-va pu- sil-la-nimes, ré-fo-ve flé- bi- les, o- ra pro pó-pu-lo, interve-ni pro cle- ro, intercéde pro de-vó-to femí- ne- o se-xu : sén-ti- ant omnes tu- um ju-vámen, quicúmque celebrant * tu- am sanctam festi-vi- tá-tem. E u o u a e.

In Festo B. M. V. de M. Carmelo. * tu- am sol-émnem commemo-ra-ti- ó-nem.

In Festo Ss. Nominis B. M. V. * tu- i sancti Nómi- nis commemo-ra-ti- ó-nem.

http://ccwatershed.org

Oratio.

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpetua mentis & córporis sanitáte gaudére : * & gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

Ad Completorium, Hymnus cantatur et terminatur ut notatur in Psalterio pro Festis B. Mariæ Virginis, 123.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 3. à

DUM esset Rex in accú-bi-tu su- o, nar-dus me- a de- dit o-dó-rem su- a-vi- tá-tis. E u o u a e.

2. Aña. 4. A

LÆva e-jus sub cá-pi-te me- o, & déxte-ra il-li-us ample-xá-bi-tur me. E u o u a e.

3. Aña. 3. à

NIgra sum, sed formó-sa, fí- li- æ Je-rú-sa-lem : íd-e- o di-lé-xit me Rex, & intro-dúxit me in cu-bí-cu-lum su- um. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

4. Aña. 8. G

JAM hi- ems tránsi- it, imber áb-i- it & re-céssit : surge amí-ca me- a, & ve- ni. E u o u a e.

5. Aña. 4. A

SPe-ci- ó-sa facta es & su- á-vis in de-li-ci- is tu- is, sancta De- i Gé-nitrix. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

AB initio & ante sæcula creáta sum, & usque ad futúrum sæculum non désinam, * & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. *breve.* Ave María. *ut supra in Vesperis,* 491-492.

Hymnus.

2.

O glo- ri- ó-sa Dó-mi-na, Excélsa su-per si- de-ra, Qui te cre- á-vit, pró-vi-de Lactásti sa-cro ú-be-re.

Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine :
Intrent ut astra flébiles,
Cæli fenéstra facta es.

Tu Regis alti jánua,
Et porta lucis fúlgida :
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ pláudite.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

Concede nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére : † & gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, * a præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

Ad Horas, Hymni cantantur in tono O gloriósa. *et in fine dícitur* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine.

Ad Tertiam.



Os, lingua, mens... Glória tibi Dómine.

Aña. Læva ejus. *Capit.* Ab inítio.
℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Sextam. *Aña.* Nigra sum, sed formósa.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

Et sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, * & in plenitúdine sanctórum detentio mea.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Nonam. *Aña.* Speciósa facta es.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

In platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi : † quasi myrrha elécta * dedi suavitátem odóris.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis Vesperis.

℣. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.



PROPRIUM SANCTORUM

FESTA NOVEMBRIS.

De Festis occurrentibus in Adventu non fit Officium, nisi fuerit Duplex vel Semiduplex. Quod si festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ venerit in Dominica, transfertur in primam diem non impeditam. Duplicia vero minora vel Semiduplicia commemorantur in utrisque Vesperis et Laudibus. De Simplicibus item fit tantum commemoratio.

Die 30. S. ANDREÆ Apostoli. Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Aña. Salve crux pretiósa. *cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica. Capitulum ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Constítues. 423. *Hymnus.* Exsúltet. 424. ℣. In omnem.

Ad Magnificat, Antiphona. 1. f

U-NUS ex du- ó-bus qui se-cu-ti sunt Dómi-num, e- rat André-as, fra-ter Si-mó-nis Petri, al-le-lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Commem. S. Josaphat. Aña. Qui vult. 436. ℣. Justus ut palma. *Oratio.* Deus. (*Require in fine Proprii Sanctorum, ad diem 29.*)

Deinde si venerit in Adventu, commemoratio Feriæ occurrentis.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 7. c

S Alve crux pre-ti- ó-sa, súsci-pe discí-pu-lum e-jus qui pe-péndit in te, ma-gister me- us Christus. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit. *cum reliquis de Festis,* 23.

2. Aña. 8. G

B E- á-tus André- as o-rá-bat, di-cens : Dó-mi-ne Rex æ-térnæ gló-ri- æ, súsci-pe me pendéntem in pa-tí-bulo. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

A Ndré- as Chri-sti fámu-lus, dignus De- i Apósto-lus, germánus Pe-tri, & in passi- ó-ne só-ci- us. E u o u a e.

4. Aña. 8. G



5. Aña. 7. a



Capitulum. *Rom. 10. b.*

FRATRES : Corde enim créditur ad justítiam, † ore autem conféssio fit ad salútem. * Dicit enim Scriptúra : Omnis qui credit in illum, non confundétur.

℟. *br.* In omnem terram. 426. *Hymnus.* Exsúltet. 424. ℣. Annuntiavérunt. 427.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a





Oratio.

MAJESTATEM tuam Dómine supplíciter exorámus : † ut sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxstitit prædicátor & rector ; * ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : † qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

In Adventu fit commemoratio Feriæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Beátus Andréas. *Capit. e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Sextam. *Aña.* Andréas Christi fámulus.

Capitulum. *Rom. 10. c.*

NON enim est distínctio Judæi & Græci : † nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. * Omnis enim quicúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Nonam. *Aña.* Qui persequebántur justum.

Capitulum. *Rom. 10. c.*

ISAÍAS enim dicit : Dómine quis crédidit audítui nostro? Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Christi. † Sed dico : Numquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus, 499. *Psalmi ut in II. Vesperis de Communi Apostolorum. Capitulum e Laudibus.*

℟. *br.* Constítues eos. 423. *Hymnus.* Exsúltet cælum. 424.
℣. Annuntiavérunt ópera Dei. ℟. Et facta ejus intellexérunt.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.



In Adventu comm. Feriæ.

FESTA DECEMBRIS.

2. S. Bibianæ Virginis et Martyris.

Semiduplex.

Oratio.

DEUS, ómnium largítor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore martyrii palmam conjunxísti : † mentes nostras ejus intercessióne tibi caritáte conjúnge ; * ut amótis perículis præmia consequámur ætérna. Per Dóminum.

Et fit comm. Feriæ in Adventu.

Vesp. de sequenti, comm. præced. et Feriæ.

http://ccwatershed.org

3. S. Francisci Xaverii Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui Indiárum gentes beáti Francísci prædicatióne & miráculis Ecclésiæ tuæ aggregáre voluísti : † concéde propítius ; ut cujus gloriósa mérita venerámur, * virtútum quoque imitémur exempla. Per Dóminum.

Comm. S. Bibianæ. Aña. Veni sponsa. 476. ℣. Diffúsa est. *Postea Feriæ. Vesp. de sequenti, comm. ut infra.*

4. In Illatione S. P. Benedicti Abbatis.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonæ, Psalmi, Capitulum et ℟. breve ut in Transitu S. P. Benedicti, die 21. Martii.

Hymnus. 3.





Navis per flúvium nat sine rémige,
Mirándo gláciem díssecat ímpetu :
Sancti membra ferens óbvia flúmini,
Undas retro revérberat.

Edúctum flúvio sensit ut árida,
Non curans gélidi frígora témporis,
Vestit cuncta novis íllico flóribus,
Mutáta fácie soli.

Jam cælo résidens, o Pater óptime,
Divínis fámulos imbue régulis,
Angústum per iter scándere largiens,
Dona regna perénnia.

Cunctórum dóminans omnipoténtia,
Tu qui sede poli cónspicis ómnia,
Psalléntum plácide súscipe cántica
Votis, voce precántia. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus.

Ad Magnificat, Antiphona. Exsúltet. *ut in Transitu. Oratio,* 505. *Comm. S. Francisci Xav. Aña.* Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 503. *Deinde Feriæ. Postremo* **S. Barbaræ** *Virginis et Martyris. Aña.* Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti : * concéde propítius, ut qui beátæ Bárbaræ Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Ad Laudes.

Antiphonæ, Capitulum et ℟. *breve ut in Transitu, 21. Martii.*

http://ccwatershed.org

Hymnus.



Magnus in parvis eremita membris,
Vincis ætátem, súperas labórem ;
Arcta districtæ rudiménta vitæ
Férvidus imples.

Strage saxórum púerum sepúltum,
Mox ut orásti, prece suscitásti,
Sensus hinc carni, caro sanitáti,
Rédditur æque.

Jure sub blandæ spécie colúmbæ,
Nesciam fellis ánimam soróris
Summa stelláti penetráre cæli
Cúlmina cernis.

Ipse post clarum réferens triúmphum,
Celsa devícto petis astra mundo ;
Luce flammántem radiánte callem
Pállia sternunt.

Laus, honor Patri, parilíque Proli,
Una majéstas, éadem potéstas,
Cum quibus Sanctus simul implet omnem
Spíritus orbem. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus.

Ad Benedictus, Antiphona. Sanctíssime. *ut in Transitu.*

Oratio.

Excita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Pater noster Benedíctus Abbas servívit : † ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, * & ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : † qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Comm. Feriæ, postea S. Barbaræ. Aña. Símile est. 475. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 504.

Ad Horas, *Antiphonæ, Capitula et* ℣℣. *ut in Transitu.*

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia. ℣. Justum dedúxit.

Ad Magnificat, Antiphona.

Comm. sequentis, Feriæ et S. Sabbæ Abbatis, ut infra.

5. S. Petri Chrysologi Episcopi, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.* (m. t. v.)

Ad Magnificat, Aña. O Doctor... beáte Petre Chrysóloge. 462. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium divínitus præmonstrátum, ad regéndam & instruéndam Ecclésiam tuam éligi voluísti : † præsta, quæsumus ; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Comm. Feriæ, postea **S. Sabbæ** *Abbatis. Aña.* Similábo eum. 465.

http://ccwatershed.org

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dómine, beáti Sabbæ Abbátis comméndet : * ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

In Laudibus, comm. Feriæ, postea S. Sabbæ. Aña. Euge serve bone. 468. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

¶ *Si Festum S. Petri Chrysologi transferatur, dicuntur pro S. Sabba ℣℣. consueti.*

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced. et Feriæ.

6. S. Nicolai Episcopi et Confessoris.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis : † tríbue, quæsumus ; ut ejus méritis & précibus, * a gehénnæ incéndiis liberémur. Per Dóminum nostrum.

Comm. S. Petri Chrysologi. Aña. O Doctor. 462. ℣. Justum dedúxit. *Orat. 506. Deinde Feriæ.*

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced. et Feriæ.

7. S. Ambrosii Episcopi, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.* (m. t. v.)

Ad Magnificat, Aña. O Doctor óptime... beáte Ambrósi. 462.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Ambrósium minístrum tribuísti : † præsta, quæsumus ; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Comm. S. Nicolai. Aña. Amávit eum. 461. ℣. Justum. *Postea Feriæ.*

¶ *De Vigilia Immaculatæ Conceptionis B. M. V. nihil fit nisi in Missa.*

Vesperæ de sequenti, comm. Feriæ tantum.

Die 8. Decembris.

Immaculatæ Conceptionis B. M. V

Duplex I. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Festis B. M. V.

Resp. breve.

IN hoc cognó-vi * Quóni- am vo- lu- ísti me,

℣. Quóni- am non gaudé-bit in-imí-cus me- us su-

per me. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-ri-

tu- i Sancto.

Hymnus. Ave maris stella. 492.

℣. Immaculáta Concéptio est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Quæ serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

BE- á-tam me di-cent omnes ge-ne- ra-ti- ónes,

http://ccwatershed.org

qui-a fe-cit mi-hi magna qui po-tens est, al-le-lú-ia.

E u o u a e.

Et fit commemoratio Feriæ tantum.

Ad Completorium et Horas diei Hymni cantantur in tono Festorum B. M. V., et in fine dicitur : Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine. *Quod servatur per totam Octavam ad omnes Hymnos ejusdem metri, etiam in Festis occurrentibus. Dominica vero quæ occurrit infra Octavam, ad Vesperas, Laudes et Horas assumitur tonus proprius Adventus, sed ad Completorium servatur tonus B. M. V.*

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. a

TOTA pulchra es Ma-ri- a, & mácu- la o-ri-gi-ná- lis non est in te. E u o u a e.

2. Aña. 8. G

VEstiméntum tu-um cándi-dum qua-si nix, & fá-ci- es tu- a sic-ut sol. E u o u a e.

3. Aña. 8. c

TU gló-ri- a Je-rú-sa-lem, tu læ-ti-ti- a Isra- el,

tu hono-ri-fi-cénti- a pópu-li nostri. E u o u a e.

4. Aña. 7. a

BEne-di-cta es tu, Virgo Ma-rí- a, a Dómi-no De- o excélso præ ómnibus mu-li- é-ri-bus su-per terram.

E u o u a e.

5. Aña. 3. a

TRa-he nos Virgo imma-cu-lá-ta, post te curré-mus in o-dó-rem unguentó-rum tu- ó-rum. E u o u a e.

Capitulum. *Prov. 8. c.*

DOMINUS possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio. † Ab ætérno ordináta sum, & ex antíquis ántequam terra fíeret : * nondum erant abyssi, & ego jam concépta eram.

℟. br. DE-us omní-po-tens * Præcínxit me virtú-te. ℣. Et pó-su- it imma-cu-lá-tam vi- am me- am. Gló-ri- a Patri.

Hymnus. O gloriósa Dómina. 495.

℣. Immaculáta Concéptio est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Quæ serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

Ad Benedictus, Antiphona.

3. a

A - it Dómi-nus De- us ad serpéntem : In-imi-cí-ti- as po-nam inter te & mu-li- e-rem, & semen tu-um, & semen illí- us : i-psa cónte-ret ca-put tu-um, al-le-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui per immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti : † quæsumus ; ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui prævísa, eam ab omni labe præservásti, * nos quoque mundos ejus intercessióne ad te perveníre concédas. Per eúmdem Dóminum.

Et fit commemoratio Feriæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Vestiméntum tuum. *Capit. e Laudibus.*

℣. Deus omnípotens præcínxit me virtúte.
℟. Et pósuit immaculátam viam meam.

Ad Sextam. *Aña.* Tu glória Jerúsalem.

Capitulum. *Ezech. 44.*

PORTA hæc clausa erit, non aperiétur, & vir non intrábit per eam, quóniam Dóminus Deus Israel ingréssus est per eam : † eritque clausa Príncipi. * Princeps ipse sedébit in ea.

℣. In hoc cognóvi quóniam voluísti me.
℟. Quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Ad Nonam. *Aña.* Trahe nos.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Apoc. 12*

SIGNUM magnum appáruit in cælo : † Múlier amícta sole, & luna sub pédibus ejus, * & in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

℣. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me.
℟. Nec delectásti inimícos meos super me.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis Vesperis.

℣. Immaculáta Concéptio est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Quæ serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

Ad Magnificat, Antiphona.

Et fit commemoratio Feriæ.

9. Infra Octavam Immac. Concept. B. M. V.

Omnia ut in die Festi. Ad Laudes, comm. Feriæ.

In Vesperis, comm. Feriæ, et S. Melchiadis *Papæ et Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre. *Orat.* Infirmitátem. 435.

http://ccwatershed.org

10. Infra Oct. Immac. Concept. B. M. V.

In Laud. comm. Feriæ, ac S. Melchiadis Papæ et Martyris. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma. *Oratio.* Infirmitátem. 435.

Vesp. a Capit. de seq., comm. Octavæ et Feriæ.

11. S. Damasi I. Papæ et Confessoris. *Semid.*

Oratio.

EXAUDI Dómine preces nostras : † & interveniénte beáto Dámaso Confessóre tuo atque Pontífice, * indulgéntiam nobis tríbue placátus & pacem. Per Dóminum.

Comm. Octavæ et Feriæ, etiam in Laudibus.

Vesp. a Capit. de Octava, comm. S. Damasi. Aña. Dum esset. 461. ℣. Justum dedúxit. *Postea Feriæ.*

12. Infra Oct. Immac. Concept. B. M. V.

In Laudibus comm. Feriæ.

Vesp. de seq., comm. Octavæ et Feriæ.

13. S. Luciæ Virginis et Martyris. *Duplex.*

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., 490.

Capit., ℟. *br., Hymnus (in tono Octavæ), et* ℣. *de Communi,* 470.

Ad Magnificat, Antiphona.



rúscas cum Ange- lis : sángui-ne própri- o in-imí-cum vi-ci-sti. E u o u a e.

Comm. Octavæ, 512, et Feriæ.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 7. b

O-rán-te sancta Lú-ci- a, appá-ru-it e- i be- á-ta Agatha, & conso-la-bá-tur ancillam Christi. E u o u a e.

2. Aña. 7. a

LU-ci- a virgo, quid a me pe- tis quod ipsa pót-e-ris præstá- re contí-nu-o matri tu- æ? E u o u a e.

3. Aña. 8. G

PER te Lú-ci- a virgo ci-vi-tas Sy-ra-cu-sá-na de-co-rá-bi-tur a Dómi-no Je-su Christo. E u o u a e.

4. Aña. 8. G

BE-ne-dí-co te Pa-ter Dómi-ni me- i Je-su Christi, qui- a per Fi-li- um tu- um ignis exstínctus est a lá-te-re me- o. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

SOror me- a Lú-ci- a, virgo De- o de-vó- ta, quid a me pe- tis quod ipsa pót-e-ris præstá-re contí-nu- o matri tu- æ? E u o u a e.

Capitulum, ℟. breve, Hymnus et ℣. de Communi, 474.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. f

CO-lúmna es immó-bi-lis, Lú-ci- a sponsa Chri-sti : qui- a omnis plebs te exspéctat, ut accí-pi- as co-ró-nam vi- tæ, al-le-lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Oratio.

Exaudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátæ Luciæ Vírginis & Mártyris tuæ festivitáte gaudémus ; * ita piæ devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Comm. Octavæ, 511, *et Feriæ.*

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus, Capit. et ℣℣. de Communi.*

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

℣. Diffúsa est.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. c



Tanto pónde-re e- am fi-xit Spí-ri-tus Sanctus, ut



virgo Christi immó-bi- lis per-ma-né-ret. E u o u a e.

Comm. Octavæ, 512, *Feriæ, et* **S. Dominici de Silos** *Abbatis. Aña.* Similábo. 465. ℣. Amávit.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui præcláris vitæ méritis decorásti, & in liberándis captívis gloriósis lætificásti miráculis : † concéde nobis fámulis tuis ; ut & ipsíus instruámur exémplis, * & ab omni vitiórum servitúte ejus patrocínio liberémur. Per Dóminum.

14. Infra Oct. Immac. Concept. B. M. V.

In Laud. comm. Feriæ, et S. Dominici de Silos. Aña. Euge serve bone. 468. ℣. Justum dedúxit.

Ad Vesp. Duplex. Omnia ut in I. Vesp. Festi, 508 ; *comm. Feriæ.*

¶ *Si dies Octava Immac. Concept. B. M. V. inciderit in Dominica III. Adventus, fit Officium de Dominica hoc modo : Vesperæ in Sabbato præcedenti dicuntur de Feria ut in Psalterio, et a Capitulo fit de Dominica cum commem. diei Octavæ, ut in I. Vesperis Festi, sine Suffragiis et Precibus consuetis. Sequenti die fit de Dominica prædicta, cum commem. Octavæ in Laud. et II. Vesperis.*

http://ccwatershed.org

15. Octava Immac. Concept. B. M. V. *Dupl.*

Omnia ut in Festo. In II. Vesperis comm. seq. et Feriæ.

16. S. Eusebii Episc. et Martyris. *Semid.*

Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Eusébii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dñm.

Comm. Feriæ.

18. In Exspectatione Partus B. Mariæ V.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

1. Aña. 8. G



Missus est Gábri- el Ange-lus ad Ma-rí- am



Virgi-nem desponsá-tam Jo-seph. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus. *cum reliquis de Festis B. M. V.*, 490.

2. Aña. 1. g



Ave Ma-rí- a, grá-ti- a ple-na, Dómi-nus te- cum :

benedí-cta tu in mu-li- é-ri-bus, al-le-lú-ia. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

NE time- as Ma-rí- a, inve-nísti grá- ti- am apud Dómi-num : ecce concí- pi- es & pá-ri- es fí- li- um, alle- lú-ia. E u o u a e.

4. Aña. 8. c

ECce an-cilla Dómi-ni, fí- at mi- hi se-cúndum verbum tu- um. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 11.*

EGREDIETUR virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascéndet. * Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

℟. br. ROrá-te cæ-li dé-su-per, * Et nubes plu- ant justum. ℣. Ape-ri- á-tur terra, & gérmi-net Salva-tó-rem. Gló-ri- a Patri, & Fi-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus. Cónditor alme síderum. 130.

℣. Ave María, grátia plena.
℟. Dóminus tecum.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

SPí- ri-tus Sanctus in te descéndet Ma-rí- a : ne tí-me- as, ha-bé-bis in ú-te-ro Fi-li- um De- i, alle- lú-ia. E u o u a e.

Commem. Adventus. Aña. O Sapiéntia. 150. ℣. Roráte. *Orat.* Aurem. 148.

Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Vox clara. 133. *et in fine dicitur :*

Laus, honor, virtus, glória Deo Patri, & Fílio,	Sancto simul Paráclito, In sæculórum sæcula. Amen.

Ad Laudes, et per Horas,

Antiphonæ quæ occurrunt secundum Feriam juxta Rubricam, 153.

Capitulum. Egrediétur. *ut supra.*

℟. br. A-ve Ma-rí- a, grá-ti- a ple-na, * Dómi-nus te-cum. ℣. Be-ne-dícta tu in mu-li- é-ri-bus, & be-ne-díctus fructus ventris tu- i. Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus. Vox clara ecce íntonat. 133.

℣. Spíritus Sanctus supervéniet in te.
℟. Et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



S U-per só-li- um Da-vid, & super regnum ejus



se-dé- bit in æ-térnum. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † præsta súpplicibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. Feriæ.

Ad Tertiam. *Aña Feriæ occurréntis. Capit.* Egrediétur. 518.

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.

℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Ad Sextam. *Aña Feriæ occurréntis.*

Capitulum. *Isaiæ 7. c.*

Ecce virgo concípiet, & páriet filium, † & vocábitur nomen ejus Emmánuel. * Bútyrum & mel cómedet, ut sciat reprobáre malum & elígere bonum.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Nonam. *Aña Feriæ occurréntis.*

Capitulum. *Isaiæ 45. b.*

Rorate cæli désuper, & nubes pluant justum : † aperiátur terra, & gérminet Salvatórem, & justítia oriátur simul : ego Dóminus creávi eum.

℣. Spíritus Sanctus supervéniet in te.

℟. Et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

In II Vesperis.

Omnia ut in I., præter 4. Añam et Psalmum, cujus loco dicitur

4. Aña. 8. G



D E fructu ventris tu- i po-nam su-per se-dem tu-

http://ccwatershed.org



am. E u o u a e. *Ps.* Meménto Dómine David. 94.

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D

O Virgo vírgi-num, quómodo fi- et istud? qui- a

nec primam sími-lem vi-sa es, nec ha-bé-re sequén-



tem. Fí-li- æ Je-rú- sa-lem, quid me admi-rámi- ni? Di-



vi-num est mysté- ri- um, hoc quod cérni-tis. E u o u a e.

Comm. Feriæ. Aña. O Adónai. 150.

Deinde B. Urbani V., ut infra.

---

19. Commem. B. Urbani V. Papæ et Conf.

Aña. Sacérdos & Póntifex. 455. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui ad tuénda fórtiter Sedis Apostólicæ jura, fidémque cathólicam late propagándam, beátum Urbánum Confessórem tuum atque Pontíficem constántia roborásti : * fac nos ipsíus præsídiis adjútos ita militánti Ecclésiæ servíre; ut triumphánti consociári mereámur. Per Dóminum.

Ad Laudes, Aña. Euge serve bone. 458. ℣. Justum dedúxit.

De Vigilia S. Thomæ Apostoli nihil fit nisi in Missa.

21. S. THOMÆ Apostoli. Dupl. 2. classis.

Ad Magnif. in utrisque Vesp., et ad Benedictus.

Aña. 8. G

QUI- A vi-dísti me, Thoma, cre-di-di-sti :



be- á-ti qui non vi-dé-runt, & cre-di-dé-runt, alle-lú-ia.



E u o u a e.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, beáti Apóstoli tui Thomæ solemnitátibus gloriári ; † ut ejus semper & patrocíniis sublevémur, * & fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dóminum.

In I. Vesp. pro comm. Adventus, Aña. O clavis David. 151, *vel si transferatur in Feriam II.* O Oriens. — *In Laudibus Aña.* Nolíte timére. 159 ; *vel si transferatur, Aña.* Dicit Dóminus. 167. — *In II. Vesp. Aña.* O Oriens. 152, *vel* O Rex géntium.

26. Commem. Omnium Ss. Martyrum

In Festo S. Stephani facienda post alias Commemorationes.

In II. Vesperis Nativitatis Domini. Aña. Istórum est enim. 445. ℣. Lætámini in Dómino.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum commemoratióne lætíficas : * concéde propítius ; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Ad Laudes, Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

In II. Vesperis, Aña. Gaudent in cælis. 451. ℣. Exsultábunt.

29. S. Thomæ Episcopi et Martyris. *Semid.*

Omnia ut supra, 196, *præter hic propria.*

In I. Vesperis, pro commem.

Aña. 7.



CLama-vé-runt sa-tél-li-tes : U-bi est Thomas, re-gis



& regni pródi-tor ? Respóndit Præ-sul sanctíssimus : Ecce



adsum, non pródi-tor regni, sed sa-cérdos.

℣. Glória & honóre. *Orat.* Deus, pro cujus. 195.

Ad Laudes, Hymnus.

2.



ADsis Thoma, De- i pró-te-ge ví-ne- am : Hanc vastá-



tor a-per dum stu-det íngre-di, Custos, clange tu-ba, vo-cé-



que li-be-ra Hostem có-mi-nus íncre-pes.

Nil Præsul frágili captus imágine,
Obsistit scéleri : rex ácuit simul
Linguas & gládios, índicat ut sibi
Vir contrárius óccidat.

Surgat prava cohors : eia satéllites !
En pulchrum fácinus ! Pastor & hóstia
In templo próperat réddere sánguinem
Christo, qui tríbuit suum.

http://ccwatershed.org

Mortem quid tímeam? dúmmodo pácifer
Exstet christícolis, quem dédero, cruor;
Exsúltans mórior. Sic ait, impiis
Thomas sub gládiis cadens.

Præsta, summa Trias, plebs tua pólleat
Libertáte sacrą, cujus amor bonos
Pastóres ánimam pérdere cómpulit,
Quæ Christo data rédditur. Amen.

℣. Justus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedictus, Antiphona.

6. F

Orat. Deus, pro cujus. 195.

In II. Vesperis, pro commem.

Aña. 8.



℣. Justus ut palma.

FESTA JANUARII.

3. Commemoratio S. Genovefæ Virginis.

In I. Vesperis, Antiphona.

3.



℣. Spécie tua.

Oratio.

EFFUNDE super nos Dómine spíritum agnitiónis & dilectiónis tuæ, quo ancíllam tuam Genovéfam implevísti: * ut sédula ejus imitatióne tibi sincére obsequéntes, fide tibi & ópere placeámus. Per Dóminum... in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Ad Laudes, Antiphona.

7.



℣. Diffúsa est.

11. Commem. S. Hygini Papæ et Martyris.

In Vesp. Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre. *Orat.* Infirmitátem. 435.

Ad Laudes, Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

http://ccwatershed.org

Dominica II. post Epiphaniam.

Festum Sanctissimi Nominis Jesu.

Duplex 2. classis.

Occurrente Festo S. Mauri, vel Dominica Septuagesimæ, reponitur hoc Festum in diem 28. Januarii tamquam in sedem propriam, translato quocumque alio Festo si transferri valeat, nisi sit altioris ritus, et fit de S. Agnete secundo comm. in Laudibus tantum. De Festo Dupl. minore vel de Semid. fit tantum commem. in utrisque Vesp. et Laud. Sed advertendum est quod post Septuag. in fine VV. et ℟℟., et Antiphonarum omittendum erit Allelúia, *similiter et in ℟℟. brevibus.*

In I. Vesperis.

1. Aña. 8. G

O-MNIS qui invo-cá-ve-rit nomen Dómi-ni, sal- vus e-rit. E u o u a e. *Psalmi de Dominica.*

2. Aña. 5. a

S Anctum & ter-rí- bi-le no-men e- jus, in-i-ti-um sa-pi- énti- æ ti-mor Dómi-ni. E u o u a e.

3. Aña. 3. a

E - go autem in Dómi-no gau- dé-bo, & exsul-

tabo in De- o Je-su me- o. E u o u a e.

4. Aña. 4. E

A so- lis ortu usque ad occá-sum laudá-bi- le nomen Dómi-ni. E u o u a e.

Capitulum. *Philipp. 2.*

FRATRES : Christus humiliávit semetipsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen quod est super omne nomen : * ut in nómine Jesu omne genu flectátur.

℟. br.

A Dju-tó-ri- um nostrum in nómine Dómi-ni, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Qui fe-cit cælum & terram. Gló-ri- a Patri.

Post Septuag.

A Dju-tó-ri- um nostrum * In nómi-ne Dómi-ni. ℣. Qui fe-cit cæ-lum & terram. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

1.

J E-su dulcis me-mó-ri- a, Dans ve-ra cordis gáu- di-

http://ccwatershed.org



a : Sed super mel & ómni- a, E-jus dulcis præ- sénti- a.

Nil cánitur suávius,
Nil audítur jucúndius,
Nil cogitátur dúlcius,
Quam Jesus Dei Filius.

Jesu spes pæniténtibus,
Quam pius es peténtibus!
Quam bonus te quæréntibus!
Sed quid inveniéntibus!

Nec lingua valet dícere,
Nec líttera exprímere :
Expértus potest crédere,
Quid sit Jesum dilígere.

Sis Jesu nostrum gáudium,
Qui es futúrus præmium :
Sit nostra in te glória,
Per cuncta semper sǽcula. Amen.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum, allelúia.
℟. Ex hoc nunc, & usque in sǽculum, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



F E-cit mi-hi magna qui po-tens est, & sanctum * no-



men e- jus, alle-lú-ia. E u o u a e. *Post Sept.* * nomen e-jus.

Comm. Dominicæ II. post Epiphaniam. Aña. Suscépit. 113. ℣. Vespertína. *Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. 222.

¶ *Hymni ad Completorium et Horas cantantur in tono* Jesu dulcis memória, *et in fine dicitur :* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 2. D



O - le- um effú-sum nomen tu- um, íd-e- o ad-o-



lescéntu-læ di-le-xé-runt te. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

2. Aña. 8. a



S Ci-tó-te qui- a Dómi-nus ipse est De- us, cu-jus



nomen in æ-térnum. E u o u a e.

3. Aña. 4. E

S I-ti-vit á-nima me- a ad nomen sanctum tu-



um Dómi-ne. E u o u a e.

4. Aña. t. pereg.



B Ene-dictum nomen gló-ri- æ tu- æ, sanctum, & lau-



da-bi-le, & su-per-ex-altá-tum in sǽcu-la. E u o u a e.

5. Aña. 1. a

J Uve-nes & vírgi-nes, se-nes cum ju-ni- ó-ri-bus lau-



dá-te nomen Dó- mi-ni, qui- a ex-altá-tum est nomen e-jus



so- li- us. E u o u a e. *Capitulum.* Fratres : Christus. 527.

℟. br.



S IT nomen Dómi-ni be-ne-díctum, * Alle- lú-ia, alle-



lú-ia. ℣. Ex hoc nunc, & usque in sæcu-lum. Gló-ri-a Patri.

Post Septuag.

SIT nomen Dómi-ni * Be- nedi-ctum. ℣. Ex hoc nunc,

& usque in sæcu-lum. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

1.



JEsu de-cus an-gé-li-cum, In aure dulce cán- ti-



cum, In o-re mel mi- ri-fi-cum, In corde ne-ctar cæ-li-cum.

Qui te gustant, esúriunt;
Qui bibunt, adhuc sitiunt;
Desideráre nésciunt,
Nisi Jesum, quem diligunt.

O Jesu mi dulcíssime,
Spes suspirántis ánimæ!
Te quærunt piæ lácrimæ,
Te clamor mentis íntimæ.

Mane nobíscum Dómine,
Et nos illústra lúmine;
Pulsa mentis calígine,
Mundum reple dulcédine.

Jesu flos Matris Vírginis,
Amor nostræ dulcédinis,
Tibi laus, honor nóminis,
Regnum beatitúdinis. Amen.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, allelúia.
℟. Qui fecit cælum & terram, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

DEdit se, ut li-be-rá-ret pópu-lum, & acqui-re-ret



sibi nomen * æ-térnum, alle-lú-ia. E u o u a e.



Post Sept. * æ-térnum.

Oratio.

DEus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, & Jesum vocári jussísti: † concéde propítius; ut cujus sanctum nomen venerámur in terris, * ejus quoque adspectu perfruámur in cælis. Per eúmdem Dóminum.

Comm. Dominicæ. Aña. Núptiæ factæ sunt. 222. ℣. Dñs regnávit.

Ad Tertiam. *Aña.* Scitóte. *Capit.* Fratres: Christus. 527.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum, allelúia.
℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Sitívit.

Capitulum. *Philipp. 2. b.*

IN nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, & infernórum: † & omnis lingua confiteátur * quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.
℣. Afférte Dómino glóriam & honórem, allelúia.
℟. Afférte Dómino glóriam nómini ejus, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Júvenes & vírgines.

Capitulum. *Col. 3. c.*

OMNE quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere: † ómnia in nómine Dómini Jesu Christi fácite, * grátias agéntes Deo & Patri per ipsum.
℣. Magnificáte Dóminum mecum, allelúia.
℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum, allelúia.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. g



VOcá-bis nomen e-jus Je-sum: ipse e-nim salvum

http://ccwatershed.org



fá-ci- et pópu-lum su- um a peccá-tis * e- ó- rum, al-le-lú-ia.



E u o u a e. *Post Sept.* * e- ó-rum.

Comm. Dominicæ. Aña. Deficiénte vino. 223. ℣. Dirigátur.

14. S. Hilarii Episcopi, Confessoris, et Eccl. Doctoris. *Duplex.* (**m. t. v.**)

Aña. O Doctor óptime... beáte Hilári. 461. ℣. Amávit eum. *Oratio.* Deus, qui pópulo tuo. 462.

Comm. **S. Felicis** *Presb. et Mart. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória.

Oratio.

Concede, quæsumus omnípotens Deus : ut ad meliórem vitam sanctórum tuórum exémpla nos próvocent; * quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, Hymnus.

2.



NON fraus magná-nimum, non fa-vor aut minæ Athlé-



lé-tam quá-ti- unt : jussa ty-ránni-dis Explens, pastor o-ves



línque-re có-gi-tur : Quis jam con-tí-ne- at lu-pos?

Ergo, Præsul, abis? dum generósa mens
Te parére facit, Gállia lácrimas

Fundat : terra Phrygum suscipiens patrem
Verbi víndice gáudeat.

http://ccwatershed.org

Erroris látebras doctor Hilárius
Spargit luce nova; fontéque vívido
Expurgat nócuis páscua fæcibus;
Gentes érudit éfferas.

Ipsos, dum títubant, instítuit fide
Pastores : rédeunt mox ad ovília,
Quos error tímidos abstúlerat procul,
Et vocem patris áudiunt.

Præsul magne, poli qui super árdua
Solem justítiæ cóminus ádspicis :
Verbum nos dóceat, quæsumus, ímpetra,
Cujus dógmata prædicas.

Mundáni métuant impérii ducem,
Qui terram sápiunt : Cæsaris haud timet
Inénsi fúrias pastor, & ásserit
Christi libérius fidem.

Patri máxima laus, máxima Fílio,
Fœcúndo génerat quem Pater in sinu,
Æquum princípio, númine cómparem :
Sacro máxima Flámini. Amen.

Comm. S. Felicis. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma. *Orat.* 532.

In Vesperis, si dicendæ sint, Hymnus.

Ex quo Relígio, tot prócerum parens,
Gallos addíderit Christiadum gregi,
Quis par Hilário? quis generósius
Natum de Patre víndicat?

Insignes títulos, elóquium grave,
Dotes innúmeras plebs sacra cóncinat :
Laus supréma fides, qua génitum Deo
Altis vócibus ásserit.

Si non tincta fuit sánguine prófluo
Clara fronte micans ínfula nóbilis,
Curis mille litat : martyrii decus
Supplet continuus labor.

Hoc Nicæna fides víndice nítitur :
Frustra tartáreus cóncutit hanc furor,
Hic oris gládio fúlgurat áureo,
Vastántes ábigens lupos.

Quo vultu réducem grex pius éxcipit!
Quas post longa metit prœlia láureas!
Te, Martíne, docet quam pede strénuo
Virtútum rápias viam.

Patri máxima laus, máxima Fílio,
Fœcúndo génerat quem Pater in sinu,
Æquum princípio, númine cómparem :
Sacro máxima Flámini. Amen.

Die 15. Januarii.

SANCTI MAURI ABBATIS

Duplex I. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

1. Aña. 3. a

BE- ATUS Maurus, patrí-ci- o gé-ne-re illústris, a pú-e-ro ma-jó-res di-ví-ti- as æstimá-vit thesáu-ris mundi impro-pé-ri- um Chri-sti Dómi-ni. E u o u a e. *Ps. de Dominica.*

2. Aña. 7. a

OB-e-di- énti- æ pennis e-lá-tus su-per aquas gra-di-tur, nec flúctibus mergi pó-tu- it, qui spí-ri-tu De- i fe-

http://ccwatershed.org

ba-tur. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

LE-ví-ta sanctissimus in ómni-bus exhi-bu- it se sicut De- i mi-ní-strum, in vi-gí- li- is, in je-jú-ni- is, & in mul- ta pa-ti- énti- a. E u o u a e.

4. Aña. 2. D

AD altá-re De- i in ci-ne-re & ci-li-ci- o ja-cens, vel- ut ho-locáustum se óbtu-lit in o-dó- rem su- a-vi- tá-tis. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 43.*

NOLI timére, quia redémi te, & vocávi te nómine tuo : meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero ; * quia ego Dóminus Deus tuus, Sanctus Israel, salvátor tuus.

℟. br. GLo-ri-fi-cá-vit il-lum Dómi-nus * In conspé-ctu

T. simpl. ℟. br.



Hymnus.

3.



Hic gentilitiis major honóribus,
Spretis lætus adit claustra palátiis,
Calcat delícias, prædia, púrpuram,
Ut Christi súbeat jugum.

Sancti propósitam patris imáginem
Gestis compáribus sédulus exprimit ;
Spectándis púeri lucet in áctibus
Vitæ norma monásticæ.

Se sacco rígidus cónterit áspero,
Frenat perpétui lege siléntii,
Noctes in précibus pérvigil éxigit,
Jejúnus sólidos dies.

http://ccwatershed.org

Dum jussis pátriis éxcitus ádvolat,
Sicco calcat aquas impávidus pede,
Educit Plácidum gúrgite sóspitem,
Et Petro símilis redit.

Laudum jugis honor sit tibi Trínitas,
Quæ vultus sátias lúmine cælites :
Da sanctæ fámulis trámite Régulæ,
Mauri præmia cónsequi. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D



Oratio.

Deus, qui beátum Maurum Abbátem, ad imitándum obediéntiæ exémplum, sicco pede super aquas ambuláre fecísti : * concéde, ut & virtútum ipsius implére documénta, & præmiórum obtinére consórtia mereámur. Per Dóminum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solemni Confessorum. Et ita per totam Octavam ad omnes Hymnos ejusdem metri.*

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. g

BE-ATUS Maurus, a té-ne-ris annis sancti Be-ne-dícti di-scí-pu-lus, abundánti- us æmu-lá-tor exstí-tit pa-terná-rum vir-tú-tum. E u o u a e.

2. Aña. 1. a

E - léctus est a Dómi-no, ut esset monachó-rum ex-émplar, & præ-cí-pu- us sanctæ Ré-gu-læ mi- nister. E u o u a e.

3. Aña. 6. F

MAu- rus raptus in spí- ri-tu, vi- dit innú-me-ris co-rúscam lampá-di-bus vi- am, qua di-léctus a Dómino cæ-lum Be-ne-díctus ascen-dé-bat. E u o u a e.

Aña. 7. c

MUni-vit signo cru-cis ó-cu-los cæ-ci na-ti, qui con-féstim vi-dit, magni- fi-cans De- um, & tri- um pu- e-ró-rum hymnum cantá-vit. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

QUos in Christo genú- e-rat fí-li- os, morti pró-xi-mus in cæ-lum præmí-sit; & inter pre-ces, corpus ad a-ras, á-nimam * cæ-lo depó-su- it, al-le- lú-ia. E u o u a e. *Post Sept.* * cæ-lo depó-su- it.

Capitulum. *Isaiæ 43.*

NOli timére, quia redémi te, & vocávi te nómine tuo: meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero; * quia ego Dóminus Deus tuus, Sanctus Israel, salvátor tuus.

℟. br. Amávit eum Dóminus. 456.

Hymnus.

1. MAure, qui Fran-cis, mode-ránte Christo, Ré-gu-læ san-

http://ccwatershed.org



Ut novus gestis Elisæus esses,
Te sui testem vóluit triúmphi
Alter Elías, radiánte scandens
Trámite cælos.

Inde justórum méritis onústus,
Spíritus patris requiévit in te;
Esque virtútis spéculum patérnæ
Factus & hæres.

In sacro mortem, nova res! asylo
Géstiens quæris, meritísque plenam
Claudis, optátas móriens ad aras
Hóstia, vitam.

Summe stellántis Dominátor aulæ,
Quem fides unum colit atque trinum,
Súpplices Mauri súperis cliéntes
Insere turmis. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.



http://ccwatershed.org



Oratio.

Deus, qui beátum Maurum Abbátem, ad imitándum obediéntiæ exémplum, sicco pede super aquas ambuláre fecísti: † concéde; ut & virtútum ipsíus implére documénta, * & præmiórum obtinére consórtia mereámur. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Eléctus est. *Capit. e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Sextam. *Aña.* Maurus.

Capitulum. *Prov. 4.*

Et ego fílius fui patris mei: † & docébat me, atque dicébat: Suscípiat verba mea cor tuum; * custódi præcépta mea, & vives.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Nonam. *Aña.* Quos in Christo.

Capitulum. *Hebr. 11. b.*

Fide demorátus est in terra repromissiónis, tamquam in aliéna, † in cásulis habitándo, cum cohærédibus repromissiónis ejúsdem. * Exspectábat enim fundaménta habéntem civitátem, cujus ártifex & cónditor Deus.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

IN II. VESPERIS.

Aña. Beátus Maurus. *cum reliquis de Laudibus. Ps. de Dominica. Capitulum,* ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona.



Comm. S. Marcelli, Papæ et Martyris.

16. S. Marcelli I. Papæ et Martyris. *Semid.*

Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

PRECES pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exáudi : ut beáti Marcélli Mártyris tui atque Pontíficis méritis adjuvémur, * cujus passióne lætámur. Per Dóminum.

In Laud. comm. Octavæ. Aña. O beátum virum. 540. ℣. Justum dedúxit. *Oratio.* Deus, qui beátum. 541.

Vesp. de seq., comm. præced. et Octavæ.

17. S. Antonii Abbatis. *Duplex.*

Oratio. Intercéssio nos. 468.

Comm. S. Marcelli. Aña. Qui vult. 436. ℣. Justus ut palma. *Orat.* 542.

Postea Octavæ. Aña. Hódie. 541. ℣. Justum dedúxit.

In Laud. comm. Octavæ. Aña. O beátum virum. 540. ℣. Amávit eum.

Vesperæ de sequenti, comm. ut infra.

18. Cathedræ S. Petri, qua Romæ primum sedit.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonæ, Psalmi, Capitulum et ℟. breve de Communi Confessoris Pontificis, 451.

Hymnus. 4.

http://ccwatershed.org

um ; Honor, po-téstas, Sanctóque Spi-ri-tu- i :. Sit Tri-ni-ta-

ti sa-lus indi-ví-du- a, Per infi-ní- ta sæcu-ló-rum sæ-cu-

la. A-men.

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f

TU es pastor ó-vi- um, prin-ceps Apo-sto- ló-rum,

ti-bi trá-di-tæ sunt cla- ves regni cæ- ló-rum. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti : † concéde; ut intercessiónis ejus auxílio, * a peccatórum nostrórum nexibus liberémur. Qui vivis & regnas.

Deinde fit commemoratio S. Pauli ante alias quascumque commemorationes, etiam Festi Duplicis aut Dominicæ. Quod et servatur in commem. S. Petri quæ fit in Festis S. Pauli.

Pro commem. S. Pauli Apostoli, Antiphona.

8. G

SAncte Paule A-pósto-le, prædi-cá-tor ve-ri-tá-tis

& Doctor génti- um, intercéde pro no-bis ad De- um, qui

te e-lé-git. E u o u a e.

℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.

℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Oratio.

DEUS, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : * da nobis quæsumus; ut cujus commemoratiónem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus.

Deinde comm. S. Antonii. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* Intercéssio. 468.

Postea Octavæ. Aña. Hódie sanctus Maurus. 541. ℣. Amávit eum.

Postremo **S. Priscæ** *Virg. et Mart. Aña.* Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Oratio.

DA quæsumus omnípotens Deus : * ut qui beátæ Priscæ Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, & ánnua solemnitáte lætémur, & tantæ fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Ad Laudes, et per Horas.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter sequentia.

Hymnus.

4.

JAM bo-ne pastor Petre clemens ácci-pe Vo-ta pre-

cantum, & pec-cá-ti víncu-la Re-sólve ti-bi po- testá-te

tra-di-ta, Qua cunctis cæ-lum verbo claudis, á- pe-ris. Sit Tri-

ni-tá-ti sempi- térna gló-ri- a, Honor, po-té-stas, atque

http://ccwatershed.org

ju-bi- lá-ti- o, In u-ni- tá-te, cui manet impé- ri-um Ex tunc, & modo, per æ-térna sæ-cu-la. A-men.

℣. Exáltent eum in ecclésia plebis.

℟. Et in cáthedra seniórum laudent eum.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

Quodcúmque li-gáve-ris super ter-ram, e-rit ligá-tum & in cæ-lis : & quodcúmque sólve- ris super ter-ram, e-rit so-lú-tum & in cæ- lis : di-cit Dóminus Simó- ni Pe-tro. E u o u a e. *Orat.* Deus, qui beáto Petro. 544.

Deinde fit commem. S. Pauli, ut in Vesperis, 544.

Postea Octavæ S. Mauri. Aña. O beátum virum. 540. ℣. Justum dedúxit.

Postremo S. Priscæ. Aña. Símile est. 475. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 545.

Ad Laudes, *Antiphonæ, Capitula et* ℣℣. *de Comm. Conf. Pontificis.*

In II. Vesperis.

Antiphonæ, Psalmi, Capit. et ℟. *br. de Communi Conf. Pontif.*

Hymnus et ℣. *ut in I. Vesperis.*

Ad Magnificat, Aña. Dum esset summus Póntifex. 461.

Postea comm. S. Pauli, 544. *Deinde S. Odilonis Abbatis, Octavæ S. Mauri, et Ss. Martyrum, ut infra.*

19. S. Odilonis Abbatis Cluniac. *Duplex.*

In I. Vesperis, pro comm. Antiphona.

7. a

Exsultá-vit in Dómino spí- ri-tus Mái-o-li patris, olim di-léctum Odi-ló-nem fí-li- is su- is rectó-rem pa-cí-ficum re-línque-ret. E u o u a e.

℣. Amávit eum Dóminus. *Orat.* Deus, qui beátum. 549.

Deinde comm. Octavæ S. Mauri. Aña. Hódie. 541. ℣. Justum dedúxit.

Postremo **Ss. Marii, Marthæ, Audifacis et Abachum** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

Exaudi Dómine pópulum tuum cum sanctórum tuórum patrocínio supplicántem : * ut & temporális vitæ nos tríbuas pace gaudére, & ætérnæ reperíre subsídium. Per Dóminum.

Ad Laudes.

Hymnus.

4.

Fí-li- us lu-cis rá-di- ans Odí-lo In tenebrá-rum re-gi-o-ne stantes, Sol ut exsúrgens, récre- at be-nígnus Lú-mi-ne dulci.

http://ccwatershed.org

Igne dum lugent ánimæ fidéles,
Inferas gestit penetráre sedes,
Pátriæ portas aperíre multis
Sánguine Christi.

In Deum flagrans pietáte summa,
Síngulis sacrum péragit diébus :
Immolans Agnum máculis caréntem,
Se simul offert.

Fonte de sacri láteris benignum
Hausit in fratres ánimum, malísque
Nóluit scindens adhibére ferrum,
Sed medicínam.

Obvius currit miserans egénis :
Membra ne Christi fame torqueántur,
Dat cibos largus, sacra vasa templi
Erogat ipsa.

Nútui cedunt Odilónis acies,
Mílites sæcli, gládios remíttunt:
Sat cruor fluxit; Deus ipse profert
Fœdera pacis.

Te Deus mundi moderátor alme,
Cóncinant juncti mónachis fidéles :
Voce solémni Tríadi resúltent
Cántica laudis. Amen.

℣. Justum dedúxit.

Ad Benedictus, Antiphona.

Oratio.

Deus, qui beátum Odilónem Abbátem egrégiæ pietátis & præcláræ caritátis virtútibus cumulásti; † præsta; ut ejus méritis & précibus, * consuétæ misericórdiæ tuæ efféctus ássequi mereámur. Per Dóminum.

Comm. Octavæ S. Mauri. Aña. O beátum virum. 540. ℣. Amávit eum.

Deinde Ss. Marii et Soc. Martyrum. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt. *Orat.* Exáudi Dómine. 547.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Octavæ.

In I. vel II. Vesperis, si dicendæ sint integræ,

Hymnus. *(In tono Laudum.)*

Te Deo carum, súperis sodálem,
Te decus splendens mónachis, canéntes
Fílios cernas, Odilo, tuámque
Réspice gentem.

Céteri nummos, simul ac honóres
Térreos vano sitiant hiátu;
Christus est solus tua pars in aula
Cluniacénsi.

Corde te pastor récolit patérno
Máiolus : cæli réquiem propínquans,
Fíliis mandat tua subsequántur
Jussa fidéles.

O gregem tanto duce ter beátum !
O gregis custos, Odilo, feráces
Flóridus ramos tuus Ordo late
Pandit ad orbem.

Jam sui veram Benedíctus in te
Gaudet expréssam spéciem : paríli
Æmulum plausu vídeant ovántes,
Máiolus, Odo.

Te Deus mundi moderátor alme,
Cóncinant juncti mónachis fidéles :
Voce solémni Tríadi resúltent
Cántica laudis. Amen.

20. Ss. Fabiani Papæ et Sebastiani Mart.

Duplex.

Oratio.

Infirmitatem nostram réspice omnípotens Deus : † & quia pondus própriæ actiónis gravat, * beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni & Sebastiáni intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Pro commem. S. Odilonis, Antiphona.

1. D

Q Ua-lem ca-ri-tá-tem corde servá-ret Odí-lo mi-te de-monstrá-vit, qui de-functó-rum fi-dé-li- um cru-ci- á- ti-bus cóndo-lens, e- os quot-ánnis dulci refri-gé-ri- o fové-ri de-cré-vit. E u o u a e.

℣. Justum dedúxit. *Orat.* Deus, qui beátum. 549.

Deinde comm. Octavæ S. Mauri. Aña. Hódie. 541. ℣. Amávit eum.

In Laud. comm. Octavæ. Aña. O beátum virum. 540. ℣. Justum dedúxit.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Octavæ.

21. S. Agnetis Virginis et Martyris. *Dupl.*

Quando I. Vesperæ dicendæ sunt integræ, Antiphonæ de Laudibus, Psalmi de Dominica.

Capitulum. *Eccli. 51.*

CONFITEBOR tibi Dómine Rex, & collaudábo te Deum salvatórem meum. † Confitébor nómini tuo : quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, * & liberásti corpus meum a perditióne.

℟. *br.* Adjuvábit. 470. *Hymnus.* Jesu coróna. (*in tono Octavæ*) ℣. Spécie tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

B E- á-ta Agnes in mé-di- o flammá-rum expan-

sis má-ni-bus o-rá-bat : Te dépre-cor omnípo-tens, ado-rán-de, co-lénde, Pa-ter me-tu- én- de, qui- a per sanctum Fí-li-um tu- um e-vá-si mi-nas sacrí-le-gi ty-ránni, & carnis spurci- ti- as imma-cu-lá- to cal-le transi-vi : & ec-ce vé-ni- o ad te, quem amá-vi, quem quæ-sí-vi, quem semper optá-vi. E u o u a e.

Comm. Ss. Fabiani et Sebastiani. Aña. Gaudent. 451. ℣. Exsultábunt. *Oratio* Infirmitátem. 549.

Deinde Octavæ S. Mauri. Aña. Hódie. 541. ℣. Justum dedúxit.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 7. c

I Ngréssa Agnes turpi-tú-di-nis lo-cum, Ange-lum Dómi-ni præpa-rá-tum invé-nit. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

2. Aña. 7. c

M E-cum e-nim há-be-o custó-dem córpo-ris me- i, Ange-lum Dómi-ni. E u o u a e.

3. Aña. 7. c

A Nnu-lo su-o subarrhá-vit me Dómi-nus me- us Je-sus Christus, & tamquam sponsam de-co-rá-vit me co-ró-na. E u o u a e.

4. Aña. 8. G

B E-ne-dí-co te Pa-ter Dómi-ni me- i Je-su Christi, qui- a per Fi- li- um tu- um ignis exstínctus est a lá-te-re me- o. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

C Ongaudé-te me-cum, & congra-tu-lámi-ni, qui- a cum his ómni-bus lú-ci-das se-des accé-pi. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Capit. Confitébor. *ut supra in Vesp.*, 550. ℟. *br.* Spécie tua. 474.
Hymnus. Jesu coróna. (*in tono Octavæ*). ℣. Diffúsa est.

Ad Benedictus, Antiphona.

4. E

E Cce quod concu-pí-vi, jam ví- de- o : quod spe-rá-vi, jam té-ne- o : ipsi sum juncta in cæ-lis, quem in ter-ris pó-si-ta, to-ta de-vo-ti- ó-ne di- lé-xi. E u o u a e.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas : † concéde propítius ; ut qui beátæ Agnétis Vírginis & Mártyris tuæ solémnia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Comm. Octavæ S. Mauri. Aña. O beátum. 540. ℣. Justum dedúxit.

Ad Tertiam. *Aña.* Mecum enim hábeo. *Capit.* Confitébor. 550. ℣. Spécie tua.

Ad Sextam. *Aña.* Annulo suo subarrhávit me.

Capitulum. *Eccli. 51.*

LIBERASTI me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus præparátis ad escam, † de mánibus quæréntium ánimam meam, * & de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me. ℣. Adjuvábit eam.

Ad Nonam. *Aña.* Congaudéte mecum.

Capitulum. *Eccli. 51.*

LAUDABIT usque ad mortem ánima mea Dóminum, † quóniam éruis sustinéntes te, & líberas eos de manu angústiæ, * Dómine Deus noster. ℣. Elégit eam Deus.

In II. Vesperis. *Antiphonæ de Laudibus. Psalmi.* Dixit Dóminus. 84. Beátus vir. 85. Laudáte púeri. 86. Nisi Dóminus. 81.
A Capitulo de sequenti, comm. præcedentis.

22. Octava S. Mauri Abbatis. *Duplex.*

Omnia ut in die, 534.

Pro commem. S. Agnetis, Antiphona.



℣. Diffúsa est. *Orat.* Omnípotens. 553.

Vesp. a Capit. de seq., comm. ut infra.

23. S. Ildefonsi Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui per gloriosíssimam Fílii tui Matrem beátum Ildefónsum Confessórem tuum atque Pontíficem, misso de thesauris cæléstibus múnere, decorásti : † concéde propítius ; ut per ejus preces & mérita, * múnera capiámus ætérna. Per eúmdem Dóminum.

Comm. Octavæ S. Mauri. Aña. Hódie. 541. ℣. Justum.

Deinde **S. Emerentianæ** *Virg. Mart. Aña.* Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua. *Oratio.* Indulgéntiam. 475.

In Laudibus, Aña. Símile est. 475. ℣. Diffúsa est.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

24. S. Timothei Episc. et Martyris. *Dupl.*

Oratio.

INFIRMITATEM nostram réspice omnípotens Deus : † & quia pondus própriæ actiónis gravat, * beáti Timóthei Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Comm. S. Ildefonsi. Aña. Amávit. 461. ℣. Justum. *Orat.* 554.

Vesperæ de sequenti, comm. ut infra.

25. In Conversione S. Pauli Apostoli. Dupl. maj.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus, Psalmi de Dominica.

℟. *br.* Constitues eos. 423.

Hymnus. 4.



http://ccwatershed.org

impé- ri- um, Ex tunc, & modo, per æ-térna sæ-cu-la. A-men.

℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a VAde Ana-ní- a, & quære Saulum : ecce e-nim o-rat : qui-a vas e-lecti- ó-nis est mi-hi, ut portet no-men me- um co-ram génti-bus, & ré- gi-bus, & fi-li- is Is-ra- el. E u o u a e.

Orat. Deus, qui univérsum. 558. (*Si hoc Festum concurrat cum Dominica Sexagesimæ, nihil mutatur in Orationibus.*)

Comm. S. Petri. Aña. Tu es pastor. 544. ℣. Tu es Petrus. *Oratio.* Deus, qui beáto Petro.

Deinde S. Timothei. Aña. Qui vult veníre. 436. ℣. Justus ut palma. *Oratio.* Infirmitátem. 555.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G E-go plantá-vi, Apóllo ri-gá-vit, De- us au-

tem increméntum * de-dit, alle-lú-ia. E u o u a e.

Post Sept. * de-dit.

2. Aña. 8. G LI-bénter glo-ri- á-bor in infirmi-tá-ti-bus me- is, ut inhá-bi-tet in me virtus Christi. E u o u a e.

3. Aña. 4. A GRá-ti- a De- i in me vá-cu- a non fu- it, sed grá-ti- a e-jus semper in me ma-net. E u o u a e.

4. Aña. 8. G DAmásci, præpó-si-tus gentis A-ré-tæ re- gis vó-lu-it me compre-hénde-re : a frátri-bus per mu- rum demissus sum in sporta, & sic e-vá-si manus e-jus in nómi-ne Domi-ni. E u o u a e.

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS - MO.

http://ccwatershed.org

5. Aña. 8. G



TER virgis cæsus sum, semel la-pi-dá-tus sum, ter



naufrá-gi- um pértu- li pro Christi nómi-ne. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 9.*

SAULUS adhuc spirans minárum & cædis in discípulos Dómini, † accéssit ad príncipem sacerdótum, & pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas : * ut si quos invenísset hujus viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem.

℟. *br.* In omnem terram. 426. *Hymnus.* Exsúltet cælum. 424.

℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.

℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus, Antiphona.

2. D



VOS qui se-cú-ti e-stis me, se-dé-bi-tis super se-



des, ju-di-cántes du- ó-de-cim tri-bus Isra- el, di-cit Dóminus.



E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : † da nobis quæsumus; ut qui ejus hódie Conversiónem cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Comm. S. Petri. Aña. Tu es pastor. 544. ℣. Tu es Petrus. *Orat.* 544.

Ad Tertiam. *Aña.* Libénter gloriábor. *Capit. e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Sextam. *Aña.* Grátia Dei.

Capitulum. *Act. 9. b.*

SURREXIT autem Saulus de terra, apertísque óculis nihil vidébat. † Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáscum. * Et erat ibi tribus diébus non videns, & non manducávit neque bibit.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Nonam. *Aña.* Ter virgis cæsus sum.

Capitulum. *Act. 9. d.*

SAULUS autem multo magis convalescébat, † & confundébat Judæos qui habitábant Damásci, * affírmans quóniam hic est Christus.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.

℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

In II. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus, Psalmi ut in II. Vesperis de Communi Apostolorum.

℟. br., Hymnus et ℣. ut in I. Vesperis.

Ad Magnificat, Aña. Sancte Paule Apóstole. *ut supra,* 544.

Comm. S. Petri, ut supra, 556. *deinde S. Polycarpi et S. Bathildis.*

26. S. Polycarpi Episc. et Martyris. *Dupl.*

Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Polycárpi Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Pro **S. Bathilde** *Vidua. Aña.* Símile est. 477. ℣. Spécie tua.

Oratio.

TUORUM corda fidélium Deus miserátor illústra : * & beátæ Bathíldis précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere, & cælésti semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

In Laudibus, Aña. Date ei. 480. ℣. Diffúsa est.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

[**Solesmis,** *Vesperæ de S. Juliano Cenoman. Episcopo, de quo fit die* 27.]

http://ccwatershed.org

27. S. Joannis Chrysostomi Episcopi, Conf. et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.* (m. t. v.)

Aña. O Doctor... beáte Joánnes Chrysóstome. 461.

Oratio.

Ecclesiam tuam, quæsumus Dómine, grátia cæléstis amplífica: * quam beáti Joánnis Chrysóstomi Confessóris tui atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis & doctrínis. Per Dóminum.

Comm. S. Polycarpi. Aña. Qui vult. 436. ℣. Justus ut palma. *Orat.* 559.
Vesp. a Capit. de seq., comm. ut infra.

28. S. Cyrilli Episcopi Alexandrini, Conf. et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

Aña. O Doctor óptime... beáte Cyrílle. 461.

Oratio.

Deus, qui beátum Cyríllum Confessórem tuum atque Pontíficem ad conteréndos incarnáti Verbi tui Virginísque Deíparæ hostes, cælésti doctrína decorásti: † da, ut ejúsdem fídei vestígiis insisténtes, * íntegra tanti mystérii confessióne salvémur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. S. Joannis Chrysost. Aña. Amávit eum. 461. ℣. Justum. *Deinde*

Commem. S. Agnetis secundo.



℣. Spécie tua.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beátæ Agnétis Vírginis & Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas: * da quæsumus; ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Ecce quod concupívi. 553. ℣. Diffúsa est.
Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

http://ccwatershed.org

29. S. Francisci Salesii Episcopi, Conf. et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.* (m. t. v.)

Aña. O Doctor óptime... beáte Francísce. 461.

Oratio.

Deus, qui ad animárum salútem beátum Franciscum Confessórem tuum atque Pontíficem ómnibus ómnia factum esse voluísti: † concéde propítius; ut caritátis tuæ dulcédine perfúsi, ejus dirigéntibus mónitis ac suffragántibus méritis, * ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

Comm. S. Cyrilli. Aña. Amávit. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 560.
Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

30. S. Agathonis Papæ et Conf. *Dupl.* (m. t. v.)

Oratio.

Pateant aures misericórdiæ tuæ Dómine précibus supplicántium: † & contínuis tribulatiónibus laborántes, * intercedénte beáto Agathóne Confessóre tuo atque Pontífice, propítius respiráre concéde. Per Dóminum.

Comm. S. Francisci. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit.
Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

31. S. Petri Nolasci Conf. *Dupl.* (m. t. v.)

Oratio.

Deus, qui in tuæ caritátis exémplum, ad fidélium redemptiónem sanctum Petrum Ecclésiam tuam nova prole fœcundáre divínitus docuísti: † ipsíus nobis intercessióne concéde; a peccáti servitúte solútis, * in cælésti pátria perpétua libertáte gaudére. Qui vivis.

Comm. S. Agathonis. Aña. Dum esset. 461. ℣. Justum dedúxit.
Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

FESTA FEBRUARII.

1. S. Ignatii Episcopi et Martyris. *Dupl.*

Oratio. Infirmitátem nostram. 435.
Comm. S. Petri Nolasci. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit.

Die 2. Februarii.

In Purificatione B. Mariæ Virginis.

Duplex 2. classis.

Si hoc Festum inciderit in aliquam Dominicam privilegiatam, transfertur in Feriam II. tamquam in sedem propriam, translato quocumque Festo Duplici majoribus aut alicujus Doctoris Ecclesiæ, etiam æqualis, non tamen altioris ritus. De alio autem Festo Duplici minori vel de Semiduplici occurrente fit commem. in utrisque Vesperis et Laudibus.

In I. Vesperis.

Antiphona. O admirábile commércium. *cum reliquis de Circumcisione,* 202. *Psalmi ut in Festis B. M. V.*

Capitulum ut infra ad Laudes, 564.

℟. *br.* Ave Maria. 491. *Hymnus.* Ave maris stella. 492.

℣. Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sancto.

℟. Non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

http://ccwatershed.org

Comm. S. Ignatii. Aña. Qui vult. 436. ℣. Justus. *Orat.* Infirmitátem. 435.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono de B. M. V., et in fine dicitur:* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine.

Ad Laudes, et per Horas.







4. Aña. 8. c

Lumen ad re-ve-la-ti-ó-nem génti-um, & gló-ri-am ple-bis tu-æ Isra-el. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

Obtu-lé-runt pro e-o Dómi-no par túrtu-rum, aut du-os pullos co-lumbá-rum. E u o u a e.

Capitulum. *Malach. 3.*

Ecce ego mitto Angelum meum, & præparábit viam ante fáciem meam. † Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quæritis, * & Angelus testaménti, quem vos vultis.

℟. *br.* Ave María. 491. *Hymnus.* O gloriósa. 495. ℣. Diffúsa est.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. f

Cum indú-ce-rent pú-e-rum Je-sum pa-réntes e-jus, accé-pit e-um Sí-me-on in ulnas su-as, & be-ne-di-xit De-um, di-cens : Nunc dimíttis servum tu-um in pa-ce. E u o u a e.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus : † ut sicut unigénitus Filius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus ; * ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per eúmdem Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Respónsum accépit Simeon. *Capit. e Laud.*

℣. Spécie tua.

Ad Sextam. *Aña.* Accípiens Símeon.

Capitulum. *Malach. 3.*

Ecce véniet, dicit Dóminus exercítuum : † & quis póterit cogitáre diem advéntus ejus, & quis stabit ad vidéndum eum ? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullónum.

℣. Adjuvábit eam.

Ad Nonam. *Aña.* Obtulérunt.

Capitulum. *Malach. 3.*

Et placébit Dómino sacrifícium Juda & Jerúsalem sicut dies sæculi, † & sicut anni antíqui, * dicit Dóminus omnípotens.

℣. Elégit eam Deus.

In II. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Reliqua ut in I. Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

Hodi-e be-á-ta Virgo Ma-rí-a pú-e-rum Je-sum præsentá-vit in templo, & Síme-on replé-tus Spí-ri-tu Sancto accé-pit e-um in ulnas su-as, & be-ne-di-xit De-um in æ-térnum. E u o u a e.

Comm. sequentis et S. Blasii, ut infra.

http://ccwatershed.org

3. S. Anscharii Episc. Conf. O. N. *Dupl.*

In I. Vesperis, pro commem. Antiphona.

1. f



D E-dit Dómi-nus Anschá-ri- um génti-bus a-



pósto-lum : & il- li qui longe fú- e-rant, facti sunt pro-

pe in sángui-ne Christi. E u o u a e.

℣. Amávit eum.

Oratio.

DEUS, qui beátum Anschárium Pontíficem ad prædicándum géntibus glóriam tuam míttere dignátus es, ut filiórum Dei adoptiónem recíperent : † da nobis, quæsumus, ejus intercedéntibus méritis, perseverántem in tua voluntáte famulátum ; * ut in diébus nostris, & mérito & número pópulus tibi sérviens augeátur. Per Dóminum.

Comm. S. **Blasii** *Ep. Mart. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Blásii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Ad Laudes.

Ad Bened. Aña. 8. G

L Umen ad re-ve-la-ti- ó-nem génti- um, prædi-



cá-vit Anschá-ri- us, & bo-re- á-lis ré-gi- o so-lem justí-



tiæ o-ri- éntem ex al-to conspé-xit. E u o u a e.

Comm. S. Blasii. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma. *Orat.* 566.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

In Vesperis, si dicendæ sint, Hymnus.

1.



A Nschá-ri, pa-ter óptime, Errántes nos in dé-vi- o,



Reduc tu- o juvá-mi-ne, Servans in Chri-sti grémi- o.

Danis & Suécis grátiæ
Donum fidémque prædicas ;
Pugil fortis in ácie,
Gentes Deo sanctíficas.

Notam facis incrédulis
Doctrinam Evangélicam :
Lucem ministrans pópulis,
Ducis in viam cælicam.

Bonus pastor viríliter
Gregem pascis domínicum,
Infórmans ut veráciter
Christum colat magníficum.

Prudens talénta grátiæ,
Cum lucri magnitúdine,
Addúcis Regi glóriæ
In pacis pulchritúdine.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

4. S. Andreæ Corsini Ep. Conf. *Dupl.* (m. t. v.)

Oratio.

DEUS, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum : † da pópulo tuo beáti Andréæ Confessóris tui atque Pontíficis ita sequi vestígia ; * ut assequátur & præmia. Per Dóminum.

Pro commem. S. Anscharii, Antiphona.

3. a

A Nschá- ri- us, De- o di-léctus, férvi-da ca-ri- tá- te

http://ccwatershed.org

succén-sus, nec frí-go-ra, nec pro-céllas, nec fe-rá-rum génti-um sæ-vi-ti- am formi-dá-vit, & per e- um credénti- um in Dómi-no multi-tú-do auge- bá-tur. E u o u a e.

℣. Justum dedúxit. *Orat.* Deus, qui beátum Anschárium. 566.
Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

5. S. Agathæ Virginis et Martyris. *Dupl.*

In I. Vesperis.

Si dicuntur integræ, Antiphonæ de Laudibus, Ps. de Dominica.

Capitulum. *Eccli. 51.*

CONFITEBOR tibi Dómine Rex, & collaudábo te Deum Salvatórem meum. † Confitébor nómini tuo, quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, * & liberásti corpus meum a perditióne.

℟. *br.* Adjuvábit eam. 470. *Hymnus.* Jesu coróna. ℣. Spécie tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

STans be- á-ta A-gatha in mé-di- o cár- ce-ris, expánsis má-ni-bus o- rá-bat ad Dómi-num : Dómi-ne Je-su Christe, ma- gí- ster bone, grá-ti- as ti- bi a- go, qui me fe-cisti vín-ce-re torménta carní- fi-cum : jube me Dómi-ne ad tu- am immarcescí-bi-lem gló-ri- am fe- li-ci-ter pervé-ni-re. E u o u a e.

Comm. S. Andreæ Corsini. Aña. Amávit. 461. ℣. Justum. *Orat.* 567.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 7. c

QUis es tu, qui ve-nísti ad me cu-rá-re vúlne-ra me- a? Ego sum Apóstolus Christi : ni-hil in me dúbi-tes fí- li- a. E u o u a e.

2. Aña. 1. f

MEdi-cí-nam carná-lem córpo-ri me- o numquam exhí-bu- i, sed há-be- o Dómi-num Je-sum Christum, qui so-lo sermóne restáurat u-ni- vérsa. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

3. Aña. 7. c

GRá-ti-as ti-bi ago Dómi-ne Je-su Christe, qui a
memor es me-i, & mi-sí-sti ad me Apósto-lum tu-um cu-
rá-re vúlne-ra me-a. E u o u a e.

4. Aña. 8. G

BEne-dí-co te Pa-ter Dómi-ni me-i Je-su Christi,
qui-a per Apósto-lum tu-um mamíllam me-am me-o pécto-
ri resti-tu-ísti. E u o u a e.

5. Aña. 7. a

QUI me digná-tus est ab omni plaga cu-rá-re, &
mamíllam me-am me-o péćto-ri resti-tú-e-re, ipsum in-vo-
co De-um vi-vum. E u o u a e.

Capitulum. Confitébor. *ut supra,* 568.

℟. *br.* Spécie tua. 474. *Hymnus.* Jesu coróna. ℣. Diffúsa est.

Ad Benedictus, Antiphona.

PAganó-rum multi-túdo fú-gi-ens ad se-púlcrum
Vírgi-nis, tu-lé-runt ve-lum e-jus contra ignem : ut com-
pro-bá-ret Dóminus quod a per-í-cu-lis incéndi- i mé- ri-tis
be-á-tæ Aga- thæ márty-ris su- æ e- os li-be-rá-ret.
E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátæ Agathæ Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Medicinam carnálem. *Capit.* Confitébor. 568.

℣. Spécie tua.

Ad Sextam. *Aña.* Grátias tibi ago Dómine.

Capitulum. *Eccli. 51.*

LIBERASTI me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus præparátis ad escam, † de mánibus quæréntium ánimam meam, * & de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me.

℣. Adjuvábit eam.

Ad Nonam. *Aña.* Qui me dignátus est.

http://ccwatershed.org

Die 10. Februarii.

S. SCHOLASTICÆ VIRGINIS

SORORIS S. P. N. BENEDICTI.

Duplex 2. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus, Psalmi ut in Festis B. M. V.

Capitulum. *Cant. 2. c.*

SURGE amíca mea, speciósa mea, & veni : † colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis : * vox enim tua dulcis, & fácies tua decóra.

Resp. breve.

http://ccwatershed.org

Hymnus.



Sceptra mundi cum corónis
Docta quondam spérnere,
Dogma fratris insecúta
Atque Sanctæ Régulæ,
Ex odóre gratiárum
Astra nosti quærere.

O potens virtus amóris !
O decus victóriæ !
Dum fluéntis lacrimárum
Cogis imbres cúrrere,
Ore Nursini paréntis
Verba cæli súscipis.

Luce fulges expetíta
In polórum vértice,
Clara flammis caritátis
Cum nitóre grátiæ :
Juncta sponso conquiéscis
In decóre glóriæ.

Nunc benigna pelle nubes
Córdibus fidélium,
Ut seréna fronte splendens
Sol perénnis lúminis,
Sempitérnæ claritátis
Impleat nos gáudiis.

Glóriam Patri canámus
Unicóque Fílio :
Par tribútum proferámus
Inclyto Paráclito,
Nútibus cujus creántur
Et regúntur sæcula. Amen.

℣. Quæ est ista quæ ut nubes volat ?
℟. Et quasi colúmba ad fenéstras suas.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

EXsúltet ómni- um tur-ba fi- dé-li- um pro glo-
ri- a virgi-nis almæ Scho- lásti-cæ : læ-téntur præ-ci-pu-
e ca-térvæ vír- gi-num, ce-lebrántes e-jus so-lemni-ta-
tem, quæ fundens lácrimas, Dómi-num ro-gá-vit, & ab e-
o plus pó-tu- it, qui- a plus amá-vit. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui ánimam beátæ Vírginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam, in colúmbæ spécie cælum penetráre fecisti : * da nobis ejus méritis & précibus ita innocénter vívere ; ut ad ætérna mereámur gáudia pervenire. Per Dóminum.

In Quadrag. comm. Feriæ. — ¶ *Ad Complet. et Horas, Hymni cantantur in tono* Jesu coróna Vírginum. *Ita per Octavam ad omnes Hymnos ejusdem metri.*

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 7. c

E-GREDERE modo fra-ter, egréde-re, si pot-es
& me dimíssa, ad monasté-ri- um re-cé-de. E u o u a e.

2. Aña. 7. c

PArcat ti-bi so-ror omní-po-tens De- us : quid est
quod fe-cisti ? E u o u a e.

3. Aña. 8. G

ECce te ro-gá-vi, & audí-re me no-lu- í-sti : ro-
gavi Dómi-num me- um, & exaudí-vit me. E u o u a e.

4. Aña. 8. c

LOquámur nunc usque ma-ne de cæ-lésti-bus, per
sancta spi-ri- tá- lis vi-tæ collóqui- a. E u o u a e.

5. Aña. 7. a

CUM sanctus Be-ne-díctus post tri-du- um in cella con-
sisteret, e-le-vá-tis ó-cu-lis, vi-dit so-ró- ris á-nimam, de
corpore egréssam, in co-lúmbæ spé- ci- e cæ-li secré- ta
penetrá-re. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *Cant. 2. c.*

SURGE amica mea, speciósa mea, & veni : † colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis : * vox enim tua dulcis, & fácies tua decóra. ℟. *br.* Spécie tua. 474.

Hymnus.

8. JAM noctis umbræ cónci-dunt, Di- es cu-pí-ta nascitur, Qua vírgi-ni Scho-lá-sti-cæ Sponsus per-énnis júngi-tur.

Brumæ recédit tædium ;
Fugántur imbres núbibus :
Vernántque campi síderum
Æternitátis flóribus.

Amóris auctor évocat :
Dilécta pennas índuit ;
Ardens ad oris óscula
Colúmba velox évolat.

Quam pulchra gressum pró- [moves,
O cara proles Príncipis !
Nursinus abbas ádspicit,
Grates repéndit Númini.

Ampléxa sponsi déxteram,
Metit corónas débitas,
Immérsa rivis glóriæ,
Deíque pota gáudiis.

Te Christe flos convállium,
Patrémque cum Paráclito,
Cunctos per orbis cárdines,
Adóret omne sæculum. Amen.

℣. Ecce tu pulchra es amíca mea.
℟. Ecce tu pulchra es, óculi tui columbárum.

Ad Benedictus, Antiphona.

6. F O quam præclá-ra sunt mé-ri-ta be- á- tæ Scho-lá-sti-cæ ! o quanta vir-tus lacrimá-rum ! per quas íncly-ta virgo á- e-ris se-re-ni- tá- tem ad plú-vi- æ tra-xit in-úndatiónem. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui ánimam beátæ Vírginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam, in colúmbæ spécie cælum penetráre fecisti : † da nobis ejus méritis & précibus ita innocénter vívere, * ut ad ætérna mereámur gáudia pervenire. Per Dóminum.

In Quadragesima comm. Feriæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Parcat tibi soror. *Capit. e Laudibus.*
℣. Spécie tua.

Ad Sextam. *Aña.* Ecce te rogávi.

Capitulum. *Cant. 6. c.*

UNA est colúmba mea, perfecta mea : † vidérunt eam fíliæ Sion, & beatíssimam prædicavérunt ; * & regínæ laudavérunt eam.
℣. Adjuvábit eam.

Ad Nonam. *Aña.* Cum sanctus Benedíctus.

Capitulum. *Cant. 5. c.*

OCULI ejus sicut colúmbæ super rívulos aquárum, quæ lacte sunt lotæ ; * & résident juxta fluénta plenissima.
℣. Elégit eam Deus.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis.
℣. Quæ est ista quæ ut nubes volat ?
℟. Et quasi colúmba ad fenéstras suas.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G HOdi- e sacra virgo Scho-lásti-ca in spé-ci- e co-lúmbæ ad æ- the- ra to-ta festí-va perré-xit : hó- di- e

http://ccwatershed.org



In Quadrag. comm. Feriæ.

Infra Octavam Officium fit sicut in die. Sed hæc Octava relinquitur ubi venerit dies Cinerum.

---

11. [Infra Octavam S. Scholasticæ Virg.]

Vesp. de seq., comm. Octavæ.

---

12. S. Benedicti Anianensis Abbatis. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Benedícti Abbátis doctrina & exémplo erudíri voluísti : † concéde propítius; ut quod te donánte promísimus, * ejúsdem patrocínio fidéliter adimplére valeámus. Per Dóminum.

Comm. Octavæ S. Scholasticæ. Aña. Hódie. 579. ℣. Quæ est ista. *Vel Feriæ in Quadragesima.*

Ad Laudes, comm. Octavæ, 578. *Vel Feriæ in Quadrag.*

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Octavæ vel Feriæ.

---

13. S. Gregorii II. Papæ et Confessoris O. N.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

Deus, qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, fídei defensórem & apostólicæ sapiéntiæ ac firmitátis exémplum in Ecclésia tua constituísti : † largíre nobis quæsumus; ut ómnia advérsa pro nóminis tui glória húmili corde sustinéntes, * æternitátis glóriam consequámur. Per Dóminum.

Comm. S. Benedicti Anian. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit.

http://ccwatershed.org

Deinde Octavæ S. Scholasticæ. Aña. Hódie. 579. ℣. Quæ est ista. *Vel Feriæ in Quadragesima.*

Ad Laudes, comm. Octavæ, 578. *Vel Feriæ in Quadragesima.*

Vesp. a Capit. de seq., comm. preced. et aliæ ut infra.

---

14. B. Eustochii Virginis O. N. *Dupl.*

Oratio.

Omnipotens ætérne Deus, qui beátam Eustóchium Vírginem tuam advérsus potestátes tenebrárum admirábili virtúte & invícta patiéntia roborásti : † ejus méritis & précibus concéde; ut ab omni diabólica nequítia liveráti, * secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

Comm. S. Gregorii II. Aña. Dum esset. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 580.

Deinde Octavæ S. Scholasticæ, 579. *Vel Feriæ in Quadragesima.*

Postea **S. Valentini** *Presbyteri et Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Præsta quæsumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Valentíni Mártyris tui natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, comm. Octavæ, 578. *Vel Feriæ in Quadragesima.*

Deinde S. Valentini. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

In Vesperis, comm. Octavæ vel Feriæ in Quadrag., et Ss. Faustini et Jovitæ Martyrum ut infra. [*Solesmis, Vesp. a Capit. de S. Joanne Chrysostomo.*]

---

15. [Infra Octavam S. Scholasticæ Virg.]

(**Solesmis,** *fit de S. Joanne Chrysostomo, ut supra,* 560.)

Aña. Hódie. 579. ℣. Quæ est ista. *Vel comm. Feriæ in Quadragesima.*

Deinde **Ss. Faustini et Jovitæ** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini in Dómino.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Faustíni & Jovitæ solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Ad Laudes, Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

16. [Infra Octavam S. Scholasticæ Virg.]

Ad Vesperas, omnia ut in I. Vesperis Festi.

17. [Octava S. Scholasticæ Virginis.]

Omnia ut in die Festi.

In II. Vesperis, comm. seq. et S. Simeonis, Episc. et Martyris.

18. S. Raymundi de Pennafort Confessoris.

Semiduplex. **(m. t. v.)**

Aña. Similábo. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

DEUS, qui beátum Raymúndum pæniténtiæ Sacraménti insígnem minístrum elegísti, & per maris undas mirabíliter traduxísti : † concéde, ut ejus intercessióne dignos pæniténtiæ fructus fácere, * & ad ætérnæ salútis portum pervenire valeámus. Per Dóminum.

In Quadrag. comm. Feriæ.

Deinde **S. Simeonis** *Episc. et Mart. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre. *Oratio.* Infirmitátem... beáti Simeónis. 435.

In Laud. comm. Feriæ in Quadrag., deinde S. Simeonis. Aña. Qui odit 435. ℣. Justus ut palma.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Feriæ in Quadrag.

19. S. Martinæ Virginis et Martyris. *Semid.*

Ad Vesperas, Hymnus.

2.



M Arti-næ cé-lebri pláudi-te nómi-ni Ci-ves Romu-



le- i, pláudi-te gló-ri- æ : Insignem mé-ri-tis dí-ci-te Vír-



gi-nem, Christi dí- ci-te Márty-rem.

Hæc dum conspícuis orta paréntibus
Inter delícias, inter amábiles
Luxus illécebras dítibus áffluit
Faustæ munéribus domus.

Vitæ despíciens cómmoda, dédicat
Se rerum Dómino, & munífica manu
Christi paupéribus distríbuens opes,
Quærit præmia cælitum.

A nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus
Une & trine : tuis da fámulis jubar,
Quo clemens ánimos beas. Amen.

℣. Spécie tua. *Aña.* Veni sponsa Christi. 472.

Oratio.

DEUS, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beatæ Martínæ Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Comm. S. Raymundi. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 582.

Deinde Feriæ in Quadragesima.

Ad Laudes, Hymnus. *(In tono Hymni Vesp.)*

TU natále solum prótege, tu bonæ
Da pacis réquiem christíadum plagis;
Armórum strépitus & fera prœlia
In fines age Thrácios.

Et regum sócians ágmina sub crucis
Vexíllo, Sólymas néxibus éxime,
Vindexque innócui sánguinis, hósticum
Robur fúnditus érue.

Tu nostrum cólumen, tu decus ínclytum,
Nostrárum obséquium réspice méntium;
Romæ vota libens éxcipe, quæ pio
Te ritu canit & colit.

A nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus
Une & trine : tuis da fámulis jubar,
Quo clemens ánimos beas. Amen.

Comm. Feriæ in Quadrag.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Feriæ in Quadrag.

¶ *Si II. Vesperæ sunt integræ de S. Martina, in iis dicitur Hymnus* Martínæ célebri, *ut supra.*

http://ccwatershed.org

20. S. Canuti Regis et Martyris.

Semiduplex ad libitum.

Si venerit in Dominica, vel in die infra aliquam Octavam, omittitur.

Oratio.

Deus, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam beátum Canútum regem martyrii palma & gloriósis miráculis decoráre dignátus es : concéde propítius ; † ut sicut ipse Domínicæ passiónis imitátor fuit, ita nos per ejus vestígia gradiéntes, * ad gáudia sempitérna pervenire mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. S. Martinæ. Aña. Veni sponsa. 476. Diffúsa est. *Orat.* 582.
Deinde Feriæ in Quadrag.

Vesp. de seq., comm. præced. et Feriæ in Quadrag.

21. S. Titi Episcopi et Confessoris.

Duplex. (**m. t. v.**)

Oratio.

Deus, qui beátum Titum Confessórem tuum atque Pontíficem apostólicis virtútibus decorásti : † ejus méritis & intercessióne concéde ; ut juste & pie vivéntes in hoc sæculo, * ad cæléstem pátriam pervenire mereámur. Per Dóminum.

Comm. S. Canuti. Aña. Qui vult veníre. 436. ℣. Justus ut palma.
Deinde Feriæ in Quadragesima.

Vesp de seq., comm. ut infra.

22. In Cathedra S. Petri Antiochiæ.

Duplex majus.

Officium fit ut supra in Cathedra Romana, 543.

In I. Vesp. comm. S. Pauli Apost., deinde S. Titi. Aña. Amávit eum. 461. ℣. Justum dedúxit. *Deinde Feriæ in Quadragesima.*

¶ *Si hoc Festum ante Quadragesimam venerit in Sabbato, vel transferatur in Feriam II. et annus non fuerit bissextilis, de Vigilia S. Mathiæ fit commem. ad Laudes post commem. S. Pauli. In Quadragesima autem fit comm. in Laudibus de Feria occurrente, et nihil fit de Vigilia nisi in Missa.*

In II. Vesp. comm. S. Pauli Apost., sequentis, et Feriæ in Quadragesima.

http://ccwatershed.org

23. S. Petri Damiani Episcopi, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris, O. N. *Duplex.*

Aña. O Doctor óptime... beáte Petre. 461. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Concede nos, quæsumus omnipotens Deus, beáti Petri Confessoris tui atque Pontíficis mónita & exémpla sectári : † ut per terréstrium rerum contémptum, * ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

In Quadrag. comm. Feriæ.

Si non venerit in Quadragesima vel non sit annus bissextilis, ad Laudes fit comm. **Vigiliæ S. Mathiæ.** *In anno bissextili de Vigilia fit die 24. Februarii.*

Oratio.

Da, quæsumus omnipotens Deus : * ut beáti Mathíæ Apóstoli tui, quam prævenímus, veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

Vesperæ, si non est bissextilis, de seq., comm. præced. et Feriæ in Quadrag.

24. vel 25. anno bissextili.

Sancti MATHIÆ Apostoli. Dupl. 2. cl.

Oratio.

Deus, qui beátum Mathíam Apostolórum tuórum collégio sociásti : † tribue, quæsumus ; ut ejus interventióne, * tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum.

Comm. S. Petri Damiani, quoties non est bissextilis. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit. *Postea Feriæ in Quadragesima.*

In Vesp. comm. sequentis et Feriæ in Quadragesima.

25. [26]. SS. VII. Fundatorum Ord. Serv. B. M. V. Confessorum. *Duplex.*

In I. Vesperis, pro commem. Antiphona.

1. J



NON re-cé- det laus tu- a, Virgo Ma-rí- a, de o-

re hómi-num, qui mémo-res fú- e- rint vir-tú- tis Dómi-ni



in æ-térnum, pro qui-bus non pe-perci- sti á-nimæ tu- æ.



E u o u a e.

℣. Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt.
℟. Semen eórum & glória eórum non derelinquétur.

Oratio ut infra ad Laudes, 587.

¶ *Si I. Vesperæ dicendæ sint integræ, omnia ut in II. Vesperis, excepta Antiphona ad Magnificat.*

Ad Laudes.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

Capitulum. *1. Petr. 4.*

CARISSIMI : Communicántes Christi passiónibus gaudéte, † ut & in revelatióne ejus * gaudeátis exsultántes.

℟. *br.* Amávit eum Dóminus. 456.

Hymnus.

8.



MAtris sub almæ númi-ne Septé-na pro-les násci-tur:



Ipsa vo-cánte, ad árdu- um Tendit Se-ná-ri vérti-cem.

Quos terra fructus próferet
Dum sacra proles gérminat,
Uvis repénte túrgidis
Onústa vitis præmonet.

Virtúte claros nóbili
Mors sancta cælo cónsecrat :
Tenent olympi límina
Servi fidéles Vírginis.

Cohors beáta, Núminis
Regno potíta, réspice
Quos hinc recédens fráudibus
Cinctos relinquis hóstium.

Virgo, per almæ vúlnera
Matris rogámus súpplices :
Mentis tenébras disjice,
Cordis procéllas cómprime.

Tu nos, beáta Trínitas,
Perfúnde sancto róbore,
Possímus ut felíciter
Exémpla patrum súbsequi.
Amen.

℣. Sit memória illórum in benedictióne.
℟. Et ossa eórum púllulent de loco suo.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. c

ECce quam bonum & quam jucúndum habi-



tá- re fratres in unum! E u o u a e.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui ad recoléndam memóriam dolórum sanctíssimæ Genitrícis tuæ, per septem beátos Patres nova servórum ejus família Ecclésiam tuam fœcundásti : † concéde propítius, ita nos eórum consociári flétibus, * ut perfruámur & gáudiis. Qui vivis & regnas.

Comm. Feriæ in Quadragesima.

Ad Tertiam. *Capitulum.* Caríssimi. *e Laudibus.*

In II. Vesperis.

Antiphonæ et Psalmi de Communi. Capit. Caríssimi. *e Laudibus.* ℣. *br.* Os justi.

Hymnus.

1.



BElla dum la- te fú-re-rent, & urbes Cæde fra-tér-



na géme-rent cru- éntæ, Adfu- it Virgo, no-va semper

http://ccwatershed.org

e-dens Mú-ne-ra matris.

En vocat septem fámulos, fidéles
Ut sibi in luctu récolant dolóres
Quos tulit Jesus, tulit ipsa consors
Sub cruce Nati.

Illico parent Dóminæ vocánti :
Spléndidis tectis opibúsque spretis,
Urbe secédunt procul in Senári
Abdita montis.

Córpora hic pœnis crúciant acérbis,
Sóntium labes hóminum piántes :
Hic prece avértunt lacrimísque fusis
Núminis iram.

Pérdolens Mater fovet, atque amíctum
Ipsa lugúbrem monet induendum :
Agminis sancti pia cœpta surgunt,
Mira patéscunt.

Palmes in bruma víridans honóres
Núntiat patrum : próprios Maríæ
Ore lacténti vócitant puélli
Nómine Servos.

Sit decus Patri, genitǽque Proli,
Et tibi, compar utriúsque Virtus,
Spíritus semper, Deus unus omni
Témporis ævo. Amen.

℣. Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt.
℟. Semen eórum & glória eórum non derelinquétur.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



NOmen e- ó-rum pérma-net in æ-térnum, pérmanens

ad fi-li- os e- ó-rum, sanctó- rum vi-ró-rum gló-ri- a.



E u o u a e.

Comm. Feriæ in Quadragesima.

27. [28.] S. Leandri Episcopi, Confessoris, et Doctoris O. N. *Duplex.*

Aña. O Doctor óptime... beáte Leánder. 461.

Oratio.

Deus, qui Ariánam pravitátem doctrína sancti Confessóris tui atque Pontíficis Leándri ab Hispánia repulísti : † da plebi tuæ, ut ejúsdem méritis & précibus, * ab omni errórum & vitiórum labe semper líbera conservétur. Per Dóminum.

In Quadrag. comm. Feriæ.

FESTA MARTII.

1. B. Joannæ Mariæ Bonomi Virginis O. N.

Duplex.

Oratio.

Domine Jesu Christe, virtútum ómnium exémplar & præmium, qui beátam Joánnam Maríam Vírginem tuam admirábili patiéntia pro nóminis tui amóre decorásti : † da pópulo tuo, ejus solémnia celebránti, ita sequi vestígia, * ut assequátur & præmia. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

In Quadrag. comm. Feriæ.

3. S. Cunegundis Imperatricis, Virg. O. N.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui beátæ Cunegúndi Vírgini tuæ terréna despícere, & ad cæléstis impérii culmen anheláre tribuísti : † concéde, quǽsumus ; ut ejus imitatióne, calcátis mundi illécebris, * ad gáudia ætérna secúri perveníre valeámus. Per Dóminum.

In Quadrag. comm. Feriæ. — In II. Vesp. comm. ut infra.

4. S. Casimiri Confessoris. *Semid.*

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

http://ccwatershed.org

Oratio.

Deus, qui inter regáles delícias & mundi illécebras sanctum Casimírum virtúte constántiæ roborásti: † quæsumus, ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despíciant, * & ad cæléstia semper adspirent. Per Dóminum.

Deinde in Quadrag. comm. Feriæ.

Postea **S. Lucii I.** *Pap. Mart. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Lúcii Mártyris tui atque Pontíficis annua solemnitáte lætíficas: * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

In Laud. comm. Feriæ in Quadrag., deinde S. Lucii. Aña. Qui odit 435. ℣. Justus ut palma.

6. Ss. Perpetuæ et Felicitatis Martyrum.

Duplex.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V. Capitulum ut infra ad Laudes.

℟. br.



STe-té-runt ante thronum, * In conspé- ctu Agni. ℣. Et



palmæ in má-nibus e- á-rum. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

2.



CHristi Sponsa pi- is láudi-bus éf-fe-rat Bi-nas impa-



vi-do péctо-re fémi-nas: In sexu frá-gi-li corda vi-ri-

li-a Hymnis pangat o-vánti-bus.

Ad lucem génitæ sole sub Africo,
Nunc ambæ púgiles áctibus ínclytis
In toto rádiant orbe: micántibus
Fulgent témpora láureis.

Exornat géneris Perpétuam decus;
Sponso connúbiis juncta recéntibus
Clarescit: sed honos hanc trahit áltior,
Christi fœdera prætulit.

Se Regis fámulam libera prófitens,
Dum servíle jugum Felícitas subit:
Ad luctam próperans gréssibus æmulis,
Palmas ad símiles volat.

Frustra Perpétuam flétibus & minis
Impúgnat génitor: quæ simul ángitur,
Errántem miserans. Oscula fílio
Lacténti dedit última.

Terris Heva parens quæ mala cóntulit,
Horum sentit onus Felícitas grave,
Nunc & passa sibi partúriens gemit,
Mox passúra Deo libens.

Laus ætérna Patri, laus quoque Fílio,
Par indivíduo glória Flámini:
In cunctis résonet christíadum choris
Virtus Martyribus data. Amen.

℣. Glória & honóre coronásti eas Dómine.
℟. Et constituísti eas super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnificat, Antiphona.

1 g.



PErpé- tu- a cru-dé-li-ter jactá-ta surré-xit, & e-



i-sam Fe-li-ci-tá-tem cum vi-dísset, accés- sit, & manum



e- i trá-di-dit, & suble-vá-vit il-lam. E u o u a e.

In Quadrag. comm. Feriæ.

http://ccwatershed.org

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G

ILlúxit di- es victó-ri- æ, & pro-cessé-runt de cárce-re in amphithe- á- trum quasi in cæ-lum. E u o u a e.

2. Aña. 2. D

SEquebá-tur Perpé-tu- a plá-ci-do vultu, & pedum incéssu ut matróna Chri-sti di- lécta. E u o u a e.

3. Aña. 3. à

FE-lí-ci- tas salvam se pe-pe-rísse gau-dé-bat, ut ad bésti- as pugná-ret. E u o u a e.

4. Aña. t. pereg.

MArty-res Dómi-ni Dómi-num be-ne-dí-ci-te in æ-térnum. E u o u a e.

5. Aña. 7. a

IN fi- de sta-te, & invi-cem omnes di-li-gi-te, & passi- ó-ni-bus nostris ne scanda-li-zémi-ni. E u o u a e.

Capitulum. *Apoc. 12. c.*

VICERUNT propter sánguinem Agni, † & propter verbum testimónii sui, * & non dilexérunt ánimas suas usque ad mortem.

℟. br.

TAmquam aurum in forná-ce * Probá-vit e- as Dóminus. ℣. Et qua-si ho-locáustum accé-pit e- as. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

2.

LUxit cla- ra di- es, vínce-re qua da-tur Athlé-tis Dómini. Pérgi-te Márty-res : Omnis Perpé-tu- am cú-ri- a cæ-li-tum, Et te, Fe- lí-ci-tas, cu-pit.

Quassat Perpétuæ membra tenérrima,
Fidam sociam béllua. Te soror
Stans, o Felícitas, ad nova prœlia
Eréctam réparat manu.

E cælo púgilum respíciens Deus
Certámen, géminas ad bravium vocat :
Effúso próperet sánguine spíritus,
In Christi rémeans sinum.

Optátus pénetrat córpora Mártyrum
Lictóris gládius : sed trépidam manum
Fortis Perpétuæ déxtera dírigit
Præbens gúttura cúspidi.

http://ccwatershed.org

Nunc, o magnánimæ, gáudia quæ manent
In sponsi thálamo cárpite júgiter;
Vos exémpla dedit: præsídium potens
Vestris ferte cliéntibus.

Laus ætérna Patri, laus quoque Fílio,
Par individuo glória Flámini:
In cunctis résonet christiadum choris
Virtus Martyribus data.
Amen.

℣. Coram homínibus torménta passæ sunt.
℟. Spes illárum immortalitáte plena est.

Ad Benedictus, Antiphona.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuæ & Felicitátis palmas incessabíli devotióne venerári: † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

In Quadrag. comm. Feriæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Sequebátur Perpétua. *Capit. e Laudibus.*

℣. Glória & honóre coronásti eas Dómine.
℟. Et constituísti eas super ópera mánuum tuárum.

Ad Sextam. *Aña.* Felícitas.

Capitulum. *Apoc. 6. c.*

Datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ: † & dictum est illis, ut requiéscerent adhuc tempus módicum, * donec compleántur consérvi eárum.

℣. Exsultavérunt fíliæ Judæ.
℟. Propter judícia tua Dómine.

http://ccwatershed.org

Ad Nonam. *Aña.* In fide state.

Capitulum. *Apoc. 7. d.*

Venérunt de tribulatióne magna, † & lavérunt stolas suas, * & dealbavérunt eas in sánguine Agni.

℣. Elégit eas Deus, & præelégit eas.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eas.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Feriæ in Quadrag.

¶ Si hoc Festum habeat II. Vesperas integras, omnia ut in I. Vesperis, præter ℣. et Añam ad Magnificat, ut infra.

7. S. Thomæ de Aquino Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

Ad Magnificat, Aña. O Doctor... beáte Thoma. 461.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ Confessóris tui mira eruditióne claríficas, & sancta operatióne fœcúndas: † da nobis, quæsumus, & quæ dócuit, intelléctu conspícere, * & quæ egit, imitatióne complére. Per Dóminum.

Pro commem. Ss. Perpetuæ et Felicitatis, Aña.

℣. Coram homínibus torménta passæ sunt.
℟. Spes illárum immortalitáte plena est.

Deinde in Quadrag. comm. Feriæ.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Feriæ in Quadrag.

8. S. Joannis de Deo Confessoris. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui beátum Joánnem, tuo amóre succénsum, inter flammas innóxium incédere fecísti, & per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti : † præsta, ipsíus suffragántibus méritis, de igne caritátis tuæ vítia nostra curéntur, * & remédia nobis ætérna provéniant. Per Dóminum.

Comm. S. Thomæ. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit. *Postea Feriæ in Quadrag.*

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Feriæ in Quadrag.

9. S. Franciscæ Viduæ Romanæ. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui beátam Francíscam fámulam tuam, inter cétera gratiæ tuæ dona, familiári Angeli consuetúdine decorásti : † concéde quæsumus ; ut intercessiónis ejus auxílio, * Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Comm. S. Joannis de Deo. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Postea Feriæ in Quadrag.*

In II. Vesp. comm. seq., et Feriæ in Quadrag.

10. Ss. Quadraginta Martyrum. *Semid.*

Aña. Istórum est enim. 445. ℣. Lætámini in Dómino.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : † ut qui gloriósos Martyres fortes in sua confessióne cognóvimus, * pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Comm. Feriæ.

http://ccwatershed.org

Die 12. Martii.

In Festo S. Gregorii Magni, Papæ,

Confessoris O. N. et Ecclesiæ Doctoris.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica.

℟. *br.* Elégit eum Dóminus. *de Communi,* 451.

Hymnus. 4.



Tu largas opum cópias,
Omnémque mundi glóriam
Spernis, ut inops inopem
Jesum sequáris príncipem.

Vidétur egens náufragus,
Dum stipem petit Angelus :
Tu munus jam post géminum,
Præbes & vas argénteum.

Ex hoc te Christus témpore,
Suæ præfert Ecclésiæ :

Sic Petri gradum pércipis,
Cujus & normam séqueris.

O Póntifex egrégie,
Lux & decus Ecclésiæ,
Non sinas in perículis,
Quos tot mandátis instruis.

Sit Patri laus ingénito,
Sit decus Unigénito :
Sit utriúsque párili
Majéstas summa Flámini. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus.

Ad Magnificat, Aña. O Doctor óptime... beáte Gregóri, 401.
Comm. Feriæ.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. f



B E-á-tus Gregó-ri-us in cáthedra Pe-tri subli-

má- tus, vi-gi-lántis no-men factis implé-vit. E u o u a e.

2. Aña. 3. c



P Astor ex-ími-us pasto-rá-lis vi- tæ spé-cimen trá-di-



dit & régu-lam. E u o u a e.

3. Aña. 7. a

D UM pá-ginæ sacræ mysté-ri- a pánde-ret, co-lum-

ba ni-ve candi-di- or ap-pá-ru- it. E u o u a e.

4. Aña. 7. a

S Ervi Dómi-ni be-ne-dí-ci-te Dóminum : servus ve-



ster Gre-gó-ri- us cælos ascéndit. E u o u a e.

5. Aña. 1. g



G Re-gó- ri- us, mo-nachó-rum spé-cu-lum, pa-ter Urbis,



orbis de-lí-ci- æ. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 50.*

Ecce sacérdos magnus, † qui in vita sua suffúlsit domum, * & in diébus suis corroborávit templum.

℟. br. Amávit eum Dóminus. 456.

Hymnus.

4.



M Ella cor obdulcánti- a Tu- a distil-lant lá-bi- a :



Flagrantum vim a- róma-tum Tu- um vincit e-lóqui- um.

Scriptúræ sacræ mystica
Miro solvis ænígmata :
Theórica mystéria
Te docet ipsa Véritas.

Tu nactus apostólicam
Vicem simul & glóriam :
Nos solve culpæ néxibus,
Redde polórum sédibus.

O Póntifex egrégie,
Lux & decus Ecclésiæ,
Non sinas in periculis,
Quos tot mandátis ínstruis.

Sit Patri laus ingénito,
Sit decus Unigénito :
Sit utriúsque párili
Majéstas summa Flámini.
Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.

6. F



G Re-gó- ri- us, respí- ci- ens Angló-rum jú-ve-nes, a-

it : Angé-li-cam ha-bent fá- ci- em, & ta-les Ange- ló-rum

in cæ- lis de-cet es-se con-sórtes. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui ánimæ fámuli tui Gregórii ætérnæ beatitúdinis præmia contulísti : † concéde propítius ; ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, * ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóminum.

Comm. Feriæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Pastor exímius. *Capit. e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus.

Ad Sextam. *Aña.* Dum páginæ sacræ.

Capitulum. *Eccli. 47. b.*

Stare fecit cantóres contra altáre, & in sono eórum dulces fecit modos. † Et dedit in celebratiónibus decus, * & ornávit témpora usque ad consummatiónem vitæ.

℣. Elégit eum Dóminus.

Ad Nonam. *Aña.* Gregórius.

Capitulum. *Eccli. 50.*

Curavit gentem suam, & liberávit eam a perditióne. † Qui præváluit amplificáre civitátem, * & adéptus est glóriam in conversatióne gentis.

℣. Tu es sacérdos.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesperis de Commun. Conf. Pontificis.

Capitulum, ℟. *br. et Hymnus ut in I. Vesperis.* ℣. Justum dedúxit. *Ad Magnif. Aña.* O Doctor óptime. 461. — *Comm. Feriæ.*

17. S. Patritii Episcopi et Conf. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui ad prædicándam géntibus glóriam tuam beátum Patrítium Confessórem atque Pontíficem míttere dignátus es : ejus méritis & intercessióne concéde ; † ut quæ nobis agénda præcipis, * te miseránte adimplére possímus. Per Dóminum.

Comm. Feriæ. — Vesp. de seq., comm. præced. et Feriæ.

http://ccwatershed.org

18. Festum S. Gabrielis Archangeli.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica.

Resp. breve.



A-SCENDIT fumus a-róma-tum * In conspé- ctu



Dómini. ℣. De manu Ange-li. Gló-ri- a Patri.

Tempore Paschali, ut notatur die 29. Septembris pro eodem tempore.

Hymnus.



Tibi Christe splendor Patris, Vi-ta, virtus córdi- um,



In conspéctu Ange- ló-rum Vo-tis, vo-ce psállimus ; Alter-

nántes concre-pándo, Me-los da-mus vó-ci-bus.

Collaudámus venerántes
Omnes cæli príncipes :
Sed præsértim Gabriélem,
Dei fortitúdinem,
Regis suprémi legátum,
Paranymphum Vírginis.

Quo custóde procul pelle,
Rex Christe piíssime,
Omne nefas inimíci :
Mundo corde & córpore,
Paradíso redde tuo
Nos sola cleméntia.

Glóriam Patri melódis
Personémus vócibus,
Glóriam Christo canámus,
Glóriam Paráclito,
Qui trinus & unus Deus
Exstat ante sæcula. Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. d

INgréssus Gábri- el Ange-lus ad Ma-rí- am Vír-gi-nem, di-xit : Ave grá-ti- a ple-na, Dóminus te-cum : bene-dícta tu in mu-li- é-ri-bus. E u o u a e.

Comm. S. Patritii. Aña. Amávit eum. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 600. *Deinde Feriæ.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G

INgrésso Zacha-rí- a templum Dómi-ni, appa-ru- it e- i Gábri- el Ange-lus, stans a dextris al-tá-ris incénsi. E u o u a e.

2. Aña. 1. f

A- it autem Ange-lus : Ne time- as Zacha-rí- a : quó-ni- am exaudí-ta est depre-cá-ti- o tu- a. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

3. Aña. 6. F

E- go sum Gábri- el Ange-lus, qui adsto ante De- um, & missus sum loqui ad te. E u o u a e.

4. Aña. 7. d

GAbri- el Ange-lus lo-cú-tus est Ma- rí- æ, di-cens : Ecce conci-pi- es in ú-te-ro, & pá-ri- es fí-li- um, & vo-cabis nomen e-jus Je-sum. E u o u a e.

5. Aña. 4. E

DI-xit autem Ma-rí- a ad Ange-lum : Quómo-do fi- et i- stud, quó-ni- am vi- rum non cognósco? Et respón-dens Gábri- el Ange-lus, di-xit e- i : Spí-ri-tus Sanctus supervé-ni- et in te, & vir-tus Altís- simi obumbrá-bit ti-bi. E u o u a e.

Capitulum. *Dan. 9. f.*

Ecce vir Gábriel, quem víderam in visióne a princípio, cito volans tétigit me in témpore sacrifícii vespertíni. † Et dócuit me, & locútus est mihi, * dixítque : Dániel, nunc egréssus sum ut docérem te, & intellígeres.



¶ *Tempore Paschali, ut notatur die 29. Septembris pro eodem tempore.*

Hymnus.



Angelus fortis Gábriel, ut hostem
Pellat antíquum, vólitet ab alto,
Sæpius templum véniens ad istud
Vísere nostrum.

Hinc Dei nostri génitrix María,
Totus & nobis chorus Angelórum
Semper assístat, simul & beáta
Cóncio tota.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cujus réboat in omni
Glória mundo.
Amen.

http://ccwatershed.org

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

Deus, qui inter céteros Angelos, ad annuntiándum Incarnatiónis tuæ mystérium, Gabriélem Archángelum elegísti : † concéde propítius ; ut qui festum ejus celebrámus in terris, * ipsíus patrocínium sentiámus in cælis. Qui vivis & regnas.

Comm. Feriæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Ait autem Angelus. *Capit. e Laudibus.*

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Sextam. *Aña.* Ego sum.

Capitulum. *Dan. 9. f.*

Ecce autem veni ut indicárem tibi, quia vir desideriórum es. Septuagínta hebdómades abbreviátæ sunt, ut finem accípiat peccátum, † & impleátur vísio & prophetía, * & ungátur Sanctus sanctórum.

℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.
℟. De manu Angeli.

Ad Nonam. *Aña.* Dixit autem.

Capitulum. *Dan. 9. g.*

SCITO ergo, & animadvérte : † ab éxitu sermónis ut iterum ædificétur Jerúsalem, usque ad Christum ducem, * hebdómades septem, & hebdómades sexagínta duæ erunt.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Vesperæ de S. Joseph, comm. Feriæ tantum.

¶ *Si Festum S. Gabrielis habeat II. Vesperas, omnia ut in I. Vesp. sed loco ultimi Ps., dicitur Ps.* Confitébor tibi... quóniam. 100.
℣. In conspéctu Angelórum. *ut supra ad Nonam.*

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

ARchánge-lus Gábri- el a- it ad Ma-rí- am : Non e- rit impossí-bi- le apud De- um omne verbum. Dixit autem Ma- rí- a : Ecce ancílla Dómi-ni, fi- at mi-hi secúndum verbum tu- um. Et discéssit ab e- a Ange-lus.

Die 19. Martii.

S. JOSEPH, SPONSI B. M. V.

Duplex 1. classis.

Si hoc Festum venerit in Majori Hebdomada, transfertur post Octavam Paschæ, et ubique additur Allelúia *juxta ritum paschalem.*

IN I. VESPERIS.

1. Aña. 1. g

JACOB au-tem génu- it Jo-seph, vi-rum Ma-rí- æ, de qua na-tus est Je-sus, qui vo-cá-tur Christus. E u o u a e. *Ps. de Dominica.*

2. Aña. 2. D

MIs-sus est Ange-lus Gábri- el a De- o ad Vírginem desponsá- tam vi-ro cu- i nomen e-rat Jo-seph, de

http://ccwatershed.org

domo Da-vid : & nomen Vírgi-nis Ma-rí- a. E u o u a e.

3. Aña. 3. a

C Um es-set desponsá-ta ma-ter Je-su Ma-rí- a Jo-seph, ántequam conve-ní- rent, invénta est in ú-te-ro ha-bens de Spí- ri-tu Sancto. E u o u a e.

4. Aña. 4. E

J O-seph vir e-jus, cum esset justus, & nollet e-am tra-dú-ce-re, vó-lu- it occúlte di-mítte-re e- am.

E u o u a e.

Capitulum. *Prov. 28 et 27.*

VIR fidélis multum laudábitur. * Et qui custos est Dómini sui, glorificábitur.

℟. br. I Nvo-cá-vi Dó-minum, * Pa-trem Dó- mi-ni me- i.

℣. Ut non de-re-linquat me in di- e tri-bu-la- ti- ó-nis. Gló-

ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

T. Pasch. ℟. br.

I Nvo-cá-vi Dóminum, Patrem Dó-mi-ni me- i, * Al-le- lú-ia, alle- lú- ia. ℣. Ut non de-re-linquat me in di- e tri-bu-la- ti- ó-nis. Gló-ri- a Patri. *ut supra.*

Hymnus.

T E, Jo-seph, cé-lebrent ágmi-na cæ-li-tum : Te cuncti re-so-nent chri-sti- a-dum cho-ri, Qui cla- rus mé-ri-tis, jun-ctus es íncly-tæ Casto fœ-de-re Vír-gi-ni.

Almo cum tú-mi-dam gérmi-ne cónju-gem Admí-rans, dú-bi- o tánge-ris anxi- us, Afflá- tu sú-pe-ri Flámi-nis Ange-lus Concéptum

http://ccwatershed.org

pú- e-rum do-cet. Tu na-tum Dómi-num stringis, ad éxteras

Ægypti pró-fugum tu séque- ris plagas ; Amís-sum Só-lymis

quæ-ris, & inve-nis, Miscens gáu-di- a flé- ti-bus.

Post mortem réliquos mors pia cónsecrat,
Palmámque eméritos glória súscipit :
Tu vivens, Súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte beátior.

Nobis, summa Trias, parce precántibus,
Da Joseph méritis sidera scandere :
Ut tandem líceat nos tibi pérpetim
Gratum prómere cánticum. Amen.

℣. Constítuit eum dóminum domus suæ.
℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. a

E Xsúrgens Jo-seph a somno, fe- cit sic-ut præcepit

e- i Ange-lus Dómini, & accé- pit cónju-gem su-am.

E u o u a e.

Oratio ut ad Laudes. In Quadrag. comm. Feriæ.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solemni Confessorum.*

http://ccwatershed.org

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 7. d

IBANT pa-réntes Je-su per omnes annos in Je-rú-sa-

lem, in di- e so-lémni Paschæ. E u o u a e.

2. Aña. 2. D

C UM red-i-rent, remánsit pu- er Je-sus in Je-rú-sa-

lem, & non cognove- runt pa-réntes e-jus. E u o u a e.

3. Aña. 3. a

N ON inve-ni- éntes Je-sum, regréssi sunt in Je-rú-sa-

lem re-qui-réntes e-um ; & post trí-du-um inve-né-runt illum

in templo se-déntem in mé-di- o doctó-rum, audi-éntem &

interro-gántem e- os. E u o u a e.

4. Aña. 4. E

D I-xit ma-ter e-jus ad illum : Fi- li, quid fe- cí-

sti no-bis sic? Ecce pa-ter tu-us & e-go do-lén-tes quæ-

re-bámus te. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

D Escén-dit Je-sus cum e- is, & ve-nit Ná-za-reth,

& e- rat súbdi-tus il-lis. E u o u a e.

Capitulum. *Prov. 28 et 27.*

VIR fidélis multum laudábitur. * Et qui custos est Dómini sui, glorificábitur.

℟. br.

C Onstí-tu- it e- um * Dómi-num do- mus su-æ. ℣. Et

prínci-pem omnis possessi- ó-nis su-æ. Gló-ri- a Patri.

T. Pasch. ℟. br.

C Onstí-tu- it e- um dóminum domus su-æ, * Al-le-lú-

ia, alle-lú-ia. ℣. Et prínci-pem omnis possessi- ó-nis su-æ.

Gló-ri- a Patri.

http://ccwatershed.org

Hymnus.

8.

I -ste, quem læ-ti có-limus fi-dé-les, Cu-jus excélsos

ca-nimus tri-úmphos, Hac di- e Jo-seph mé-ru- it per-énnis

Gaudi- a vi-tæ.

O nimis felix, nimis o beátus!
Cujus extrémam vigiles ad horam
Christus & Virgo simul adstitérunt
Ore seréno.

Hinc stygis victor, láqueo solútus.
Carnis, ad sedes plácido sopóre
Migrat ætérnas, rutilísque cingit
Tempora sertis.

Ergo regnántem flagitémus omnes [stris
Adsit ut nobis, veniámque nostris
Obtinens culpis, tribuat supérnæ
Múnera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint honóres,
Trine, qui regnas, Deus, & corónas
Aureas servo tribuis fidéli
Omne per ævum. Amen.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. d

I -pse Je-sus e-rat inci-pi- ens qua- si annó-rum

tri-ginta, ut pu-ta-bá- tur fí-li- us Jo-seph. E u o u a e.

Oratio.

SANCTISSIMÆ Genitrícis tuæ Sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur: † ut quod possibílitas nostra non óbtinet, * ejus nobis intercessióne donétur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

In Quadrag. comm. Feriæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Cum redirent. *Capit. e Laudibus.*

℣. Constítuit eum dóminum domus suæ.
℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ.

Ad Sextam. *Aña.* Non inveniéntes Jesum.

Capitulum. *Eccli. 45.*

DILECTUS Deo & homínibus, cujus memória in benedictióne est. In fide & lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, * & elégit eum ex omni carne.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Ad Nonam. *Aña.* Descéndit Jesus cum eis.

Capitulum. *Sap. 10.*

PROFUGUM justum dedúxit Sapiéntia per vias rectas, † & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam sanctórum: * honestávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus.

℣. Justus germinábit sicut lílium.
℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi, Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Glória & divítiæ in domo ejus.
℟. Et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Comm. sequentis et Feriæ.

20. S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani,

Confessoris et Ecclesiæ Doctoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Aña. O Doctor... beáte Cyrílle. 461. ℣. Amávit eum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus, beáto Cyríllo Pontífice intercedénte, te solum verum Deum, & quem misísti Jesum Christum, ita cognóscere: † ut inter oves, quæ vocem ejus áudiunt, * perpétuo connumerári mereámur. Per eúmdem Dóminum.

In Vesperis de S. Benedicto, comm. Feriæ tantum.

¶ *Si sequens Festum S. P. Benedicti inciderit in Majorem Hebdomadam, transferatur in Feriam III. post Dominicam in Albis tamquam in diem propriam, translatoque quocumque alio Festo, etiam ejusdem ritus, in eam incidente. Tunc in Hymno Vesperarum, ubi dicitur,* Hac die summi Benedíctus arcem, *dicatur,* Aurea summi Benedíctus arce Gaudet olympi. *In Oratione omittantur verba* hodiérna die. *In II. Vesperis Aña ad Magnificat incipiet,* Sanctus Benedíctus; *et in Invitatorio in fine ejusdem mutetur vox* hódie, *in particulam* &. *Item Antiphonis,* ℣℣. & ℟℟. *addatur* Allelúia, *quod duplicatur in Responsoriis brevibus.*

http://ccwatershed.org

Die 21. Martii.

SOLEMNITAS TRANSITUS S. P. Benedicti Abbatis.

Duplex 1. classis.

IN I. VESPERIS.

Antiphona. Fuit vir. *cum reliquis de Laudibus. Ps. de Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 50.*

ECCE Conféssor magnus, † qui quasi stella matutína in medio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis lucet : * & quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei.

Resp. breve.

SANCTE Pa-ter Be-ne- di-ςte, * Interce-de pro no- bis. ℣. Ut digni ef-fi-ci- ámur promissi- ó-ni-bus Chri-sti. Gló-ri- a Patri, & Fi- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

Antiph. 8.

SAncte Pa-ter Bene-dícte, intercé- de pro no-bis, * Al-le- lú-ia, al-le- lú- ia. ℣. Ut digni ef-fi-ci- ámur promissi- ó- ni- bus Christi. Gló-ri- a Patri. *ut supra.*

Tonus simplex.

SAncte Pa-ter Bene-dícte, * Intercéde pro no-bis. ℣. Ut digni ef-fi- ci- ámur promissi- ó-nibus Christi. Gló-ri- a Patri, & Fi-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

4.

LAudi-bus ci-ves ré-so-nent canó-ris, Templa so-lémnes modu-léntur hymnos: Hac di- e summi Be-ne-díctus arcem

Extra diem Transitus : Au-re- a sum-mi Be-ne-díctus arce

Scandit o-lympi.

Gaudet o-lympi.

http://ccwatershed.org



Inter urtícas rigidósque sentes
Vicit altrícem scélerum juvéntam :
Inde conscrípsit documénta vitæ
Pulchra beátæ.

Ǽream turpis Clárii figúram,
Et nemus stravit Véneri dicátum,
Atque Baptístæ pósuit sacráto
Monte sacéllum.

Jamque felíci résidens olympo
Inter ardéntes Séraphim catervas
Spectat, & dulci réficit cliéntum
Corda liquóre.

Glória Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriúsque semper
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli.
Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

http://ccwatershed.org

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui (hodiérna die) carnis edúctum ergástulo sanctíssimum Confessórem tuum Benedíctum sublevásti ad cælum : * concéde, quæsumus, hæc festa tuis fámulis celebrántibus cunctórum véniam delictórum; ut qui exsultántibus ánimis ejus claritáti congáudent, ipso apud te interveniénte consociéntur & méritis. Per Dóminum nostrum.

Comm. Feriæ in Quadragesima.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solemni Confessorum.*

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 8. G

2. Aña. 8 a



quam vi-tæ hu-jus fa-vó-ri-bus extól-li. E u o u a e.

3. Aña. 8. c

Glo-ri-ó-sus Conféssor Dómini vi- tam an-ge-li-cam ge-rens in terris, spé-cu-lum bo-nó-rum ó-pe-rum factus est mundo : & íd-e- o cum Chri-sto jam si-ne fi-ne gaudet in cæ-lis. E u o u a e.

4. Aña. 4. E

Erat vir Dómi-ni Be-ne-dictus vultu plá-ci-do, mo-ribus de-co-rá-tus angé-li-cis, tantáque circa e- um cla-ri-tas excré-ve-rat, ut in terris pó-si-tus in cæ-lésti-bus ha-bi-tá-ret. E u o u a e.

5. Aña. 1. f

Vir De- i Bene-díctus ómni- um justó-rum spi-ri-tu ple-nus fu- it : ipse intercé- dat pro cunctis mo-ná-sti- cæ pro-fessi- ó-nis. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 50.*

Ecce Conféssor magnus, † qui quasi stella matutina in médio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis lucet : * & quasi sol refulgens, sic ille effúlsit in templo Dei.

℣. ℟. Amávit eum Dóminus. 456.

Hymnus.

4.

Inter ætérnas Súpe-rum co-rónas, Quas sacro partas re-ti-nent a-gó-ne, Emi-cas cel-sis mé-ri-tis co-rúscus, O Be-ne-dicte.

Sancta te compsit púerum senéctus,
Nil sibi de te rápuit volúptas,
Aruit mundi tibi flos ad alta
Mente leváto.

Hinc fuga lapsus, pátriam, paréntes
Déseris, fervens némorum colónus;
Indomas carnem, subigísque Christo
Tortor acérbus.

Ne diu tutus látebras fovéres,
Signa te produnt óperum piórum :
Spárgitur felix céleri per orbem
Fama voláto.

Glória Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriúsque semper,
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli.
Amen.

http://ccwatershed.org

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui (hodiérna die) carnis edúctum ergástulo sanctíssimum Confessórem tuum Benedíctum sublevásti ad cælum : † concéde, quæsumus, hæc festa tuis fámulis celebrántibus cunctórum véniam delictórum ; * ut qui exsultántibus ánimis ejus claritáti congáudent, ipso apud te interveniénte consociéntur & méritis. Per Dóminum.

Comm. Feriæ in Quadragesima.

Ad Tertiam. *Aña.* Beátus vir Benedíctus. *Capit. e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus.

Ad Sextam. *Aña.* Gloriósus.

Capitulum. *Eccli. 50.*

In diébus ipsíus emanavérunt pútei aquárum, † & quasi mare adimpléti sunt supra modum. * Qui curávit gentem suam, & liberávit eam a perditióne.

℣. Os justi.

Ad Nonam. *Aña.* Vir Dei Benedíctus.

Capitulum. *Eccli. 50. b.*

Quasi vas auri sólidum, ornátum omni lápide pretióso. Quasi oliva púllulans, & cypréssus in altitúdinem se extóllens. Et circa illum coróna fratrum : quasi plantátio cedri in monte Líbano, * sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in glória sua.

℣. Lex Dei ejus.

http://ccwatershed.org

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

℣. Justum dedúxit.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tempore Paschali, sic variatur hæc Antiphona :



& in gló-ri-a ab Ange-lis suscéptus est, al-le-lú-ia.

E u o u a e.

In Quadrag. comm. Feriæ.

24. B. Josephi Mariæ Thomasii Conf.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

Deus, qui beátum Joséphum Maríam Confessórem tuum gloriósis méritis & doctrínis decoráre dignátus es : concéde propítius ; * ut ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Vesp. de Annuntiatione B. M. V., comm. B. Josephi Mariæ et Feriæ.

Die 25. Martii.

In Annuntiatione B. Mariæ Virginis.

Duplex 2. classis.

Si hoc Festum venerit in Dominica privilegiata, transferendum erit ad Feriam II immediate sequentem, translato quocumque Festo Duplici etiam æqualis, non tamen altioris ritus. De Festo autem Duplici minori (excepto Festo alicujus Doctoris Ecclesiæ) vel Semiduplici occurrente fit tantum commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus. Si vero occurrerit in Hebdomada Majori vel Paschali, transferendum erit (pari cum privilegio) in Feriam II. post Dominicam in Albis, finito ritu paschali.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V.

Capitulum et ℟. breve ut infra ad Laudes.

Hymnus. Ave maris stella. 492.

℣. Ave María, grátia plena. ℟. Dóminus tecum.

Ad Magnificat, Aña. 8. G

SPI-RITUS Sanctus in te descéndet Ma-ri-a, & vir-tus Altíssimi ob-umbrá-bit ti-bi. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Comm. B. Josephi Mariæ. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Et Feriæ.*

Ad Complet. et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Festis B. M. V.

http://ccwatershed.org

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G

MISSUS est Gábri- el Ange-lus ad Ma-rí-am Virgi-nem desponsá-tam Jo-seph. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Aña. 1. g

A-ve Ma-rí- a, grá-ti- a ple-na, Dómi-nus te-cum: be-ne-dícta tu * in mu-li- é-ri-bus. *T. P.* * in mu-li- é-ri-bus, al-le-lú-ia. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

NE tíme- as Ma-rí- a : inve-nísti grá- ti- am apud Dóminum : ecce concí- pi- es & pá-ri- es * fí- li- um. *T. P.* * fí-li- um, alle-lú-ia. E u o u a e.

Aña.

DA-bit e- i Dómi-nus se-dem Da-vid patris e- jus, & regná-bit in æ-térnum. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Aña. 8. c

ECce an-cilla Dómi-ni : fi- at mi-hi se-cúndum verbum tu-um. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 7. c.*

ECce virgo concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen ejus Emmánuel. * Bútyrum & mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, & elígere bonum.

℟. br.

ANge-lus Dómi-ni * Nunti- á-vit Ma-rí- æ. ℣. Et concé-pit de Spí-ri-tu Sancto. Gló-ri- a Patri.

T. Pasch. ℟. br.

ANge-lus Dómi-ni nunti- á-vit Ma-rí- æ, * Alle- lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Et concé-pit de Spí-ri-tu Sancto. Gló-ri- a Patri.

http://ccwatershed.org

Hymnus. O gloriósa Dómina. 495.

℣. Ave María, grátia plena. ℟. Dóminus tecum.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

DEUS, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: † præsta supplícibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. Feriæ in Quadragesima.

Ad Tertiam. *Aña.* Ave María. *Capit. e Laudibus.*

℣. Spécie tua.

Ad Sextam. *Aña.* Ne tímeas María.

Capitulum. *Luc. 1. d.*

DABIT illi Dóminus Deus sedem David patris ejus: † & regnábit in domo Jacob in ætérnum, * & regni ejus non erit finis.

℣. Adjuvábit eam.

Ad Nonam. *Aña.* Ecce ancílla Dómini.

Capitulum. *Isaiæ 11.*

EGREDIETUR virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascéndet. * Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

℣. Elégit eam Deus.

http://ccwatershed.org

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis.

℣. Ave María, grátia plena. ℟. Dóminus tecum.

Ad Magnificat, Antiphona.

In Quadrag. comm. Feriæ.

Feria VI. post Dominicam Passionis.

Festum Septem Dolorum B. Mariæ Virginis.

Duplex majus.

Si in hac Feria occurrerit Festum altioris ritus seu dignitatis, tunc Festum Septem Dolorum transferendum erit ad Sabbatum immediate sequens, quocumque Festo etiam æqualis non tamen altioris ritus seu dignitatis in eo incidente; quod si transferri ad Sabbatum non possit, erit omittendum.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus, quarta prætermissa. Psalmi ut infra.

Ps. 115. Crédidi, propter quod locútus sum. 90.

Ps. 119. Ad Dóminum cum tribulárer clamávi. 73.

Ps. 139. Eripe me Dómine ab hómine malo. 103.

Ps. 141. Voce mea ad Dóminum clamávi. 106.

Capitulum ut infra ad Laudes.

Resp. breve.

POSU- IT me * De- so-lá-tam. ℣. To-ta di-[illegible]
mæ-ró-re conféctam. Gló-ri- a Patri, & Fi-li- o, & [illegible]
Spi-ri-tu- i Sancto.

Hymnus.

6. STabat Ma-ter do-lo-ró-sa Juxta cru-cem lacrimó-sa,
Dum pendé-bat Fi- li- us.

Cujus ánimam geméntem,
Contristátam & doléntem
Pertransívit gládius.

O quam tristis & afflícta
Fuit illa benedícta
Mater Unigéniti!

Quæ mærébat, & dolébat,
Pia Mater dum vidébat
Nati pœnas íncliti.

Quis est homo qui non fleret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplício?

Quis non posset contristári,
Christi Matrem contemplári
Doléntem cum Fílio?

Pro peccátis suæ gentis,
Vidit Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.

Vidit suum dulcem Natum
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum.

Eia Mater, fons amóris
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum
Ut sibi compláceam. Amen.

℣. Ora pro nobis Virgo dolorosissima.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

TU- am ipsí- us á- nimam (a- it ad Ma-rí- am
Simé-on) pertransí-bit glá-di- us. E u o u a e.

Et fit comm. Feriæ.

Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Festis B. M. V.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. a VAdam ad montem myrrhæ, & ad col-lem thu-ris.
E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit. *cum reliquis.*

2. Aña. 2. D DI-lé-ctus me- us cándi-dus & ru-bi-cúndus: comæ
ca-pi-tis e-jus sic-ut púrpu-ra re- gis vincta ca-ná-li-bus.
E u o u a e.

3. Aña. 3. a QUO áb-i- it di-lé-ctus tu- us, o pulchér-rima mu-

http://ccwatershed.org



li- e-rum ? quo di-léctus tu- us de-cli-ná-vit ? E u o u a e.

4. Aña.
4. A



FAsci-cu-lus myrrhæ di-léctus me- us mi-hi, inter



úbe-ra me- a commo-rá-bi-tur. E u o u a e.

5. Aña.
1. f



FUlci- te me fló-ri-bus, sti-pá-te me ma-lis, qui- a



amó- re língue- o. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 53.*

QUIS crédidit auditui nostro ? & bráchium Dómini cui revelátum est ? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, * & sicut radix de terra sitiénti.

℟. br.

DE-us vi-tam me- am * Annunti- á-vi ti-bi. ℣. Po-



su- ísti lácrimas me- as in conspéctu tu- o. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

6.



VIrgo vírgi-num præclá-ra, Mi-hi jam non sis amára,

http://ccwatershed.org



Fac me te-cum plánge-re.

Fac ut portem Christi mortem,
Passiónis fac consórtem,
Et plagas recólere.

Fac me plagis vulnerári,
Fac me cruce inebriári,
Et cruóre Fílii.

Flammis ne urar succénsus,
Per te Virgo sim defénsus
In die judícii.

Christe, cum sit hinc exíre,
Da per Matrem me veníre
Ad palmam victóriæ.

Quando corpus moriétur,
Fac ut ánimæ donétur
Paradísi glória. Amen.

℣. Ora pro nobis Virgo dolorosíssima.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



CUM vi-disset Je-sus matrem stantem juxta cru-cem,



& discí-pu-lum quem di-li-gé-bat, di- cit ma-tri su- æ : Mú-



li-er, ecce fi- li- us tu- us. De- inde di-cit discí-pu-lo : Ec-



ce ma-ter tu- a. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis & Matris Maríæ dolóris gládius pertransívit : † concéde propítius ; ut qui transfixiónem ejus & passiónem venerándo recólimus, gloriósis méritis & précibus ómnium sanctórum cruci fidéliter adstántium intercedéntibus, * passiónis tuæ efféctum felícem consequámur. Qui vivis.

Et fit commemoratio Feriæ.

Oratio.

Deus, qui beátum Hermenegíldum Mártyrem tuum cælésti regno terrénum postpónere docuísti : † da, quæsumus, nobis ejus exémplo cadúca despícere, * atque ætérna sectári. Per Dóminum.

Deinde in Quadrag. comm. Feriæ. Postea **Ss. Tiburtii, Valeriani** *et* **Maximi** *Mart. Aña.* Istórum est enim. 455. ℣. Lætámini. *T. P. Aña.* Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : * ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii, Valeriáni & Máximi solémnia cólimus, eórum étiam virtútes imitémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, Hymnus.

Nisi in I. Vesperis dictus sit Hymnus Regáli sólio : *tunc enim idem Hymnus* Regáli sólio *dicitur etiam ad Laudes.*

2.



N Ullis te gé-ni-tor blandí-ti- is tra-hit, Non vi-tæ cu-



pe-ris dí-vi-tis ó-ti- o, Gemma-rúmve ni-tó- re, Regnan-



dí-ve cu-pí-di-ne.

Diris non ácies te gládii minis,
Nec terret périmens carníficis furor :
Nam mansúra cadúcis
Præfers gáudia cælitum.

Nunc nos e Súperum prótege sédibus
Clemens, atque preces, dum cánimus tua
Quæsítam nece palmam,
Pronis áuribus excipe.

Sit rerum Dómino jugis honor Patri,
Et Natum célebrent ora precántium,
Divinúmque suprémis
Flamen láudibus éfferant.
Amen.

Comm. Feriæ in Quadrag. Deinde Ss. Mart. Tiburtii et Soc. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt. *T. P. Aña.* Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi. *Vesp. de seq., comm. præced.*

http://ccwatershed.org

In Vesperis, si dicendæ sint integræ, Hymnus.

2.



R Egá- li só-li- o fortis I-bé-ri- æ, Hermenegílde ju-



bar, gló-ri- a Márty-rum, Christi quos amor almis Cæ-li



cœ-ti-bus ínse-rit.

Ut perstas pátiens, pollícitum Deo
Servans obséquium ! quo pótius tibi
Nil propónis, & arces
Cautus nóxia, quæ placent.

Ut motus cóhibes, pábula qui parant
Surgentis vítii, non dúbios agens
Per vestigia gressus,
Quo veri via dírigit !

Sit rerum Dómino jugis honor Patri,
Et Natum célebrent ora precántium,
Divinúmque suprémis
Flamen láudibus éfferant.
Amen.

15. S. Justini Martyris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui per stultítiam crucis, eminéntem Jesu Christi sciéntiam beátum Justínum Mártyrem mirabíliter docuísti : † ejus nobis intercessióne concéde ; ut, errórum circumventióne depúlsa, * fídei firmitátem consequámur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. S. Hermenegildi. Aña. Qui vult veníre. 436. ℣. Justus ut palma. *T. P. Aña.* Sancti & justi. 443. ℣. Pretiósa. *Deinde Feriæ in Quadrag.*

17. S. Aniceti Papæ et Martyris.

Ad Vesperas. Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre. *T. P. Aña.* Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi. *Oratio.* Deus, qui nos beáti Anicéti. 435. *Ad Laudes. Aña.* Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma. *T. P. Aña.* Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa.

21. S. Anselmi Episcopi, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

In I. Vesperis, Hymnus.



Ante matúros sápiens hic annos,
Sæculi florem pereúntis horret;
Atque Lanfránci documénta quærens,
Intrat erémum.

Intimum pulsans penetrále Verbi,
Fertur immótæ fídei volátu :
Dógmatum puros látices an ullus
Altius hausit?

Munus abbátis, pater alme, sumens,
Te voves caræ sóboli : benígnis
Débiles portas húmeris, alácres
Prævius hortans.

Præsulum defert tibi rex cathédram;
Quid times luctam? próperant triúmphi :
Exteras gentes, generósus exsul,
Lúmine reples.

Sacra libértas, óvibus redémptis
Parta, cui Christus nihil antepónit,
Urget Ansélmum : stúdio quis æquo
Víndicat ipsam?

Clara fit Romæ tua fama, Præsul :
Póntifex summus tibi fert honóres;
Te fides poscit : siluére Patres,
Dogma tuére.

Sis memor sancti gregis, & patrónus
Sis ad ætérnam Triadem, precámur, [orbem
Cuncta cui dignas résonent per
Sæcula laudes. Amen.

http://ccwatershed.org

℣. Amávit. *Ad Magnif. Aña.* O Doctor... beáte Ansélme. 461.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Ansélmum minístrum tribuísti : † præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Ad Laudes.



In II. Vesp. Hymnus ut in I. Vesp. Aña. O Doctor. *Comm. seq.*

22. Ss. Soteris et Caii Pontif. et Martyrum.

Semiduplex.

Aña. Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi.

Oratio.

Beatorum Mártyrum paritérque Pontíficum Sotéris & Caii nos, quæsumus Dómine, festa tueántur : * & eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum nostrum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

23. S. Georgii Martyris. *Semid.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis & intercessióne lætíficas : † concéde propítius; ut qui tua per eum benefícia póscimus, * dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

Comm. Ss. Soteris et Caii. Aña. Sancti & justi. 443. ℣. Pretiósa.

Vesp. de seq., comm. præced.

24. S. Adalberti Episcopi et Martyris O. N.

Duplex.

In I. Vesp. ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Oratio.

DEUS, qui sanctis tuis in confessióne tui nóminis virtútem atque victóriam contulísti : † præsta pópulo tuo; ut qui beáti Adalbérti Pontíficis & Mártyris tui ánnua celebritáte devótis exsúltat obséquiis, * ejus suffrágiis tuæ pietátis consequátur auxílium. Per Dóminum.

Comm. S. Georgii. Aña. Sancti & justi. 443. ℣. Pretiósa. *Orat.* 639.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



Vesp. de seq., comm. præced.

25. Sancti MARCI Evangelistæ.

Duplex 2. classis.

Oratio.

DEUS, qui beátum Marcum Evangelístam tuum evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti : † tríbue, quæsumus, ejus nos semper & eruditióne profícere, * & oratióne deféndi. Per Dñm.

Pro commem. S. Adalberti, Aña.



℣. Pretiósa.

Hodie qui non intersunt Processioni Litaniarum, dicant illas privatim post Matutinum cum suis Precibus et Orationibus, sine Psalmis Pœnitentialibus, etiamsi hoc Festum transferatur in aliam diem.

Si Litaniæ majores occurrant in die Paschatis, transferantur in Feriam III. sequentem.

In II. Vesp. comm. sequentis.

26. Ss. Cleti et Marcellini Pontif. et Mart.

Semiduplex.

Aña. Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi.

Oratio.

BEATORUM Mártyrum paritérque Pontíficum Cleti & Marcellíni nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio : * & pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. præced.

http://ccwatershed.org

27. S. Fidelis a Sigmaringa Martyris. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui beátum Fidélem seráphico spíritus ardóre succénsum in veræ fidei propagatióne martyrii palma & gloriósis miráculis decoráre dignátus es : ejus, quæsumus, méritis & intercessióne, † ita nos per grátiam tuam in fide & caritáte confírma, ut in servítio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereámur. Per Dóminum.

Comm. Ss. Cleti et Marcellini Martyrum. Aña. Sancti & justi. 443. ℣. Pretiósa. *Orat.* 641.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et S. Vitalis Martyris.

28. S. Pauli a Cruce Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui ad mystérium crucis prædicándum sanctum Paulum singulári caritáte donásti, & per eum novam in Ecclésia famíliam floréscere voluísti : † ipsíus nobis intercessióne concéde ; ut passiónem tuam júgiter recoléntes in terris, * ejúsdem fructum cónsequi mereámur in cœlis. Qui vivis & regnas.

Comm. S. Fidelis. Aña. Sancti & justi. 443. ℣. Pretiósa.

Deinde **S. Vitalis** *Martyris. Aña.* Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Vitális Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nominis amóre roborémur. Per Dóminum.

Ad Laudes, Aña. Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa.

Vesp. de seq., comm. præced.

29. S. Hugonis Abbatis Cluniacensis.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Hymnus. 1.



Divino póstmodum afflátus Spíritu,
Mutáto péctore, mutátur hábitu :
Intra domínica manet ovília,
Christi cum óvibus ovis egrégia.

Pastóris nútibus obédit sédula,
Nil horum præterit quæ jubet Régula :
Forti conámine calcat supérbiam,
In sapiéntia vincens malítiam.

Tulit justítiæ sanctam esúriem,
Beatam séquitur Christi paupériem,
Procéssu témporis crescens virtútibus,
Ipsis appáruit mirándus sénibus.

Mundo jam mórtuus, Christo se vívere
Sancto mortálibus demónstrat ópere :
Hinc pastor móritur, ovis præfícitur ;
Pastóris strénue vices exséquitur.

Cunctórum dóminans Omnipoténtia,
Tu qui sede poli cónspicis ómnia :
Hugónis fíliis profer auxílium,
Et aurem præbeas votis precántium. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f



Comm. S. Pauli a Cruce. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 642.

Ad Laudes.

Hymnus.

1.



Ut prudens médicus, perúngit lánguida;
Quæ salus ábjicit, præcidit pútrida;

Non illum éxtulit sedes supérior,
Qui mente pérmanet cunctis inférior.

Aluntur páuperes mente promptíssima;
Quæ dentur dat Deus manu largíssima;
Vestitur núditas Christi, vel páuperum:
Accrescit cúmulus bonórum óperum.

Hic venerábile Cluniacénsium
Plus priscis pátribus ditat cœnóbium:
Illius stúdio crevit relligio,
Crevit & númerus fratrum collégio.

Marthæ sollícitus implet offícium,
Audit cum María Christi collóquium:
Jugi siléntio júngitur léctio;
Nec deest lácrimis fervens orátio.

Cunctórum dóminans Omnipoténtia,
Tu qui sede poli cónspicis ómnia:
Hugónis fíliis profer auxílium,
Et aurem præbeas votis precántium. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus.

Ad Benedictus, Antiphona.

3. a



Oratio.

PERFICE, quæsumus Dómine, pium in nobis sanctæ religiónis affectum: † & ad obtinéndam tuæ grátiæ largitátem, * beátus Hugo Abbas suis apud te semper pro nobis & méritis & précibus intercédat. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

In II. Vesperis.

Hymnus. Hugo pius pater. *ut supra*. ℣. Justum dedúxit.

Ad Magnificat, Antiphona.



Et fit comm. sequentis.

30. S. Catharinæ Senensis Virginis.

Duplex.

Aña. Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : † ut qui beátæ Catharínæ Vírginis tuæ natalítia cólimus, * & ánnua solemnitáte lætémur, & tantæ virtútis proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Vesp. de Ss. Apostolis Philippo et Jacobo, ut infra, 652, *comm. præced.*

Dominica III. post Pascha.

Festum Patrocinii Sancti Joseph Sponsi B. M. V., Confessoris.

Duplex 2. classis.

Occurrente Festo S. Marci Evangelistæ, vel Ss. Philippi et Jacobi Apostolorum, Festum Patrocinii S. Joseph transfertur juxta Rubricas. Si celebretur post Tempus Paschale, omittitur Allelúia *ubicumque occurrit.*

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica.

℣. ℟. Constituit eum. 612. *Hymnus.* Te Joseph célebrent. 609.

℣. Confitébor nómini tuo, allelúia.
℟. Quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, allelúia.

Ad Magnificat, Aña. 3. a.



Oratio ut ad Laudes. Et fit comm. Dominicæ. Aña. Módicum. ℣. Mane nobiscum. 331. *Oratio.* Deus, qui errántibus. 332.

http://ccwatershed.org

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. g

JAcob au-tem gé-nu-it Jo-seph vi-rum Ma-ri-a, de qua na-tus est Je-sus, qui vo-cá-tur * Christus al-le-lú-ia.

E u o u a e. *Extra T. P.* * Christus.

2. Aña. 8. G

MIssus est Ange-lus Gábri-el a De-o in ci-vi-ta-tem Ga-li-lææ, cu-i nomen Ná-za-reth, ad Vírgi-nem despon-sá-tam vi-ro cu- i nomen e-rat * Jo-seph, alle-lú-ia. [* Jo-seph.

E u o u a e.

3. Aña. 7. a

A-scéndit autem Jo-seph a Ga-li-læ-a de ci-vi-tá-te Ná-za-reth, in Judæ- am in ci-vi-tá-tem Da-vid, quæ vo-cá-tur * Béthle-hem, alle-lú-ia. E u o u a e. [* Béthle-hem.

http://ccwatershed.org

4. Aña. 8. a

ET ve-né-runt festi-nántes, & inve-né-runt Ma-rí- am, & Jo-seph, & infántem pó-si-tum * in præsé-pi- o, alle- lú-ia.

E u o u a e. [* in præ-sé-pi- o.

5. Aña. 7. d

ET ipse Je-sus e-rat incí-pi- ens qua-si annó-rum tri-ginta, ut pu-ta-bá- tur fí- li- us * Jo-seph, alle-lú-ia.

E u o u a e. [* Jo-seph.

Capitulum. *Gen. 49. d.*

BENEDICTIONES patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrum ejus : † donec veníret desidérium cóllium æternórum : * fiunt in cápite Joseph, & in vértice Nazaræi inter fratres suos.

℟. br.

COnfi-té-bor nómi-ni tu- o, * Alle- lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Quó-ni- am adjú-tor & pro-téctor factus es mi-hi. Gló-ri- a.

Extra T. P.
℟. br.

C Onfi-té-bor * Nó- mi- ni tu- o. ℣. Quó-ni- am adju-



tor & pro-téctor factus es mi-hi. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

1.



C Æ-li-tum Jo- seph de-cus, atque nostræ Certa spes



vi- tæ, co-luménque mundi, Quas ti-bi læ- ti cá-nimus, be-



nignus Súsci-pe laudes.

Te Sator rerum státuit pudícæ
Vírginis sponsum, voluítque Verbi
Te patrem dici, dedit & minístrum
Esse salútis.

Tu Redemptórem stábulo jacéntem,
Quem chorus Vatum cécinit futúrum,
Adspicis gaudens, humilísque natum
Numen adóras.

Rex Deus regum, Dominátor orbis,
Cujus ad nutum tremit inferórum
Turba, cui pronus famulátur æther,
Se tibi subdit.

Laus sit excélsæ Tríadi perénnis,
Quæ tibi præbens súperos honóres,
Det tuis nobis méritis beátæ
Gáudia vitæ.
Amen.

℣. Dedísti mihi protectiónem salútis tuæ, allelúia.
℟. Et déxtera tua suscépit me, allelúia.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.



J Oseph fi-li Da-vid, no-li timé-re accí-pe-re Ma-rí-

am cónjugem tu- am : quod e-nim in e- a na-tum est, de



Spí-ri-tu * Sancto est, alle-lú-ia. E u o u a e. [* Sancto est.

Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsum elígere dignátus es : præsta, quæsumus ; † ut quem protectórem venerámur in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Qui vivis & regnas.

Comm. Dominicæ. Aña. Módicum. 331. ℣. In resurrectióne. *Oratio.* Deus, qui errántibus. 332.

Ad Tertiam. *Aña.* Missus est. *Capit. e Laudibus.*

℣. Confitébor nómini tuo, allelúia.
℟. Quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Ascéndit autem Joseph.

Capitulum. *Gen. 49. c.*

Deus patris tui erit adjútor tuus, * & Omnípotens benedícet tibi benedictiónibus cæli désuper.

℣. Justus germinábit sicut lílium, allelúia.
℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Et ipse Jesus.

Capitulum. *Gen. 49. c.*

Filius accréscens Joseph, fílius accréscens, & decórus adspéctu : * fíliæ discurrérunt super murum.

℣. Plantátus in domo Dómini, allelúia.
℟. In átriis domus Dei nostri, allelúia.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

℣. Sub umbra illíus quem desideráveram sedi, allelúia.
℟. Et fructus ejus dulcis gútturi meo, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

3. à

F I-li, quid fe-císti no-bis sic? Ecce pa-ter tu-us & e-go do-lén- tes quæ-re-bámus te. Alle- lú-ia. E u o u a e.

Comm. Dominicæ. Aña. Amen dico vobis. 333.

FESTA MAII.

1. Ss. PHILIPPI et JACOBI Apostolorum.

Duplex 2. classis.

¶ *Si hoc Festum celebretur extra Tempus Paschale, omittuntur* Allelúia *et omnia quæ non habentur propria sumuntur e Communi Apostolorum extra Tempus Paschale.*

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica.

Capitulum, ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *de Communi Apostolorum Tempore Paschali,* 437.

Ad Magnificat, Aña. 6. F

R ON turbé-tur cor vestrum, neque formí-det: cré-di-tis in De- um, & in me cré-di- te: in do-mo Patris me- i mansi- ónes * multæ sunt, alle-lú- ia, al-le- lú-ia. E u o u a e. *Extra T. P.* * multæ sunt.

Comm. S. Catharinæ Sen. Aña. Veni sponsa. 476. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 646.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 7. c

D Omi-ne, osténde no-bis Pa-trem, & * súf-fi-cit no-bis, alle-lú-ia. E u o u a e. [* súf-fi-cit no-bis.

2. Aña. 7. a

P Hil- íppe, qui vi- det me, vi-det & * Patrem me- um alle-lú-ia. E u o u a e. [* Patrem me- um.

3. Aña. 3. a

T Anto témpo-re vo-bíscum sum, & non cogno-ví-stis me? Phil- íppe, qui vi-det me, vi-det & Pa-trem * me-um, alle- lú-ia. E u o u a e. [* me- um.

http://ccwatershed.org

4. Aña. 7. a



5. Aña. 3. a

Capitulum, ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *de Communi.*

Ad Benedictus, Antiphona.

7. ç

http://ccwatershed.org

Oratio.

Deus, qui nos ánnua Apostolórum tuórum Philíppi & Jacóbi solemnitáte lætíficas : † præsta, quæsumus ; ut quorum gaudémus méritis, * instruámur exémplis. Per Dóminum.

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus, Capit. et* ℣℣. *de Communi.*

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesp. de Comm. Apost. Capitulum, ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *de Communi.*

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a



Comm. sequentis.

2. S. Athanasii Episcopi, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

In utrisque Vesp. Aña. O Doctor... beáte Athanási. 461.
℣. Amávit eum.

Oratio.

Exaudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Athanásii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. præced.

Die 3. Maii.

Festum Inventionis Sanctæ Crucis

Duplex 2. classis.

Si hoc Festum transferatur post Tempus Paschale, omittitur Allelúia, *præterquam in fine 3. Antiphonæ Laudum et Antiphonæ ad Magnificat in II. Vesperis. Et in Hymno* Vexílla Regis, *ubi dicitur,* In hoc Paschali gáudio, *dicatur,* In hac triúmphi glória.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica.

T. Pasch. Resp. breve.

ADORAMUS te Christe, & be-ne-di-cimus ti-bi, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Qui- a per Cru-cem tu- am red-emisti mundum. Gló-ri- a Patri.

Extra T. P. ℟. br.

Ado-rámus te Christe, * Et bene-dí- cimus ti-bi. ℣. Qui- a per Cru-cem tu- am red-emisti mundum. Gló-ri- a Patri, & Fi-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

Vexíl-la Re- gis pród- e- unt : Fulget Cru-cis mysté- ri-um, Quo carne carnis Cóndi-tor Suspén- sus est pa-tíbulo.

Quo vulnerátus insuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit unda & sánguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens : In natiónibus
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis
Sæcli pepéndit prétium,
Statéra facta córporis,
Prædámque tulit tártari.

Hic genuflectitur.

O Crux ave, spes única,
In hoc pascháli gáudio
Auge piis justítiam,
Reísque dona véniam.

Te summa Deus Trínitas,
Colláudet omnis spíritus :
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sæcula. Amen.

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo. Allelúia.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit. Allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

O Crux, splendí-di- or cunctis astris, mundo cé- le- bris, ho-mi-ni-bus multum a-má- bi- lis, sán- cti- or u-ni-vérsis : quæ so-la fu- i-sti di-gna portá- re ta-

Antiph. M. — C. G.

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS. - MO.

http://ccwatershed.org



léntum mundi : dulce lignum, dulces cla-vos, dúlci- a fe-



rens pón-de-ra : sal- va præ-séntem ca- tér-vam in tu-



is hó-di- e láudi-bus congre-gá-tam. *T. P.* Alle- lú- ia, al-



le- lú-ia. E u o u a e.

Comm. S. Athanasii. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat…*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 7. c



O magnum pi- e-tá-tis o-pus ! mors mórtu- a



tunc est, in li- gno quando mórtu- a vi-ta fu- it. *T. P.* Alle-



lú-ia. E u o u a e.

2. Aña. 3. a



Salva nos Christe Salvá-tor per virtú-tem Cru-cis :



qui salvásti Petrum in ma- ri, mi-se-ré-re no-bis. *T. P.* Al-



le-lú-ia. E u o u a e.

3. Aña. 1. f

Ecce Crucem Dómi-ni, fú-gi-te partes advérsæ,



vi-cit le- o de tri-bu Ju-da, ra-dix Da-vid, al-le- lú-ia.



E u o u a e.

4. Aña. 7. c



Nos autem glo-ri- á-ri o-pór-tet in Cru-ce Dómi-



ni nostri Je-su Christi. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 8. c



Per signum Cru- cis de in-imí-cis nostris li-be-



ra nos De- us noster. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Philipp. 2.*

Fratres : Hoc enim sentíte in vobis, quod & in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo : † sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, * & hábitu invéntus ut homo.

http://ccwatershed.org





Hymnus. Lustris sex. *ut supra*, 287.

℣. Adorámus te Christe, & benedícimus tibi. Allelúia.
℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum. Allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

http://ccwatershed.org

Oratio.

DEUS, qui in præclára salutíferæ Crucis inventióne, passiónis tuæ mirácula suscitásti : † concéde; ut vitális ligni prétio, * ætérnæ vitæ suffrágia consequámur. Qui vivis & regnas.

Comm. **Ss. Alexandri I.** *Papæ et Soc. Martyrum, ac* **S. Juvenalis** *Episc. et Conf. in Laudibus tantum. Aña.* Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : * ut qui sanctórum tuórum Alexándri, Evéntii, Theodúli atque Juvenális natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Salva nos. *Capit. e Laudibus.*

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo. Allelúia.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit. Allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Ecce Crucem Dómini.

Capitulum. *Gal. 6. d.*

MIHI autem absit gloriári, † nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi : * per quem mihi mundus crucifíxus est, & ego mundo.

℣. Adorámus te Christe, & benedícimus tibi. Allelúia.
℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum. Allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Per signum Crucis.

Capitulum. *Philipp. 2.*

HUMILIAVIT semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod & Deus exaltávit illum, * & donávit illi nomen quod est super omne nomen.

℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi. Allelúia.
℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine. Allelúia.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

Ad Magnificat, Antiphona.





Comm. sequentis.

4. S. Monicæ Viduæ. *Duplex.*

Aña. Símile est. 477. ℣. Spécie tua.

Oratio.

Deus, mæréntium consolátor, & in te sperántium salus, qui beátæ Mónicæ pias lácrimas in conversióne filii sui Augustini misericórditer suscepisti : † da nobis utriúsque interventu peccáta nostra deploráre, * & grátiæ tuæ indulgéntiam inveníre. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

5. S. Pii V. Papæ et Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

Deus, qui ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes, & ad divínum cultum reparándum, beátum Pium Pontíficem Máximum elígere dignátus es : fac nos ipsíus defféndi præsídiis, † & ita tuis inhærére obséquiis, * ut ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace lætémur. Per Dóminum.

Com. S. Monicæ. Aña. Manum suam. 481. ℣. Diffúsa est.
Vesp. de seq., comm. præced.

6. S. Joannis ante Portam Latinam.

Duplex majus.

Omnia ut in Communi Apostolorum Tempore Paschali, 437.

http://ccwatershed.org

In utrisq. Vesp. ad Magnificat, Antiphona.

Oratio.

Deus, qui cónspicis quia nos úndique mala nostra pertúrbant : * præsta, quæsumus; ut beáti Joánnis Apóstoli tui & Evangelistæ intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Comm. S. Pii V. Aña. Dum esset. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 662.
In II. Vesp. comm. sequentis.

7. S. Stanislai Episcopi et Martyris. *Dupl.*

Aña. Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi.

Oratio.

Deus, pro cujus honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum occúbuit : † præsta, quæsumus; ut omnes qui ejus implórant auxílium, * petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. præced.

8. In Apparitione S. Michaelis Archangeli.

Duplex majus.

Officium fit ut in ejus Dedicatione, die 29. Septembris; sed Tempore Paschali additur Allelúia *ubi non est, juxta ritum paschalem.*
In I. Vesp. comm. S. Stanislai. Aña. Sancti & justi. 443. ℣. Pretiósa.
In II. Vesp. comm. seq.

9. S. Gregorii Nazianzeni Episcopi, Conf. et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

In utrisque Vesp. Aña. O Doctor... beáte Gregóri. 461.
Oratio. Deus, qui pópulo tuo. 462.
Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Ss. Martyrum ut infra.

10. S. Antonini Episcopi et Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

Sancti Antoníni, Dómine, Confessóris tui atque Pontíficis méritis adjuvémur : † ut sicut te in illo mirábilem prædicámus, ita in nos misericórdem fuisse gloriémur. Per Dóminum.

Comm. S. Gregorii Nazianz. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit.
Deinde **Ss. Gordiani et Epimachi** *Martyrum. Aña.* Lux perpétua. 459. ℣. Sancti & justi.

Oratio.

Da, quæsumus omnipotens Deus : * ut qui beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni & Epímachi solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa.
Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

11. S. Maioli Abbatis Cluniacensis.

Duplex.

Ad Vesperas.

Hymnus.

Infra Octavam Ascensionis, cantatur in tono Jesu nostra redémptio.

3.



M A- io-le, consors pró- ce-rum Re-gum Re-gi pla-cen-

ti- um, Inter cæ-léstes áuli-cos, Di-vi-ni-tá- tis cónsci-os,

Honoris privilégio,
Cœtu junctus monástico :
Sed & choris angélicis,
Fruens aula lúminis.

Unde pater nos réspice
Pressos peccáti póndere :
Depóne gravem sárcinam,
Leviga consciéntiam.

His fáscibus depósitis,
Mortis solútos vínculis,
Junge nos tuos sérvulos
Mónachis præstantíssimis.

Cum quibus nos perpétua
Possideámus gáudia,
Christi favénte grátia,
Per infiníta sæcula. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



M A- io-lus ca-ri-tá-te redúndans & grá-ti- a, sancti-



tá-tem angé-li-cam æmu-lá- tus, virtú-te su-per hómi-



nem fe-re-bá-tur, alle-lú-ia. E u o u a e.

Comm. S. Antonini. Aña. Amávit eum. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 664.

Ad Laudes.

Ad Bened. Aña. 2. D



A - posto-lá-tus á-pi-cem conscénde-re nó-lu- it

Ma-ío-lus, & to- to stú-di- o ne pónti- fex fí- e-ret obvi-



á-vit, alle-lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Oratio.

Deus, qui perfécte ambulántium coram te protéctor es & merces magna nimis: † da nobis, beáti Máioli Abbátis intercessióne & exémplo, temporália despícere, * & ad te tota mentis intentióne festináre. Per Dóminum.

In II. Vesperis.

Hymnus. Máiole consors. *ut supra.* ℣. Justum dedúxit.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. g



Comm. sequentis.

12. Ss. Nerei, Achillei et Domitillæ Virginis atque Pancratii Martyrum.

Semiduplex.

Aña. Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi.

Oratio.

Semper nos, Dómine, Mártyrum tuórum Nérei, Achillei, Domitillæ atque Pancrátii fóveat, quæsumus, beáta solémnitas: & tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. præced.

13. S. Roberti Abbatis. *Duplex.*

Ad Vesperas.

Hymnus.

Infra Octavam Ascensionis cantatur in tono Jesu nostra redémptio.

3



Hujus rigáta lácrimis
Deserta vernant flóribus:
Vallis beáta cándidas
Rosas per orbem próferet.

Pater Molísmi, clárius
Per te micat Cistércium:
In quo jubéris cælitus
Salútis arcem cóndere.

Opus tuum nunc pérfice,
Deíque servos róbora,
Ut corde magno régium
Crucis sequántur trámitem.

Matris Dei cleméntiam,
Nostri misértus, ímpetra:
Oves ut ipsa prótegat
Candóre mundas grátiæ.

Adsis beáta Trínitas,
Preces Robérti súscipe:
Ut prosequámur pérpetim
Incœpta terris cántica. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus. *Aña.* Similábo eum. 465.

Oratio.

Deus, qui pro te relinquéntibus ómnia, céntuplum in hoc sæculo, & in futúro vitam ætérnam promisísti: † da nobis, intercedénte beáto Robérto Abbáte, sic a mundánis desidériis abstinére, * ut plenam a te mercédem suscípere mereámur. Per Dóminum.

Comm. Ss. Nerei, Achillei, etc. Aña. Sancti & justi. 443. ℣. Pretiósa. *Orat.* 666.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et S. Bonifacii Martyris.

http://ccwatershed.org

14. S. Paschalis I. Papæ et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui beátum Paschálem Pontíficem mirífica erga sanctórum Mártyrum exsúvias devotióne decorásti : † ipso intercedénte concéde ; ut electórum tuórum sacra pígnora venerántes, * eórum méritis sociémur & corónis. Per Dóminum.

Comm. S. Roberti. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 667.

Deinde **S. Bonifacii** *Mart. Aña.* Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Bonifácii Mártyris tui solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

15. S. Petri Martyris. *Duplex.*

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : † ut beáti Petri Mártyris tui fidem cóngrua devotióne sectémur ; * qui pro ejúsdem fídei dilatatióne, martyrii palmam méruit obtinére. Per Dóminum.

Comm. S. Paschalis. Aña. Dum esset. 461. ℣. Justum dedúxit.

In II. Vesp. comm. seq.

16. S. Ubaldi Episc. et Conf. *Semid.*

Aña. Sacérdos & Póntifex. 455. ℣. Amávit eum.

Oratio.

AUXILIUM tuum nobis, Dómine quæsumus, placátus impénde : & intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis, * contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. præced.

17. S. Paschalis Baylon Conf. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui beátum Paschálem Confessórem tuum mirífica erga córporis & sánguinis tui sacra mystéria dilectióne decorásti : † concéde propítius ; ut quam ille ex hoc divíno convívio spíritus percépit pinguédinem, * eámdem & nos percípere mereámur. Qui vivis & regnas.

Comm. S. Ubaldi. Aña. Amávit. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 668.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

http://ccwatershed.org

18. S. Venantii Martyris. *Duplex.*

In I. Vesperis, Hymnus.

Infra Octavam Ascensionis, cantatur in tono Jesu nostra redémptio.

MArtyr De- i Ve-nán-ti- us, Lux & de-cus Camérti-



um, Tortó-re victo & jú-di-ce, Læ-tus tri- úmphum cónci-nit.

Annis puer, post víncula,
Post cárceres, post vérbera,
Longa fame freméntibus
Cibus datur leónibus.

Sed ejus innocéntiæ
Parcit leónum immánitas,
Pedésque lambunt Mártyris,
Iræ famísque immémores.

Verso deórsum vértice,
Hauríre fumum cógitur :
Costas utrímque & víscera
Succénsa lampas ústulat.

Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibíque Sancte Spíritus :
Da per preces Venántii
Beáta nobis gáudia. Amen.

Oratio.

DEUS, qui hunc diem beáti Venántii Mártyris tui triúmpho consecrásti : † exáudi preces pópuli tui, & præsta ; ut qui ejus mérita venerámur, * fídei constántiam imitémur. Per Dóminum.

Comm. S. Paschalis. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 668.

Ad Laudes, Hymnus.



DUM no-cte pulsa lú- ci-fer Di- em pro-pínquam nún-



Nam críminum calíginem,
Stygísque noctem dépulit;
Veróque cives lúmine
Divinitátis ímbuit.

Aquis sacri baptísmatis
Lustrávit ille pátriam:
Quos tinxit unda mílites,
In astra misit mártyres.

Nunc Angelórum párticeps,
Adésto votis súpplicum:
Procul repélle crímina,
Tuúmque lumen íngere.

Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibíque Sancte Spíritus:
Da per preces Venántii
Beáta nobis gáudia. Amen.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et S. Pudentianæ Virginis.

19. S. Petri Cælestini Papæ et Conf. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Cælestínum ad summi pontificátus ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti: † concéde propítius; ut ejus exémplo cuncta mundi despícere, * & ad promíssa humílibus præmia perveníre felíciter mereámur. Per Dóminum.

Comm. S. Venantii. Aña. Sancti & justi. 443. ℣. Pretiósa. *Extra T. P. Aña.* Qui vult. 436. ℣. Justus ut palma.

Postea **S. Pudentianæ** *Virginis. Aña.* Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua. *Orat.* Exáudi nos... beátæ Pudentiánæ. 475.

In Laud. pro comm. S. Pudentianæ, Aña. Símile est. 475. ℣. Diffúsa est.

In II. Vesp. Aña. Dum esset. 461. *Comm. sequentis.*

20. S. Bernardini Senensis Conf. *Semid.*

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Domine Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti nóminis tui amórem tribuísti: † ejus, quæsumus, méritis & intercessióne, * spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Vesp. de seq., comm. præced.

http://ccwatershed.org

21. S. Dunstani Episcopi et Conf. O. N.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

Deus, qui beátum Dunstánum Pontíficem ecclesiásticæ disciplínæ & sanctitátis morum víndicem in Ecclésia tua suscitásti: † præsta, quæsumus, ejus intercessióne, ut domus tua quam decet sanctitúdo, * divíno Sponsi sui semper odóre redoléscat. Per eúndem Dóminum.

Comm. S. Bernardini. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 670.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

22. S. Romani Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

Perfice, quæsumus Dómine, benígnus in nobis observántiæ sanctæ subsídium: † ut quæ exémplo beáti Románi Abbátis facienda cognóvimus, * eódem intercedénte, tua grátia impleámus. Per Dóminum.

24. Festum B. Mariæ Virginis sub titulo **Auxilium Christianorum.**

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V., 490, *præter sequentia.*

In I. Vesperis.

Hymnus. 1.







lo La-psa se-ré-no. Prisca sic Patrum monuménta nar-rant

Templa testántur spó-li- is o-pimis Cla-ra, vo-tí-vo re-pe-ti-



ta cultu Fe- sta quot-ánnis.

En novi grates líceat Maríæ
Cántici lætis módulis reférre
Pro novis donis, resonánte plausu
Urbis & Orbis.

Oh dies felix, memoránda fastis,
Qua Petri Sedes fídei magístrum
Triste post lustrum réducem beáta
Sorte recépit!

Vírgines castæ, puerique puri,
Géstiens clerus, populúsque grato
Corde Regínæ celebráre cæli
Múnera certent.

Vírginum Virgo, benedícte Jesu
Mater, hæc auge bona; fac, precámur,
Ut gregem pastor Pius ad salútis
Páscua ducat.

Te per ætérnos venerémur annos,
Trínitas, summo celebránda plausu,
Te fide mentes, resonóque linguæ
Cármine laudent. Amen.

℣. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.
℞. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.

5. a



Ecce Ma-rí- a e- rat spes nostra, ad quam con-



fú-gimus in auxí- li- um ut li-be-rá-ret nos; & ve- nit in-

http://ccwatershed.org

adjutó-ri- um * no-bis, alle-lú-ia. E u o u a e. [* no-bis.

Oratio.

Omnipotens & miséricors Deus, qui ad defensiónem pópuli christiáni in beatissima Vírgine María perpétuum auxílium mirabíliter constituísti : † concéde propítius ; ut tali præsídio muníti, certántes in vita, * victóriam de hoste malígno cónsequi valeámus in morte. Per Dóminum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de Festis B. M. V.*

Ad Laudes. Hymnus.



Te Red-emptó-ris Domi-níque nostri Di-cimus Ma-



trem, spe-ci- ó-sa Virgo, Christi- anó-rum de-cus, & le-vámen



Re- bus in arctis.

Sæviant portæ licet inferórum,
Hostis antíquus fremat, & mináces,
Ut Deo sacrum populétur agmen,
Súscitet iras.

Nil truces possunt fúriæ nocére
Méntibus castis, prece quas vocáta
Annuens Virgo fovet, & supérno
Róbore firmat.

Tanta si nobis fáveat Patróna,
Bellici cessat scéleris tumúltus,
Mille sternúntur, fugiúntve turmæ,
Mille cohórtes.

Tollit ut sancta caput in Sióne
Turris, arx firmo fabricáta muro,
Cívitas David, clypeis & acri
Mílite tuta.

Virgo sic fortis Dómini poténti
Déxtera, cæli cumuláta donis,
A piis longe fámulis repéllit
Dæmonis ictus.

Te per ætérnos venerémur annos,
Trínitas, summo celebránda plausu :
Te fide mentes resonóque linguæ
Cármine laudent. Amen.

℣. Diffúsa est grátia.

Antiph. M. — C. G.

Ad Benedictus, Antiphona.



Vesp. de seq. comm. præced.

Die 25. Maii.

S. Gregorii VII. Papæ et Confessoris

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica. Extra Tempus Paschale ubique omittitur Allelúia, *excepta 4. Aña Laudum.*

T. Pasch. Resp. breve.

Extra T. P. R. br.



Hymnus.

Gaudeat cœtus Benedícti Patris,
Qui tot & tantos generávit orbi
Filios : nullus símili refúlsit
Laude veréndus.

Nuntium latæ ditiónis affert
Dextra ludéntis púeri, dolántem
Dum secus fabrum, Dómino regénte,
Ségmine scribit.

Alta conscéndas, pater, oriáris
Sol novus mundum rádiis serénans :
Póntifex Petri sédeas cathédra,
Arbiter orbis.

In latebrósos fúgiant recéssus,
Quotquot hostíli rábie furéntes,
In gregem Christi sátagunt nefánda
Tela vibráre.

Sis memor cari gregis, & patrónus
Sis ad ætérnam Tríadem, precámur :
Cuncta cui dignas résonent per orbem
Sæcula laudes. Amen.

℣. Glorificávit illum Dóminus in conspéctu regum. Allelúia.
℟. Et osténdit illi glóriam suam. Allelúia.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

PEtri gra- dum Gre-gó- ri- us inví- tus suscé-pit, pastor fortis & húmi-lis terré-na non mé-tu- it; o-ves Christi fo-vit in grémi- o, lu-pos fúlmi-ne pro-fli-gá-vit. Al-le- lú-ia. E u o u a e.

Pro comm. B. M. V. sub titulo Auxilium Christianorum.

Aña. Sancta María. 493, *in cujus fine dicitur :*

qui-cúmque tu- um sanctum impló-rant au-xí-li- um. Alle-lúia.

℣. Dignáre me. *Oratio.* Omnípotens & misericors. 674.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 3. a

GRe-gó-ri- us, septi-fórmi grá- ti- a plenus, non sumpsit si-bi ho-nó-rem, sed vo-cá-tus a De- o gradum conscéndit. Alle- lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

2. Aña. 8. G

PAstor vi-gi-lantissimus ju-dí-ci- um incé-pit a sanctu-á-ri- o, & sponsæ de-cus ze-lá-tus est. Alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Aña. 7. b

SUrré- xit Gre-gó-ri- us qua-si i- gnis, & verbum e-jus qua-si fá-cu-la ardébat. Alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Aña. 7. c

SAcerdó- tes De- i be-ne-dí-ci- te Dómi-num : servi Dómi-ni hymnum dí-ci-te De- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Aña. 1. g

GRe-gó- ri- us in vi-ta su- a suffúl-sit domum, & in di- ébus su- is corrobo-rá-vit templum. Alle- lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 48.*

Quis potest similiter sic gloriári tibi? qui ungis reges ad pœniténtiam, * & prophétas facis successóres post te.

T. Pasch. ℟. br.

Ampli-fi-cá-tus est in mi-ra-bi-li-bus su- is, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Cu-rá-vit gentem su- am, & li-be-rá-vit e- am. Gló-ri- a Patri.

Extra T. P. ℟. br.

Ampli-fi-cá-tus est * In mi-ra-bí- li-bus su- is. ℣. Cu-rá-vit gentem su-am, & li-be-rá-vit e- am. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

2. Ponti-fex magnus, pópu-lo stupénte, Sub co-lumbí-na spé-ci- e loquéntis Spí-ri-tus Sancti do-cuménta sensit, Acti-bus implet.

http://ccwatershed.org

Fortis occúrrit múlier Mathildis,
Quæ patri summo tribuens juvámen,
Inclytæ Sedis, stúdio fidéli,
Jura tuétur.

Tríticum cernens lóliis scatére
Præsul, & messem mánibus profánis
Objici, zelo rapiénte, sævit,
Alter Elías.

Ut viam currant pátriæ supérnæ
Líbero gressu pópuli fidéles,
Artelt pastor, própriam parátus
Trádere vitam.

Murus Israel dómui stetísti
Críminum vindex, columénque Romæ:
Inter ærúmnas plácida, Gregóri,
Morte potíris.

Mártyres pergis prope, laureátus;
Firmus & constans, fídei tenácem,
O pater, præbes ánimum: triúmphi
Gáudia sumas.

Sis memor cari gregis, & patrónus
Sis ad ætérnam Tríadem, precámur:
Cuncta cui dignas résonent per orbem
Sæcula laudes. Amen.

℣. Providébam Dóminum in conspéctu meo semper. Allelúia.
℟. Quóniam a dextris est mihi ne commóvear. Allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G. Di-xé-runt mundi rectó-res: Hæ-re-di-tá-te possi-de-ámus templum De- i. Gregó-ri- us au-tem pro mu-ro dó-mu- i Isra- el for- tis ádsti-tit. Alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, in te sperántium fortitúdo, qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiæ libertáte virtúte constántiæ roborásti: † da nobis ejus exémplo & intercessióne, * ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dóminum.

Comm. **S. Urbani I.** *Papæ et Martyris, in Laud. tantum. Aña.* Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa. *Extra. T. P. Aña.* Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

Oratio.

Da, quæsumus omnipotens Deus : * ut qui beáti Urbáni Mártyris tui atque Pontíficis solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Pastor vigilantíssimus. *Capit. e Laudibus.*

℣. Glorificávit illum Dóminus in conspéctu regum. Allelúia.

℟. Et osténdit illi glóriam suam. Allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Surréxit.

Capitulum. *Jer. 1. d.*

Accinge lumbos tuos, & surge, & lóquere ad eos ómnia quæ ego præcípio tibi. † Ne formídes a fácie eórum : * nec enim timére te fáciam vultum eórum.

℣. Justítiam tuam non abscóndi in corde meo. Allelúia.

℟. Veritátem tuam & salutáre tuum dixi. Allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Gregórius.

Capitulum. *Jer. 1. d.*

Ego dedi te in civitátem munítam, & in colúmnam férream, & in murum æreum, super omnem terram : † régibus Judæ, princípibus ejus : * & sacerdótibus, & pópulo terræ.

℣. In petra exaltávit me Dóminus. Allelúia.

℟. Et exaltávit caput meum super inimícos meos. Allelúia.

In II. Vesperis.

Añæ de Laudibus. Ps. ut in II. Vesp. de Communi Conf. Pontif. Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Providébam Dóminum in conspéctu meo semper. Allelúia.

℟. Quóniam a dextris est mihi ne commóvear. Allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D



Comm. sequentis et S. Eleutherii, ut infra.

26. S. Augustini Episcopi et Conf. O. N.

Duplex.

In I. Vesperis, pro comm. Antiphona.

1. f



℣. Amávit eum Dóminus.

Oratio.

Deus, qui Anglórum gentes prædicatióne & miráculis beáti Augustíni Confessóris tui atque Pontíficis veræ fídei luce illustráre dignátus es : ipso interveniénte concéde ; † ut errántium corda ad veritátis tuæ rédeant unitátem, * & nos in tua simus voluntáte concórdes. Per Dóminum.

Postea comm. **S. Eleutherii** *Papæ et Martyris. Aña.* Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi. *Extra T. P. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Infirmitatem nostram réspice omnípotens Deus : * & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Eleuthérii Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Ad Laudes.

Ad Bened. Aña. 6. F



http://ccwatershed.org



Comm. S. Eleutherii. Aña. Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa. *Extra T. P. Aña.* Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma. *Orat.* Infirmitátem. 681.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. ac S. Joannis Papæ et Martyris.

In Vesperis, si dicendæ sint integræ, Hymnus.

(In tono Temporis vel Octavæ currentis.)

FŒCUNDA sanctis ínsula,
Tuum canas Apóstolum,
Et fílium Gregórii
Laudes piis concéntibus.

Ejus labóre fértilis,
Messem dedísti plúrimam,
Quæ sanctitátis flóribus
Diu refúlges ínclyta.

Turma quadragenária
Stipátus intrat Angliam :
Vexílla Christi próferens,
Dux pacis affert pígnora.

Crucis trophæum prómicat,
Verbum salútis spárgitur;
Fidem quin ipse bárbarus
Rex corde prompto súscipit.

Mores feros gens éxuit,
Undíque lota flúminis,
Ipsa die renáscitur
Qua sol salútis ortus est.

O pastor alme, fílios
E sede pascas síderum :
In matris ulnas ánxiæ
Gregem redúcas dévium.

Præsta beáta Trínitas,
Quæ rore jugi grátiæ
Vitem rigas, ut prístina
Fides resúrgens flóreat. Amen.

27. S. Bedæ Venerabilis Confessoris,

et Doctoris Ordinis Nostri. *Duplex.*

In utrisque Vesp. Aña. O Doctor óptime... beáte Beda. 461.

Oratio.

DEUS, qui Ecclésiam tuam beáti Bedæ Confessóris tui atque Doctóris eruditióne claríficas : † concéde propítius fámulis tuis, * ejus semper illustrári sapiéntia & méritis adjuvári. Per Dóminum.

Pro comm. S. Augustini Cantuar. Antiphona.



℣. Justum dedúxit. *Orat.* 681.

Deinde comm. **S. Joannis** *Papæ et Mart. Aña.* Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi. *Extra T. P. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Joánnis Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

In Laudibus, Aña. Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa. *Extra T. P. Aña.* Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

28. S. Philippi Nerii Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

DEUS, qui beátum Philíppum Confessórem tuum sanctórum tuórum glória sublimásti : † concéde propítius; ut cujus solemnitáte lætámur, * ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Comm. S. Bedæ. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit.

In Vesp. comm. seq.

http://ccwatershed.org

29. S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virginis.

Semiduplex.

Aña. Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Oratio.

Deus virginitátis amátor, qui beátam Maríam Magdalénam Virginem, tuo amóre succénsam, cæléstibus donis decorásti: da, ut quam festíva celebritáte venerámur, * puritáte & caritáte imitémur. Per Dóminum.

In II. Vesp. comm. sequentis.

30. S. Felicis I. Papæ et Martyris.

In Vesp. Aña. Lux perpétua. 439. Sancti & justi. *Extra T. P. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre. *Oratio.* Infirmitátem... beáti Felícis. 435.

In Laud. Aña. Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa. *Extra T. P. Aña.* Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma. *Oratio.* Infirmitátem. 435.

31. S. Angelæ Mericiæ Virginis. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui novum per beátam Angelam sacrárum vírginum collégium in Ecclésia tua floréscere voluísti: † da nobis ejus intercessióne angélicis móribus vívere; * ut, terrénis ómnibus abdicátis, gáudiis pérfrui mereámur ætérnis. Per Dóminum.

Comm. **S. Petronillæ** *Virginis. Aña.* Símile est. 475. ℣. Diffúsa est. *Oratio.* Exáudi nos. 475.

In Laud. Aña. Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi.

SANCTISSIMI CORDIS JESU

Duplex I. classis.

Vesperæ dicuntur de Octava Ss. Corporis Christi sine ulla commemoratione. Sed si Officium Ss. Cordis Jesu transferatur, tunc in I. Vesperis fiat ut infra notatur, 690.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 3. à



http://ccwatershed.org

3. Aña. 4. E

ET di-xi : Ergo si-ne causa justi-fi-cá-vi cor me-um, & la- vi inter inno-céntes ma-nus me- as, & fu- i fla-gellá-tus to-ta di- e. E u o u a e.

4. Aña. 8. G

SE-cúndum multi-tú-di-nem do-ló-rum me- ó-rum in corde me- o, conso-la-ti- ó-nes tu- æ læ-ti-fi-ca-vé-runt á-nimam me- am. E u o u a e.

5. Aña. 5. a

PO-ne me ut signá-cu-lum su-per cor tu-um, ut signá-cu-lum su-per bráchi- um tu- um. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 12.*

ECCE Deus Salvátor meus, fiduciáliter agam, & non timébo: quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus, & factus est mihi in salútem. * Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris.

℟. br. DI-ru-pisti Dómi-ne * Vincu-la me- a. ℣. Ti-bi sa-cri-fi-cá-bo hósti- am laudis. Gló-ri- a Patri.

http://ccwatershed.org

Hymnus.

COR, ar-ca le-gem cón- ti-nens Non servi-tú-tis vé-te- ris, Sed grá-ti- æ, sed vé-ni- æ, Sed & mi-se-ri-córdi- æ.

Cor, sanctuárium novi
Intemerátum fœderis,
Templum vetústo sánctius,
Velúmque scisso utílius.

Te vulnerátum cáritas
Ictu paténti vóluit,
Amóris invisíbilis
Ut venerémur vúlnera.

Hoc sub amóris symbolo
Passus cruénta & mystica,
Utrúmque sacrifícium
Christus sacérdos óbtulit.

Quis non amántem rédamet?
Quis non redémptus díligat,
Et corde in isto séligat
Ætérna tabernácula?

Decus Parénti, & Fílio,
Sanctóque sit Spirítui,
Quibus potéstas, glória,
Regnúmque in omne est sæculum. Amen.

℣. Vere languóres nostros ipse tulit.
℟. Et dolóres nostros ipse portávit.

Ad Benedictus, Antiphona.

5. a

VUlne-rá-tus est propter in-iqui-tá-tes nostras, at-tri-tus est propter scé-le-ra nostra : discipli-na pa-cis nostræ super e- um, & li-vó-re e-jus sa-ná-ti sumus. E u o u a e.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : † ut qui in sanctíssimo diléćti Fílii tui Corde gloriántes, præcípua in nos caritátis ejus benefícia recólimus, * eórum páriter & aćtu delectémur & frućtu. Per eúmdem Dóminum nostrum.

¶ *Hymni ad Horas et Completorium cantantur in tono Hymni Laudum, in quibus servatur doxologia communis. — Sed in die Oćtava Corporis Christi servantur ad Completorium tonus et doxologia propria hujus Oćtavæ.*

Ad Tertiam. *Aña.* Sanćtificávi locum istum. *Capit. e Laudibus.*

℣. Pósuit fines tuos pacem.
℟. Et ádipe fruménti sátiat te.

Ad Sextam. *Aña.* Et dixi.

Capitulum. *Isaiæ 12.*

DICETIS in die illa : Confitémini Dómino, † & invocáte nomen ejus : * & mementóte quóniam excélsum est nomen ejus.

℣. Dirupísti Dómine víncula mea.
℟. Tibi sacrificábo hóstiam laudis.

Ad Nonam. *Aña.* Pone me.

Capitulum. *Isaiæ 12.*

CANTATE Dómino, quóniam magnífice fecit, annuntiáte hoc in univérsa terra. † Exsúlta & lauda habitátio Sion, * quia magnus in médio tui sanćtus Israel.

℣. Erit Dóminus nominátus in signum ætérnum.
℟. Quod non auferétur.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi. Dixit Dóminus. 84. Confitébor. 85. Crédidi. 90. Beáti omnes. 81.

Capitulum ut supra ad Laudes.

℟. br.

P Osu- it * Fi-nes tu- os pa-cem. ℣. Et á-di-pe frumén-

ti sá-ti- at te. Gló-ri- a Patri.

http://ccwatershed.org

Hymnus.

6.



A Ućtor be- á-te sæ- cu-li, Christe Red-émptor ómni-



um, Lumen Patris de lúmi-ne, De- úsque ve-rus de De- o.

Amor coégit te tuus
Mortále corpus súmere,
Ut novus Adam rédderes
Quod vetus ille abstúlerat.

Ille amor almus ártifex
Terræ, marísque & síderum,
Erráta patrum miserans,
Et nostra rumpens víncula.

Non corde discédat tuo
Vis illa amóris ínclyti :
Hoc fonte gentes háuriant
Remissiónis grátiam.

Percússum ad hoc est láncea,
Passúmque ad hoc est vúlnera,
Ut nos laváret sórdibus
Unda fluénte & sánguine.

Decus Parénti, & Fílio,
Sanćtóque sit Spirítui,
Quibus potéstas, glória,
Regnúmque in omne est sæculum. Amen.

℣. Hauriétis aquas in gáudio.
℟. De fóntibus Salvatóris.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f



A D Je-sum autem cum ve-nís-sent, ut vidé-runt e- um



jam mórtu- um, non fre-gé-runt e-jus cru-ra : sed unus mi-li-

tum lánce- a la-tus e-jus a-pé-ru- it, & contí-nu- o ex-í-



vit sanguis & aqua. E u o u a e.

¶ *Si Officium Ss. Cordis Jesu transferatur, in I. Vesperis omnia fiant ut in II. Vesperis, præter sequentia.*

℣. Ignem veni míttere in terram.
℟. Et quid volo, nisi ut accendátur?

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

FESTA JUNII.

2. Ss. Pothini Episcopi et Sociorum Mart.

Duplex.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica.
Capitulum et ℟. breve de Communi pro Tempore.

Hymnus.

In tono Temporis vel Octavæ currentis : alias ut infra.

8.



http://ccwatershed.org



Ardóre pœnárum flagrans,
Raptátur ad prætórium :
Hunc ímpetunt clamóribus
Cum plebe sævi príncipes.

Tunc Christus ore præsulis
Effáta promit líbera :
Succénditur verbis furor,
Senátus indígnans fremit.

Raptant, prehéndunt, vérberant,
Pugnis premunt & cálcibus :
Conclúsus atro cárcere,
Exhálat astris spíritum.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus :
Quo dante, certátrix cohors
Torquéntibus fit fórtior. Amen.

℣. Sancti & justi. *vel* ℣. Lætámini in Dómino.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Oratio, 694.

Comm. **Ss. Marcellini, Petri** *atque* **Erasmi** *Martyrum. T. P. Aña.* Lux perpétua. 439. ℣. Pretiósa. *Extra T. P. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Exsultábunt.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni, Petri atque Erásmi solemnitáte lætíficas : * præsta quæsumus ; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Ad Laudes, et per Horas.

Aña. 8. G



mam adhuc ré-ti-nens, ut per e- am Christus tri-umpha-ret

E u o u a e.

2. Aña. 1. f

BLandí- na fortis ad-o-lescéntu-la, cum a primo ma-ne ad vésperam torque-ré- tur, in ipsa confessi-óne vi-res re-sumé-bat, di-cens: Chri-sti- á-na sum, & ni-hil apud nos ma- li gé-ri-tur. E u o u a e.

3. Aña. 2. D

AT-ta-lus ve-heménter a pópu-lo postu-lá- tus, pa-rá-tus ad certámen accéssit, fre-tus consci- én-ti- a re-cte factó-rum. E u o u a e.

4. Aña. 1. a

SPi- ri-tus & á-nimæ ju-stó-rum, hymnum di-ci-te

De- o, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Aña. 5. F

MAtú-rus í- gi-tur & Sanctus, cum Blandí- na & At- ta-lo, ducti sunt ad bésti- as in amphithe- átrum.

E u o u a e. *Capit. et ℟. br. de Communi pro Tempore.*

Hymnus.

In tono Temporis vel Octavæ currentis : alias ut infra.

8

TRi- úmphat mundi prínci-pem Blandí-na, cunctis fórti-or: Immó-ta co-ram jú-di-ce, Lassat ma-nus torquénti-um.

Duro ligáta stípiti,
Disténta per crucis modum,
Et devoránda cóncitis
Paratur esca béstiis.

Sed nulla vel contíngere
Corpus sat audax béllua :
Recédit impásta fame,
Ipsis tyránnis mítior.

Sic per ferínos ímpetus,
Per cárceres, per vérbera,
Per flámmeas sartágines,
Ovans ad astra cónvolat.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus :
Quo dante, certátrix cohors
Torquéntibus fit fórtior. Amen.

℣. Pretiósa. *vel* ℣. Exsultábunt.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.

4. E



I N-terrogá-tus a præ-si-de be- á-tus Pothí-nus quis

nam es-set christi- a-nó- rum De- us, respóndit : Si dignus



fú- e-ris, cognósces. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Pothíni & sociórum ejus sanguine nobilitáre dignátus es : concéde propítius; † ut quorum fidéles tui triúmphos mirántur & extóllunt, * eórum exémplis instrúcti & méritis fulti profíciant. Per Dóminum.

Comm. Ss. Marcellini et Soc. Mart. T. P. Aña. Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Sancti & justi. *Extra T. P. Aña.* Vestri capílli. 448. ℣. Lætámini. *Orat.* [illegible]

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus, Capitula et ℣℣. de Commun. Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.*

3. S. Clotildis Francorum Reginæ, Viduæ

Duplex.

In I. Vesperis.

Hymnus.

2.



S Alve Franci- adum gló-ri- a gentis : Per te sol



de- i, nu-be so-lú-ta, Illústrat pátri- am lúmine Chri-

sti, Per te prima di- es or-ta sa- lú-tis. 2. O [illegible]



so-bo-les, quæ Clodo-væ- o, Ut Christum téne- at, trá-de-ris



uxor : Gentí-li só-ci- o juncta fi-dé- lis, Sponsi mente



pro-cul nú-bi- la pelles. 3. Flo-rem ma-ne ra-pit turbo re-



cen-tem, Sic præ-ceps rá-pu- it mors ti-bi na-tum : Vi-tæ lo-



tus aquis, in me-li- ó- ri Exsúl-tat pátri- a ; plau-dis



o-vanti. 4. At, re-gí-na, ti-bi násci-tur al-ter ; Rex sacro



so-bo-lem fonte re-násci Inví-tus pá-ti- tur : mox, pi- a



con-jux, Exclú-dis pátri- o corde ti-mó-rem. 5. Nunc, an-



cil-la De- i, perge Clo-tíl-dis, Ex te progé-ni- es en no-



va surgit ; Rex, gens Franca, De- um, te ge-ni-tri- ce, Te

http://ccwatershed.org

præ-bénte ma-num, quæ-re-re discent. 6. Sanctæ sint Tri-ni-

di laudis ho-nó-res, Per quam Franci-ge-nis fé-mi-na plu-

dens Christi colla ju-go flécte-re sua-vi, Cæ-le-stémque

vi- am cúr-re-re monstrat. A-men.

℣. Spécie tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

3. c

SAncti-fi-cá-tus est rex Clodo-væ- us, vir infi-dé-lis

per Clo-tíldem mu-lí- e-rem fi-dé-lem. E u o u a e.

Oratio.

RESPICE, quæsumus Dómine, ad Francórum benígnus impérium : † & quibus per devótam sanctæ Clotíldis instántiam donum fídei contulísti, * iisdem per ejus intercessiónem tríbue sincérum christiánæ pietátis affléctum. Per Dóminum.

Pro comm. S. Pothini et Sociorum Martyrum, Aña.

3. a

BLandi-na, ómni- um postréma, de éx-i-tu su-o

gaudens, tandem & ipsa víctimæ instar jugu-lá-ta est.

E u o u a e.

℣. Pretiósa. *vel* ℣. Exsultábunt. *Oratio.* Deus, qui Ecclésiam. 694.

Ad Laudes.

Hymnus.

2.

AD quas, orba vi-ro, tristi- or æ-des Gres-sus pro-

mo-ve- as so- la, Clo-tíldis? Martí-ni túmu- lo condis amá-

nos Luctus : inde po-tens bel-la co- érces. 2. Incúmbens

pre-ci-bus, nec ti-bi par-cens, Indúlges á-li- is : nu-tris e-

ge-nos, Christi membra fo-ves : pró-di-ta fa- ctis, Dum re-

gi-na la-tes, no-ta co- rúscas. 3. Fe-li-ces ni-mi- um, si

tu-a na- ti Pru- dénter sá-pe-rent verba sa-lú-tis! O re-gum

ge-ni-trix, ipsa ne-pó- tum Urget cu-ra tu- um pectus

http://ccwatershed.org

a-mó-re. 4. Nunc e se-de po-li réspi-ce gentem; Te ma-
trem fí-de- i gra- ta sa-lú-tat : Præ-sens, alma, tu- is cæ-li-
tus e- sto ; Pro-pél-las pátri- a lóngi- us hostes. 5. San-
ctæ sint Trí- a-di laudis ho-nó-res, Per quam Franci-ge-nis
fé-mi-na prudens Christi colla ju-go fléc-te-re sua- vi, Cæ-
le-stémque vi- am cúr-re-re monstrat. A-men.

℣. Diffúsa est.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G R Ex Clo-dovæ-us, e-le-vá-tis ad cæ-lum ó-cu-lis
a- it : Dó-mi-ne Je-su Christe, quem Clo-tildis prædi-cat es-
se Fi- li- um De- i vi-vi, da mi-hi vic-tó-ri- am, & sérvi-am

http://ccwatershed.org

ti-bi. E u o u a e. *Oratio,* 696.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

4. S. Francisci Caracciolo Conf. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui beátum Franciscum, novi órdinis institutórem, orándi stúdio & pæniténtiæ amóre decorásti : † da fámulis tuis in ejus imitatióne ita proficere; ut semper orántes, & corpus in servitútem redigéntes, * ad cæléstem glóriam pervenire mereántur. Per Dóminum nostrum.

Pro commem. S. Clotildis, Antiphona.

3. a C Lo-tíldis, ma-ter pátri- æ, in cæ-lis co-roná-ta, fe-
císti vi-rí-li-ter : adsis, & salva pópu-lum tu-um.
E u o u a e.

℣. Diffúsa est. *Oratio,* 696.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

5. S. Bonifacii Episcopi et Martyris O. N.

Duplex.

In I. Vesperis.

Hymnus.

2. P Ræ-su-lis exsúltans cé-lebret Germáni- a laudes, Et

Bo-ni-fá-cii opus Márty-ris almi-fi-cum. 2. Ordinat hunc Ro-ma mittítque Bri-tánni- a ma-ter Doctó-rem pópu-lis & de-cus Ecclé-si- æ : 3. Ponti-fi-cem summum, signó-rum fúlmine cla-rum, E-lóqui- o ní-ti-dum, mó-ri-bus egrégi- um : 4. Quem Francus, Fri-sóque simul, Saxóque mi-nistrum Æ-térnæ vi-tæ prædi-cat esse si-bi. 5. Quod terra mó-ri-tur, fruméntum plu-rima confert Sémi-na, fructúmque multipli-cá-re studet. 6. Sicque sa-cerdó-tis Dómi-ni læ-tíssima crescit Paucis ex gra-nis glo-ri-fi-cánda se-ges. 7. Gló-ri- a summa Patri, compar sit gló-ri- a Na-to ; Laus & in æ-térnum, Spí-ri-tus alme,

ti-bi. A-men.

℣. Sancti & justi. *vel* ℣. Glória & honóre.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

MArtyr & Pónti-fex Bo-ni-fá-ci- us, Romá-næ Se-dis le-gá-tus, Germá-nos ev-angé-li-ca lu-ce perfú- dit, & Fran-co-rum succúrrit Ecclé-si- is. E u o u a e.

Oratio.

MAJESTATIS tuæ cleméntiam supplíciter deprecámur, omnípotens & miséricors Deus : † ut, sicut unigéniti Fílii tui agnitiónem, per beáti Bonifácii Pontíficis & Mártyris tui prædicatiónem, populórum córdibus infudísti ; * ita & nos, ipsius opitulántibus méritis, fidei stabilitáte firmémur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. S. Francisci Caracciolo. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Oratio*, 699.

Ad Laudes.

Ad Bened. Aña. 3. a

PRæ-sul invictíssimus, audí- to turbá-rum ímpe-tu, ad sanctó-rum re-liqui- as confúgit, qui-bus corpus su-um cæ-lésti clype- o mu-ni-vit. E u o u a e.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et S. Claudii, ut infra.

http://ccwatershed.org

6. S. Norberti Episcopi et Conf. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui beátum Norbértum Confessórem tuum atque Pontíficem verbi tui præcónem exímium effecísti, & per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti : † præsta quæsumus ; ut ejúsdem suffragántibus méritis, * quod ore simul & ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.

Pro commem. S. Bonifacii, Antiphona.



℣. Pretiósa. *vel* ℣. Justus ut palma. *Oratio*, 701.

Deinde comm. **S. Claudii** *Episc. et Conf. Aña.* Euge serve bone. 458. ℣. Justum dedúxit.

Oratio.

Sancti Cláudii Confessóris tui atque Pontíficis, nobis, Dómine, gloriósa mérita suffragéntur : * qui cæléstem in terris vitam & verbo dócuit, & firmávit exémplo. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Sacérdos & Póntifex. 455. ℣. Amávit eum.

9. Ss. Primi et Feliciani Martyrum.

Oratio.

Fac nos, quæsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Primi & Feliciáni semper festa sectári : * quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

10. S. Margaritæ Reginæ Scotiæ, Viduæ.

Semiduplex.

Oratio.

Deus, qui beátam Margarítam réginam exímia in páuperes caritáte mirábilem effecísti : † da, ut ejus intercessióne & exémplo, * tua in córdibus nostris cáritas júgiter augeátur. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. præced.

11. S. Barnabæ Apostoli. *Dupl. maj.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Bárnabæ Apóstoli tui méritis & intercessióne lætíficas : † concéde propítius ; ut qui tua per eum benefícia póscimus, * dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

Comm. S. Margaritæ. Aña. Manum suam. 481. ℣. Diffúsa est.

In II. Vesp. comm. seq. ac Ss. Basilidis et Sociorum Martyrum.

12. S. Leonis III. Papæ et Conf. O. N.

Duplex.

In I. Vesperis, pro comm. Antiphona.



℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui Fílio tuo unigénito omnem potestátem in cælo & in terra contulísti, † quique per manus beáti Leónis Confessóris tui atque Pontíficis Románum Impérium instauráre voluísti : * concéde, ut christianórum príncipes & per te regnáre, & secúndum te imperáre gloriéntur. Per eúmdem Dóminum.

Deinde comm. **Ss. Basilidis et Sociorum** *Martyrum. T. P. Aña.* Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi. *Extra T. P. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

Sanctorum Mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Náboris atque Nazárii, quæsumus Dómine, natalítia nobis votíva resplendeant : * & quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, frúctibus nostræ devotiónis accréscat. Per Dóminum.

Ad Laudes.

Ad Bened. Aña. 6. F



Comm. Ss. Martyrum. T. P. Aña. Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa. *Extra T. P. Aña.* Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

13. S. Antonii de Padua Conf. *Dupl.*

Oratio.

Ecclesiam tuam, Deus, beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votíva lætíficet : † ut spirituálibus semper muniátur auxíliis, * & gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum.

Pro commem. S. Leonis III., Antiphona.

7. a



http://ccwatershed.org



℣. Justum dedúxit. *Orat.* 703.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

14. S. Basilii Magni Episcopi, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.* (m. t. v.)

In utrisque Vesperis, Aña. O Doctor... beáte Basíli. 461.

Oratio.

Exaudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Basílii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † & qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Comm. S. Antonii de Padua. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum. *Orat.* 704.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Ss. Martyrum ut infra.

15. S. Joannis a S. Facundo Confessoris. *Duplex.* (m. t. v.)

Oratio.

Deus, auctor pacis & amátor caritátis, qui beátum Joánnem Confessórem tuum mirífica dissidéntes componéndi grátia decorásti : † ejus méritis & intercessióne concéde; ut in tua caritáte firmáti, * nullis a te tentatiónibus separémur. Per Dóminum.

Comm. S. Basilii. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit.

Deinde **Ss. Viti, Modesti** *atque* **Crescentiæ** *Martyrum. T. P. Aña.* Lux perpétua. 439. ℣. Sancti & justi. *Extra T. P. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

Da Ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, sanctis Martyribus tuis Vito, Modésto atque Crescéntia intercedéntibus, supérbe non sápere, sed tibi plácita humilitáte proficere : * ut prava despíciens, quæcúmque recta sunt, líbera exérceat caritáte. Per Dóminum.

In Laudibus, T. P. Aña. Fíliæ Jerúsalem. 442. ℣. Pretiósa. *Extra T. P. Aña.* Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

18. Ss. Marci et Marcelliani Martyrum.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : † ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Marci & Marcelliáni natalítia cólimus, * a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

19. Ss. Gervasii et Protasii Mart. Dupl.

In I. Vesperis, Hymnus.

8.



Piæ latébant hóstiæ,
Sed non latébat fons sacer :
Latére sanguis non potest,
Qui clamat ad Deum Patrem.

Cælo refúlgens grátia
Artus revelávit sacros :
Nequímus esse mártyres,
Sed invenímus mártyres.

Cæcus recépto lúmine,
Mortis sacræ bonum probat :
Sanátus impos méntium
Opus fatétur Mártyrum.

Solúta turba vínculis,
Spiris dracónum líbera,
Emíssa totis úrbibus,
Domum redit cum grátia.

Vetústa sæcla vídimus,
Jactáta semicínctia,
Tactúque & umbra córporum
Ægris salútem rédditam.

Patri simúlque Fílio,
Tibíque Sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória. Amen.

http://ccwatershed.org

Oratio.

Martyrum tuórum Dómine Gervásii & Protásii solémnia recenséntes : † súpplices te rogámus ; ut quos cæléstí glória sublimásti, * tuis adésse concédas fidélibus. Per Dóminum.

Ad Laudes, Hymnus.

2.

Sanctis progénies orta paréntibus,
Ætérnas ad opes, prædia réspuens,
Alta mente volat ; nec métuit Deo
Vitam fúndere nóbilem.

Artus conspícuos vílibus éruit
Antístes túmulis : flúmine sánguinis
Tellus tota madet ; quin húmeris caput
Avúlsum prope cérnitur.

Incorrúpta patent córpora Mártyrum,
Quos tu condíderas, o Deus, in sinu :
Regínæ rábies comprímitur ferox,
Et se Relligio probat.

Tunc migrant érebi monstra treméntia :
Morbi diffúgiunt : lumínibus gravis
Calígo, féretrum qua micat, éxcidit,
Et lux prima revértitur.

Patri máxima laus, máxima Fílio,
Amborúmque tibi máxima Spíritus,
Qui sacros púgiles martyrio lítans
Ad palmas simul évehis. Amen.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et S. Silverii Papæ et Martyris.

20. S. Julianæ de Falconeriis Virginis.

Duplex.

In I. Vesperis.

Hymnus.

8.

CÆ-léstis Agni núpti- as, O Ju-li- á-na, dum pe-tis,



Domum pa-térnam dé- se-ris, Cho-rúmque du- cis vírginum.

Sponsúmque suffixum cruci
Noctes diésque dum gemis,
Dolóris icta cúspide
Sponsi refers imáginem.

Quin septifórmi vúlnere
Fles ad genu Deíparæ :
Sed crescit infúsa fletu,
Flammásque tollit cáritas.

Hinc morte fessam próximâ
Non usitáto te modo
Solátur & nutrit Deus,
Dapem supérnam pórrigens.

Ætérne rerum Cónditor,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Soli tibi sit glória. Amen.

℣. Spécie tua. *Ad Magnif. Aña.* Veni sponsa. 472.

Oratio.

DEUS, qui beátam Juliánam Vírginem tuam extrémo morbo laborántem pretióso Filii tui córpore mirabíliter recreáre dignátus es : concéde quæsumus; † ut ejus intercedéntibus méritis, nos quoque eódem in mortis agóne reféćti ac roboráti, ad cæléstem pátriam perducámur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. Ss. Gervasii et Protasii Martyrum. Aña. Gaudent in cælis. 451. ℣. Exsultábunt. *Orat.* 707.

Postea **S. Silverii** *Papæ et Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

INFIRMITATEM nostram réspice omnípotens Deus : * & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Silvérii Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

http://ccwatershed.org

21. S. Aloisii Gonzagæ Conf. *Dupl.*

Oratio.

CÆLESTIUM donórum distribútor Deus, qui in angélico júvene Aloísio miram vitæ innocéntiam pari cum pæniténtia sociásti; † ejus méritis & précibus concéde; * ut innocéntem non secúti, pæniténtem imitémur. Per Dóminum.

Comm. S. Julianæ. Aña. Veni sponsa. 476. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 708.

In II. Vesp. comm. sequentis.

22. S. Paulini Episcopi et Confessoris.

Aña. Sacérdos & Póntifex. 455. ℣. Amávit eum.

Oratio. Da, quæsumus... beáti Paulíni. 459.

23. In Vigilia S. Joannis Baptistæ.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut familia tua per viam salútis incédat, † & beáti Joánnis Præcursóris hortaménta sectando, * ad eum, quem prædíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

¶ Si sequenti die 24. occurrerit Solemnitas Ss. Corporis Christi, agendum erit de prædicta Solemnitate : Festum vero S. Joannis Baptistæ tunc reponatur in diem 25. tamquam in sedem propriam, translato alio Festo Duplici, si alicubi occurrat, post Octavam, aut eo penitus omisso, juxta rubricas ; sed si fuerit primæ vel secundæ classis, transfertur in primam diem Officio Duplici non impeditam infra eamdem Octavam.

Die 24. Junii.

In Nativitate S. Joannis Baptistæ.

Duplex I. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

1. Aña. 7. a

I-PSE præ- í-bit ante illum in spí-ri-tu & virtú-te E-lí- æ, pa-rá- re Dómi-no ple-bem perféctam. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus. *cum reliquis de Domínica.*

2. Aña. 8. G

JO-ánnes est nomen e-jus : vinum & sí-ce-ram non bi-bet, & mul- ti in na-ti-vi-tá-te e-jus gaudébunt. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

EX ú-te-ro senectú- tis & sté-ri-li Jo-ánnes na-tus est Præ-cúrsor Dómi-ni. E u o u a e.

4. Aña. 7. a

I-ste pu- er magnus coram Dómi-no : nam & manus e-jus cum ipso est. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 49.*

AUDITE insulæ, & atténdite pópuli de longe : † Dóminus ab útero vocávit me, * de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.

℟. br.

I-Nter na-tos mu-li- e-rum * Non surré- xit ma-jor. ℣. Jo-ánne Baptísta. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

2.

UT que- ant la-xis re-soná-re fibris Mi-ra gestó- rum fámu-li tu- ó-rum, Sol-ve pollú-ti lá-bi- i re- á-tum, San-

http://ccwatershed.org

http://ccwatershed.org

℣. Fuit homo missus a Deo.
℟. Cui nomen erat Joánnes.

Ad Magnificat, Antiphona.



Oratio.

DEUS, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti : * da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum ; & ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solemni Confessorum. Idem tonus servatur per Octavam ad omnes Hymnos ejusdem metri, usque ad Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli exclusive.*

Sed si Nativitas S. Joannis Baptistæ incidat infra Octavam Corporis Christi, servatur tonus hujus Octavæ usque dum terminata fuerit.

Ad LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 3. à



2. Aña. 4. E

INnu-ébant patri e-jus, quem vel-let vo-cá-ri e-um : & scripsit, di-cens : Jo-ánnes est nomen e-jus. E u o u a e.

3. Aña. 1. f

JO-ánnes vo-cá-bi-tur nomen e-jus : & in na-ti-vi-tá-te e-jus multi gaudébunt. E u o u a e.

4. Aña. 3. c

INter na-tos mu-lí-e-rum non surré-xit ma-jor Jo-ánne Ba-ptísta. E u o u a e.

5. Aña. 3. c

TU pu-er Prophé-ta Altíssimi vo-cábe-ris : præ-ibis ante Dóminum pa-rá-re vi-as e-jus. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 49.*

AUDITE insulæ, & atténdite pópuli de longe : † Dóminus ab útero vocávit me, * de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.

FUit homo * Missus a De-o. ℣. Cu-i nomen e-rat Jo-ánnes. Gló-ri-a Patri.

Hymnus.

2. O nimis fe-lix, me-ri-tíque celsi, Nésci-ens labem ní-ve-i pu-dó-ris, Præ-po-tens Martyr, nemo-rúmque cultor, Má-xime Va-tum!

Serta ter denis álios corónant
Aucta creméntis, duplicáta quosdam :
Trina centéno cumuláta fructu
Te sacer ornant.

Nunc potens nostri méritis opímis
Péctoris duros lápides repélle :
Asperum planans iter, & refléxos
Dírige calles.

Ut pius mundi Sator & Redémptor,
Méntibus pulsa livióne puris,
Rite dignétur véniens sacrátos
Pónere gressus.

Láudibus cives célebrent supérni
Te Deus simplex, paritérque trine :
Súpplices & nos véniam precámur :
Parce redémptis. Amen.

℣. Iste puer magnus coram Dómino.
℟. Nam & manus ejus cum ipso est.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

A-pértum est os Za-cha-rí-æ, & prophe-tá-vit, di-

http://ccwatershed.org



cens : Bene- dí- ctus De- us Is-ra- el. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti : † da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum; * & ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Innuébant. *Capit. e Laudibus.*

℣. Fuit homo missus a Deo.

℟. Cui nomen erat Joánnes.

Ad Sextam. *Aña.* Joánnes vocábitur.

Capitulum. *Isaiæ 49. b.*

Et nunc hæc dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi : † Dedi te in lucem géntium, * ut sis salus mea usque ad extrémum terræ.

℣. Inter natos mulierum non surréxit major.

℟. Joánne Baptista.

Ad Nonam. *Aña.* Tu puer.

Capitulum. *Isaiæ 49. b.*

Reges vidébunt & consúrgent príncipes, † & adorábunt Dóminum Deum tuum, * & sanctum Israel, qui elégit te.

℣. Elisabeth Zachariæ magnum virum génuit.

℟. Joánnem Baptistam Præcursórem Dómini.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Iste puer magnus coram Dómino.

℟. Nam & manus ejus cum ipso est.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. d



P U-er qui na-tus est no-bis, plus quam prophé-ta

http://ccwatershed.org



est : hic est e-nim de quo Salvá-tor a- it : Inter na-tos mu-



li-e-rum non surré-xit ma-jor Jo- ánne Baptista. E u o u a e.

Comm. sequentis.

25. S. Gulielmi Abbatis.

Duplex.

Aña. Similábo. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui infirmitáti nostræ ad teréndam salútis viam in sanctis tuis exémplum & præsidium collocásti : † da nobis ita beáti Guliélmi Abbátis mérita venerári, * ut ejúsdem excipiámus suffrágia, & vestígia prosequámur. Per Dóminum.

In Laud. comm. Octavæ S. Joannis. Aña. Apértum est. 715. ℣. Iste puer. *Oratio.* Deus, qui præséntem.

In Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et Octavæ S. Joannis.

26. Ss. Joannis et Pauli Martyrum.

Duplex.

In I. Vesperis.

¶ *Si dicendæ sunt integræ, Antiphonæ de Laudibus, Psalmi de Dominica. Capitulum,* ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *de Communi,* 444.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. g



A Dsti-té- runt justi ante Dómi-num, & ab in-



vi-cem non sunt se-pa-rá-ti : cá- li-cem Dó- mi-ni bi-

bé- runt, & amí-ci De- i appel-lá-ti sunt. E u o u a e.

Comm. S. Gulielmi. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* *Postea Octavæ S. Joannis. Aña.* Puer. 716. ℣. Iste puer.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G

P Au-lus & Jo-ánnes di-xé-runt Ju-li- á-no : Nos unum De-um có-limus, qui fe-cit cæ-lum & terram. E u o u a e.

2. Aña. 8. G

P Au-lus & Jo-ánnes di-xé-runt Te-renti- á-no : Si tu-us dómi-nus est Ju-li- ánus, ha-bé-to pa-cem cum il-lo : no-bis á-li- us non est, ni-si Dómi-nus Je-sus Christus. E u o u a e.

3. Aña. 1. f

J O-ánnes & Pau-lus agnoscéntes ty-ránni-dem Ju-li- a-ni, fa-cultá-tes su- as paupé-ri-bus e-ro-gá-re cœ-pé-runt. E u o u a e.

4. Aña. 7. a

S Ancti spi-ri-tus & á-nimæ justó-rum hymnum di-ci-te De- o, al-le-lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 1. f

J O-ánnes & Paulus di-xé-runt ad Gal-li-cánum : Fac vo-tum De- o cæ- li, & e-ris victor mé-li- us quam fu- í-sti. E u o u a e.

Capitulum, ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *de Communi,* 447.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. g

I -sti sunt sancti, qui pro Christi amó-re mi-nas hóminum contempsé-runt : sancti Márty-res in regno cæ-

http://ccwatershed.org

ló-rum exsúltant cum Ange-lis. O quam pre-ti-ó-sa est mors sanctó-rum, qui assí-du-e assí-stunt an-te Dómi-num, & ab invi- cem non sunt se-pa-rá-ti ! E u o u a e.

Oratio.

Quæsumus omnípotens Deus : ut nos gemináta lætítia hodiérna festivitátis excípiat, † quæ de beatórum Joánnis & Pauli glorificatióne procédit ; * quos éadem fides & pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum.

Comm. Octavæ S. Joannis, 715.

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus, Capitula et* ℣℣. *de Communi,* 449.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus, Psalmi ut in II. Vesperis de Communi plurimorum Martyrum.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus de Communi,* 444.

℣. Exsultábunt.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

I-sti sunt du-æ o-lí-væ, & du-o cande-lá-bra lu-cénti-a an-te Dómi-num : ha-bent po-te-stá- tem clau-de-re cæ-lum nú-bi-bus, & a-perí-re portas e- jus : quia linguæ e-ó-rum claves cæ-li factæ sunt. E u o u a e.

Comm. Octavæ S. Joannis, 716.

27. Infra Octavam Nativit. S. Joannis Bapt.

Vesp. de seq., comm. Octavæ.

28. S. Irenæi Episcopi et Martyris. *Dupl.*

Si hoc Festum venerit in Dominica, commemoratio Vigiliæ Apostolorum fit Sabbato præcedenti, in quo fit de Octava S. Joannis.

Ad Vesperas, Hymnus.

8

Quod jubar Gal-lis O-ri-énte transfers, Quosve the-sauros, I-renæ-e, præstas! Dum ti-bi tra-dit Po-ly-cárpus al-mi Verba Jo- ánnis.

Pothino primum datus admi-nister,
Sublevas longo sénio gravátum;
Martyr occúmbit : daris & supérni
Múneris hæres.

Præsulem factum novus ardor urit :
Hæreses pellis, simulácra sternis;
Dum rogas pacem, metuénda ponit
Fúlmina Victor.

http://ccwatershed.org

Pro fide certas, novitátis ex-
pers ;
Erudit per te sacra nos Vetústas :
Scripta transmíttis sine labe seros
Usque nepótes.

Inde quam puris satiámur
undis !
Límpidos nescit violáre fontes
Error : ætérnæ Sedis asserúntur
Jura per orbem.

In Dei sanctos furit ut tyrán-
nus,
Primus ad pugnam curris, h...
næe :
Voce quæ pastor documénta ...
dis,
Sánguine firmas.

Sit tibi, spreta nece, quæ tri-
úmpho
Præsulem sanctum décoras pe-
énni,
Trinitas unus Deus, una cum ...
Glória sæclis.
Amen.

Oratio.

Deus, qui beáto Irenæo Mártyri tuo atque Pontífici tribuísti ... & veritáte doctrínæ expugnáret hæreses, & pacem Ecclé... felíciter confirmáret : † da, quæsumus, plebi tuæ in sancta reli-gióne constántiam ; * & pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.

Comm. Octavæ S. Joannis, 716, et in Laudibus, 715.

Postea Vigiliæ Ss. Apostolorum Petri et Pauli. Aña. et ℣. de Feria occurrent...

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : * ut nullis nos per... perturbatiónibus cóncuti, quos in Apostólicæ confessiónis petra solidásti. Per Dóminum.

Vesp. de seq. sine comm. præced.

Die 29. Junii.

Sanctorum Apostolorum PETRI ET PAULI.

Duplex 1. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus, 726. Psalmi de Dominica.

Capitulum. *Act. 12.*

Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. † Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum.

Resp. breve.



Hymnus.





℣. In omnem terram exivit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli martyrio consecrásti : * da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Et non fit commem. S. Pauli, cum Oratio sit communis, nec Octavæ S. Joannis, sed tantum

Comm. **omnium Ss. Apostolorum.** *Aña.* Tradent enim vos. 425.
℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

Oratio.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : * da nobis eórum glóriam sempitérnam & proficiéndo celebráre, & celebrándo proficere. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solemni Apostolorum. Et ita per totam Octavam ad Hymnos ejusdem metri, nisi aliter notetur.*

Sed si adhuc perduret Octava Corporis Christi, servatur tonus hujus Octavæ usque dum terminetur.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 8. G

PETRUS & Jo- ánnes ascendé-bant in tem-plum ad ho- ram o-ra- ti- ó-nis nonam. E u o u a e.

2. Aña. 7. b

ARgén-tum & aurum non est mi- hi : quod autem há-be- o, hoc ti-bi do. E u o u a e.

3. Aña. 8. c

DI-xit Ange-lus ad Petrum : Circúmda ti-bi vestimen-tum tu- um, & séque-re me. E u o u a e.

4. Aña. 7. c

MI-sit Dómi-nus Ange- lum su- um, & li-be-rá-vit me de ma-nu He-ró-dis, al-le- lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 7. c

TU es Petrus, & super hanc petram æ-di- fi-cá- bo Eccle-si- am me- am. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 12.*

MISIT Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. † Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum.

℟. br. In omnem terram. 426.

Hymnus.

4.

JAM bo- ne pastor Petre clemens ácci-pe Vo-ta pre-cantum, & pec-cá- ti víncu-la Re-sólve ti-bi po- testá-te tra-di-ta, Qua cunctis cælum verbo claudis, á-pe- ris.

DOctor egré- gi- e Pau-le mo-res instru- e, Et men-te po-lum nos transférre sát-a-ge : Donec per- féctum largi-á-tur plé- ni- us, Eva-cu- á-to quod ex parte gé- rimus.

http://ccwatershed.org



℣. Annuntiavérunt ópera Dei. ℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli martyrio consecrásti : † da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum, * per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Comm. omnium Ss. Apostolorum. *Aña.* Vos qui reliquistis, 427.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

http://ccwatershed.org

Oratio.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : * da nobis eórum glóriam sempitérnam & proficiéndo celebráre, & celebrándo profícere. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Argéntum. *Capit. e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Sextam. *Aña.* Dixit Angelus ad Petrum.

Capitulum. *Act. 12.*

Petrus quidem servabátur in cárcere. * Orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Nonam. *Aña.* Tu es Petrus.

Capitulum. *Act. 12. b.*

Et Petrus ad se revérsus, dixit : Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, † & erípuit me de manu Heródis, * & de omni exspectatióne plebis Judæórum.

℣. Nimis honoráti sunt amici tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

IN II. VESPERIS.

Ubi non est faciendum Officium S. Pauli in ecclesia propria.

Antiphonæ et Psalmi ut in II. Vesp. de Comm. Apostolorum, 428. *Capitulum,* ℟. *breve, et Hymnus ut supra in I. Vesperis.*

℣. Annuntiavérunt ópera Dei. ℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiphona.



Et non fit comm. S. Pauli, nec Octavæ S. Joannis, sed tantum **Comm. omnium Ss. Apostolorum.** *Aña.* Estóte fortes. 430. ℣. In omnem terram. *Oratio.* Deus, qui nos. 729.

Ubi vero fit Officium S. Pauli in ecclesia propria.

In I. Vesperis.

Aña. Ego plantávi. *cum reliquis ut supra,* 556. *Ps. de Dñica.*

Capitulum. Bonum certámen. *ut infra ad Laudes.*

℟. *br.* Constitues eos. 723. *Hymnus.* Doctor egrégie. Sit Trinitáti. *ut supra,* 727.

℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Magnificat, Aña. Sancte Paule Apóstole. *ut infra,* 732.

Oratio de Laudibus ut infra, 731.

Deinde comm. S. Petri, ut infra ad Laudes. Et non fit commem. Octavæ S. Joannis, neque in Laudibus.

¶ *Si Commemoratio S. Pauli venerit in die Octava Corporis Christi, extra propriam ecclesiam transfertur in primam diem infra Octavam Dominica vel Festo non impeditam; et totum Officium fit ut in propria ecclesia.*

30. In Commemoratione S. Pauli Apostoli.

Duplex majus.

Ad Laudes, et per Horas.

Antiphona. Ego plantávi. *cum reliquis ut supra,* 556.

Capitulum. *2. Tim. 4. b.*

BONUM certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. † In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, * quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

℟. *br.* In omnem terram. 424.

Hymnus. Exsúltet cælum. *in tono solemni ratione Octavæ,* 424.

℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus, Antiphona. 2. D



Oratio.

DEUS, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : † da nobis, quæsumus ; ut cujus natalítia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Petri. Aña. Tu es pastor. 544. ℣. Tu es Petrus. *Oratio.* Deus, qui beáto Petro. *ibid.*

Deinde Octavæ S. Joannis. Aña. Apértum est. 715. ℣. Iste puer.

Ad Tertiam. *Aña.* Libénter gloriábor. *Capit. e Laudibus.* ℣. In omnem terram.

http://ccwatershed.org

Ad Sextam. *Aña.* Grátia Dei.

Capitulum. *2. Cor. 12. b.*

NE magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi sti-mulus carnis meæ, ángelus sátanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me : * & dixit mihi : Súfficit tibi grátia mea. ℣. Constítues eos.

Ad Nonam. *Aña.* Ter virgis cæsus sum.

Capitulum. *1. Cor. 15. b.*

EGO enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, * & grátia ejus in me vacua non fuit. ℣. Nimis honoráti sunt.

In II. Vesperis.

Vesperæ integræ dicuntur de S. Paulo. Antiphonæ et Psalmi ut in II. Vesperis de Communi Apostolorum, 428.

Capit. Bonum certámen. *e Laudibus.* ℟. *br.* Constítues eos. 427

Hymnus. Doctor egrégie. Sit Trinitáti. 727.

℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



SAncte Paule A-pósto-le, præ-di-cá-tor ve-ri-tá-tis



& Doctor génti- um, intercé-de pro no-bis ad De- um, qui



te e-lé-git. E u o u a e.

Deinde comm. S. Petri. Aña. Tu es pastor. 544. ℣. Tu es Petrus. *Oratio.* Deus, qui beáto Petro. *ibid.*

Postea Octavæ S. Joannis ut in I. Vesperis Festi, 713.

In ecclesia S. Pauli Vesperæ dicuntur eodem modo ut supra.

http://ccwatershed.org

FESTA JULII.

Dominica I. Julii.

Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.

Duplex 2. classis.

Si hodie occurrat Festum Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, aut aliud Festum æqualis vel altioris ritus, de Pretiosissimo Sanguine fiat prima die non impedita a Festo Duplici 1. vel 2. classis, translato inde juxta Rubricas Festo Duplici majori vel alicujus Doctoris Ecclesiæ; de Duplici vero minori vel Semiduplici occurrente fit tantum commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus.

In I. Vesperis.

1. Aña. 7. a



QUIS est i-ste qui ve-nit de E-dom, tinctis



vesti-bus de Bosra? Iste formó-sus in sto-la su- a.



E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica.*

2. Aña. 3. c



Ego qui loquor justí-ti- am, & propugná-tor sum



ad sal-vándum. E u o u a e.

3. Aña. 4. A

Vestí-tus e-rat veste aspérsa sángui-ne, & voca-tur nomen e-jus Verbum De- i. E u o u a e.

4. Aña. 8. c

Qua-re ergo rubrum est induméntum tu-um, & ve-stiménta tu-a sic-ut calcánti- um in torcu-lá-ri? E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9. c.*

Fratres: Christus assistens póntifex futurórum bonórum, per ámplius & perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis: † neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta.

℟. br. Ed-emísti nos Dómi-ne * In sángui-ne tu-o. ℣. Ex omni tri-bu, & lingua, & pópu-lo, & na-ti- óne. Glóri-a Patri, & Fi-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

Hymnus.

Festí-vis ré-sonent cómpi-ta vó-ci-bus, Ci-ves lætí-ti-am frónti-bus expli-cent: Tædis flammí-fe-ris órdi-ne prod-e-ant Instrúcti pú- eri & se-nes.

Quem dura móriens Christus in árbore
Fudit multíplici vúlnere sánguinem,
Nos facti mémores, dum cólimus, decet
Saltem fúndere lácrimas.

Humáno géneri perníciem gravis
Adámi véteris crímine cóntigit:
Adámi intégritas & píetas novi
Vitam réddidit ómnibus.

Clamórem válidum summus ab æthere
Languéntis Géniti si Pater áudiit,
Placári pótius sánguine débuit,
Et nobis véniam dare.

Hoc quicúmque stolam sánguine próluit,
Abstérgit máculas; & róseum decus,
Quo fiat símilis prótinus Angelis,
Et Regi pláceat, capit.

A recto instábilis trámite póstmodum
Se nullus rétrahat; meta sed última
Tangátur; tribuet nóbile prǽmium,
Qui cursum Deus ádjuvat.

Nobis propítius sis, Génitor potens,
Ut quos unigenæ sánguine Filii
Emísti, & plácido Flámine récreas,
Cæli ad cúlmina tránsferas.
Amen.

℣. Redemísti nos Dómine in sánguine tuo.
℟. Et fecísti nos Deo nostro regnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. a

Ccessí-stis ad Si- on montem, & ci-vi-tá-tem

http://ccwatershed.org

De- i vivéntis, Je-rú-sa-lem cæ-léstem, & testaménti no-vi

me-di- a-tó-rem Je-sum, & sángui-nis aspersi- ó-nem mé-li-us

loquéntem quam Abel. E u o u a e.

Oratio de Laudibus, 740. Et fit comm. Dominicæ.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Hymni Laudum. Servatur Doxologia communis.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. c

HI qui amícti sunt sto-lis albis, qui sunt, &

unde ve-né-runt? E u o u a e.

2. Aña. 1. a

HI sunt, qui ve-né-runt de tri-bu-la-ti- ó-ne magna,

& la-vé-runt sto-las su-as in sángui-ne Agni. E u o u a e.

3. Aña. 6. F

ID-e- o sunt ante thronum De- i, & servi-unt

http://ccwatershed.org

e- i di- e ac nocte. E u o u a e.

4. Aña. 7. a

ET ipsi vi-cé-runt dra-có-nem propter sángui-nem

Agni, & propter testaméntum verbi su- i. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

BE-á-ti qui la-vant sto-las su- as in sángui-ne

Agni. E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9. c.*

FRATRES : Christus assistens póntifex futurórum bonórum, per amplius & perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis : † neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in sancta, * ætérna redemptióne invénta.

R. br. CHristus di-lé-xit nos, & la-vit nos * In sángui-ne

su- o. V. Et fe-cit nos regnum, & sa-cerdó-tes De- o & Patri.

Glo-ri- a Patri, & Fi-li- o, & Spi-ri-tu- i Sancto.

Hymnus.

℣. Justificáti in sánguine Christi.
℟. Salvi érimus ab ira per ipsum.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti, ac ejus sánguine placári voluísti : † concéde, quæsumus, salútis nostræ prétium solémni cultu ita venerári, atque a præséntis vitæ malis ejus virtúte defendi in terris ; * ut fructu perpétuo lætémur in cælis. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Et fit comm. Dominicæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Hi sunt. *Capit. e Laudibus,* 737.

℣. Sanguis Jesu Christi Fílii Dei.

℟. Emúndat nos ab omni peccáto.

Ad Sextam. *Aña.* Ideo sunt.

Capitulum. *Hebr. 9. d.*

Si sanguis hircórum & taurórum, & cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis : † quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, * emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti ?

℣. Christus diléxit nos.

℟. Et lavit nos in sánguine suo.

Ad Nonam. *Aña.* Beáti.

Capitulum. *Hebr. 9. e.*

Accipiens Móyses sánguinem vitulórum & hircórum cum aqua & lana coccínea, & hyssópo : † ipsum quoque librum & omnem pópulum aspérsit, * dicens : Hic sanguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus.

http://ccwatershed.org

℣. Justificáti in sánguine Christi.

℟. Salvi érimus ab ira per ipsum.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

℣. Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni.

℟. Quos pretióso sánguine redemísti.

Ad Magnificat, Antiphona.

Et fit comm. Dominicæ.

Die 1. Julii.

Octava S. Joannis Baptistæ.

Duplex.

Omnia ut in Festo, 713.

In Laudibus fit comm. Apostolorum. Aña. Gloriósi. *ut infra,* 746. In omnem terram. *Oratio.* Deus, qui hodiérnam. *ibid.*

Vesp. de seq., comm. præced. tantum.

Die 2. Julii.

In Visitatione B. Mariæ Virginis

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi, Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in Festis B. M. V.*, 490.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magnificat, Aña. 8. G

BEATA es Ma-rí-a, quæ cre-di-dí-sti: per-fi-ci-éntur in te quæ dicta sunt ti-bi a Dómi-no, alle-lú-ia. E u o u a e.

Comm. Octavæ S. Joannis tantum. Aña. Puer. 716. ℣. Iste puer.

¶ *Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G

EXsúrgens Ma-rí-a áb-i-it in montá-na cum festi-na-ti-ó-ne in ci-vi-tá-tem Juda. E u o u a e.

2. Aña. D

INtrá-vit Ma-rí-a in domum Zacha-rí-æ, & sa-lu-tá-vit E-li-sa-beth. E u o u a e.

3. Aña. a

UT audí-vit sa-lu-ta-ti-ó-nem Ma-rí-æ E-li-sa-beth, exsul-tá-vit infans in ú-te-ro e-jus, & replé-ta est Spí-ri-tu Sancto, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Aña. 7 a

BEne-di-cta tu inter mu-lí-e-res, & be-ne-di-ctus fructus ventris tu-i. E u o u a e.

5. Aña. 1 f

EX quo facta est vox sa-lu-ta-ti-ó-nis tu-æ in áu-ri-bus me-is, exsultá-vit infans in ú-te-ro me-o, al-le-lú-ia. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Capitulum, ℟. breve et Hymnus ut in Festis B. M. V., 495.
℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

C UM audísset sa-lu-ta-ti- ónem Ma-rí-æ E-li-sa-

beth, exclamá-vit vo-ce magna, & di-xit : Unde hoc mi-hi,

ut vé-ni- at ma-ter Dómi-ni me- i ad me? alle-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio.

FAMULIS tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre : † ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, * Visitatiónis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Comm. **Ss. Processi et Martiniani** *Martyrum. Aña.* Vestri capílli 448. ℣. Exsultábunt.

Oratio.

DEUS, qui nos sanctórum Mártyrum tuórum Procéssi & Martiniáni gloriósis confessiónibus circúmdas & prótegis : da nobis & eórum imitatióne profícere, & intercessióne gaudére. Per Dóminum.

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus. Capit. et ℣℣. ut in Festis B. M. V.* 496.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

B E- á-tam me di-cent omnes gene-ra-ti- ónes,

http://ccwatershed.org


qui- a ancíllam húmi- lem respé-xit De- us, alle-lú-ia.

E u o u a e. *Comm. sequentis.*

3. S. Leonis II. Papæ et Confessoris.

Semiduplex. **(m. t. v.)**

Aña. Sacérdos & Póntifex. 455. ℣. Amávit eum.

Oratio.

DEUS, qui beátum Leónem Pontíficem sanctórum tuórum méritis coæquásti : † concéde propítius ; ut qui commemoratiónis ejus festa percólimus, * vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

In Laud. comm. Octavæ Apostolorum. Aña. Gloriósi. 746.
Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

4. Infra Octavam Apostol. Petri et Pauli.

In Vesperis.

Capitulum. Fratres : Jam non estis. 426.
℟. br. In omnem terram. 426. *Hymnus.* Exsúltet cælum. 424.
℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

P Etrus A-pósto-lus, & Paulus Doctor génti- um, ipsi

nos docu- é- runt le-gem tu- am Dómi-ne. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui hodiérnam diem. 746.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui Slavóniæ gentes per beatos Confessóres tuos atque Pontífices Cyríllum & Methódium ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti: † præsta; ut quorum festivitáte gloriámur, * eórum consórtio copulémur. Per Dóminum.

Comm. Octavæ Apost. Aña. Petrus Apóstolus. 745. ℣. Constítues.

Ad Laudes, Hymnus.



Quos Roma plaudens éxcipit,
Compléxa mater fílios,
Auget coróna præsulum,
Novóque firmat róbore.

Terras ad usque bárbaras
Inférre Christum pérgitis:
Quot vanus error lúserat,
Almo replétis lúmine.

Noxis solúta péctora
Ardor supérnus ábripit;
Mutátur horror véprium
In sanctitátis flósculos.

Et nunc seréna cælitum
Locáti in aula, súpplici
Adéste voto; Slávicas
Serváte gentes Númini.

Erróre mersos únicum
Ovíle Christi cóngreget;
Factis avítis æmula
Fides viréscat púlchrior.

Tu nos, beáta Trínitas,
Cæléstí amóre cóncita,
Patrúmque natos ínclyta
Da pérsequi vestígia. Amen.

℣. Sapiéntiam sanctórum narrent pópuli.
℟. Et laudem eórum núntiet Ecclésia.

Ad Benedictus, Antiphona.



http://ccwatershed.org



Comm. Octavæ Apost. Aña. Gloriósi. 746. ℣. In omnem terram.

In II. Vesperis, *a Capitulo fit de Octava Ss. Apostolorum Petri et Pauli, cum commem. præcedentis.*

6. Octava Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

Duplex.

Omnia dicuntur de Communi Apostolorum, præter sequentia.

In I. Vesperis.

Capitulum. Fratres: Jam non estis. 423.

℟. *br.* In omnem terram. 426. *Hymnus.* Exsúltet cælum. 424.

℣. Constítues eos. *Ad Magnif. Aña.* Petrus Apóstolus. 745.

Oratio.

Deus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur eréxit, & coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem de profúndo pélagi liberávit: † exáudi nos propítius, & concéde; * ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequámur. Qui vivis & regnas.

Pro comm. Ss. Cyrilli et Methodii, Antiphona.

rum claves cæ-li factæ sunt. E u o u a e.

℣. Sacerdótes tui induántur justítiam. ℟. Et sancti tui exsúltent. *Orat.* 74?.

In Laudibus.

℟. *br.* Constítues eos. 423. ℣. In omnem terram.
Ad Bened. Aña. Gloriósi. 746. *Orat.* Deus, cujus déxtera. 749.

In II. Vesperis.

Antiphonæ et Psalmi ut in II. Vesp. de Communi Apostol. 428.
Capitulum. Fratres : Jam non estis. 423. ℟. *br.* In omnem terram. 426. *Hymnus.* Exsúltet. 424. ℣. Constítues eos.
Ad Magnif. Aña. Petrus Apóstolus. 745. *Orat.* Deus, cujus. 749.

---

8. S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ, Viduæ.

Semiduplex.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Ps. ut in Festis B. M. V.
℟. *br.* Adjuvábit eam. 470.

Hymnus.

1. DOmá-re cordis ímpe-tus E-lí-sa-beth Fortis, inops-que De-o Serví-re, regno præ-tu-lit. 2. En fúlgi-dis re-cépta cæ-li sé-di-bus, Si-de-re-æque domus Di-tá-ta sanctis gau-di-is. 3. Nunc regnat inter cæ-li-tes be-á-ti-or, Et præmi-

http://ccwatershed.org

-a pro-stra, do-cens Quæ ve-ra sint regni bona. 4. Pa-tri po-téstas, Fi-li-óque gló-ri-a, Perpe-tu-úmque de-cus Ti-bi sit al-me Spi-ri-tus. A-men.

℣. Ora pro nobis beáta Elisabeth.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

ET nunc re-ges intel-li-gi-te, e-ru-dími-ni qui ju-di-ca-tis terram. E u o u a e. *Oratio,* 754.

Ad Laudes, et per Horas,

1. Aña. 3. a

DUM esset Rex in accúbi-tu su-o, nardus me-a de-dit o-dó-rem su-a-vi-tá-tis. E u o u a e.

2. Aña. 1. g

ET concu-pi-scet Rex de-có-rem tu-um, qui- a

ipse est Dóminus De- us tu- us. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

P O-tens in ópe-re & sermóne, le-ní-vit i-ra-cúndi-am Dómi-ni, & conci-li- á-vit cor pa- tris ad fí-li-um. E u o u a e.

4. Aña. 7. a

Q Ua-si arcus re-fúlgens inter nébu-las gló-ri- æ, & qua-si flos ro-sá- rum in di- é-bus vernis. E u o u a e.

5. Aña. 3. a

Q Ua- si stella ma-tu-tí-na in mé-di- o nébu-læ, & qua-si luna ple-na in di- é-bus su- is. E u o u a e.

Capitulum. *Prov. 31. b.*

MULIEREM fortem quis invéniet? Procul, & de últimis fínibus prétium ejus. * Confídit in ea cor viri sui, & spóliis non indigébit. ℟. *br.* Spécie tua. 474.

Hymnus. 1.

O -pes de-cúsque ré-gi- um re-líque-ras E-li-sa-beth,

De- i di-cá-ta númi-ni : Re-cépta nunc be- á-ris inter Ange-los, Li-bens ab hósti- um tu- é-re nos do-lis. 2. Præ- i, vi- ámque dux sa-lú-tis índi-ca : Sequémur : O sit u-na mens fi-dé-lium, Odor bonus sit omnis áƈti- o : tu- is Id innu- it rosis o-pérta cá- ri-tas. 3. Be- á-ta cá-ri-tas, in arce sí-de-rum Po-tens lo-cá-re nos per omne sæcu-lum : Patríque, Fi-li-óque summa gló-ri- a, Ti-bique laus per-énnis alme Spí-ri-tus. A-men.

℣. Méritis & précibus beátæ Elísabeth.
℟. Propítius esto Dómine pópulo tuo.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. d

T U gló-ri- a Je-rú-sa-lem, tu læ-tí-ti- a Isra- el, tu

http://ccwatershed.org



hono-ri-fi-cénti- a pó- pu-li tu- i. E u o u a e.

Oratio.

CLEMENTISSIME Deus, qui beátam Elísabeth reginam, inter cetera egrégias dotes, béllici furóris sedándi prærogatíva decorásti: da nobis ejus intercessióne, post mortális vitæ, quam supplíciter pétimus, pacem, * ad ætérna gáudia pervenire. Per Dóminum.

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus, Capitula et* ℣℣. *de Communi,* 480. *Vesp. de seq., comm. præced.*

9. Ss. Cordis Beatæ Mariæ Virginis.

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V., præter sequentia.

Ad Magnificat, Aña. 6. F



EXSULTA- VIT spí-ri-tus me- us in De- o

sa- lu- tá-ri me- o, qui- a fe- cit mi- hi ma-gna qui po-



tens est. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui beátæ Maríæ Vírginis Cor immaculátum, ætérnæ Sapiéntiæ sedem, justítiæ spéculum & peccatóribus refúgium præparásti : † concéde nobis fámulis tuis, ejúsdem cómpati dolóribus, * & intercessiónibus adjuvári. Per eúmdem Dóminum.

Pro commem. S. Elisabeth, Antiphona.

5. a



E - lí-sa-beth pa-cis & pátri- æ ma-ter, in cæ-lo tri-

http://ccwatershed.org



umphans, do-na no-bis pa-cem.

℣. Ora pro nobis beáta Elísabeth.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi. *Orat.* 754.

Ad Completorium et Hóras, Tonus et Doxologia de B. M. V.

Ad Benedictus, Antiphona.

2. D



DI- xit ad Ma-rí- am Síme- on : Tu- am ipsí- us



a- nimam pertransí- bit glá-di- us. E u o u a e.

In II. Vesperis, ad Magnificat Antiphona.

8. G



MA-rí- a autem conservábat ómni- a verba hæc, cón-



ferens in corde sú- o. E u o u a e. *Comm. sequentis.*

10. Ss. Septem Fratrum Martyrum, ac Rufinæ et Secundæ Virginum et Mart.

Semiduplex.

Aña. Istórum est enim. 445. ℣. Lætámini in Dómino.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : † ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, * pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti, sine comm. præced.

Die 11. Julii.

FESTUM TRANSLATIONIS S. P. Benedicti Abbatis.

Duplex. I. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Antiphona. Fuit vir. *cum reliquis ut in Transitu,* 619. *Psalmi* [illegible] *Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 50.*

ECCE Confessor magnus, † qui quasi stella matutina in medio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis lucet : * & quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei.

℟. *br.* Sancte Pater Benedicte. *ut supra,* 616.

Hymnus. 3.

CLARIS conjú-bi-la Gál-li- a láudi-bus la[illegible]

té- ris Be-ne-dícti Patris óssi-bus : Fe-li[illegible]

quæ gremi- o cóndi-ta própri- o Servas membra ce- lé-bri-a.

[illegible]-ris I-tá-li- a fúlse-rat áctibus : Gallos ir-rá-di- at cór-

[illegible]-te mórtu-us ; Signis ad túmu-lum crébri- us é-mi-cat,

Il-lústrans pátri- am no-vam. 3. Hinc va-tum vé-te-rum facta

[illegible] re-súsci-tat, Morti quod lí-bu- it mórtu-us ímpe-rat, Exstín-

[illegible] própri- is óssi-bus éx-ci-tat : O quam mi- ra po- tén-

[illegible]-a ! 4. Jam cæ-lo ré-si-dens, o Pa-ter óptime, Di-ví-nis

[illegible]-mu-los ímbu- e régu-lis : Angústum per i-ter scánde-re

[illegible] lar-gi- ens, Dona regna per- énni- a. 5. Cunctórum dómi-

[illegible]-nans Omni-po-ténti- a, Tu qui se-de po-li cónspi-cis ó-

[illegible]-a : Psal-léntum plá-ci-de súsci-pe cán-ti-ca, Vo-tis, vo-ce

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS. - MO.

http://ccwatershed.org



pre- cánti- a. A-men.

℣. Sit memória ejus in benedictióne.
℟. Et pérmanens ad fílios viri sancti glória.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

G Alli- á-rum pópu-lis no-va lux ex-ór-ta est, quan-



do il-los Be-ne-dictus illustrá-vit præ-sénti- a : tunc aperi-



sunt ó-cu-li cæcó-rum, & mórtu- o susci- tá- to, Pa-tri-archa



corpus mórtu- um prophe-tá-vit. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui beátum Benedictum Confessórem tuum ómnium justórum spíritu replére dignátus es : concéde nobis fámulis tuis ejus Translatiónem solémniter celebrántibus, * ut ejúsdem spíritu repléti, quod te donánte promísimus, fidéliter adimpleámus. Per Dóminum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solemni Confessorum. Et ita per totam Octavam ad omnes Hymnos ejusdem metri.*

AD LAUDES, et per Horas.

Antiphona. Fuit vir. *cum reliquis ut in Transitu,* 619.

Capitulum. *Eccli. 50.*

Ecce Conféssor magnus, † qui quasi stella matutína in medio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis lucet : * & quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei.

Antiph. Amávit eum Dóminus. 456.
Hymnus. Inter ætérnas súperum corónas. 621.
℣. Justus germinábit sicut lílium.
℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



E X-sul-tavé-runt ossa Be-ne-dicti, dum e Cassi-ni



[illegible]-ribus Flo-rí- a-cum translá-ta, in campum flo-rum ve-



né-runt, & i-bi se-dé-runt in fló- ri-bus. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui beátum Benedictum Confessórem tuum ómnium justórum spíritu replére dignátus es : concéde nobis fámulis tuis ejus Translatiónem solémniter celebrántibus, † ut ejúsdem spíritu repléti, * quod te donánte promísimus, fidéliter adimpleámus. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam. *Aña.* Beátus vir Benedictus. *Capit. e Laudibus.*
℣. Audíte fílii disciplínam patris.
℟. Et legem meam ne derelinquátis.

Ad Sextam. *Aña.* Gloriósus.

Capitulum. *Eccli. 50.*

In diébus ipsíus emanavérunt pútei aquárum, † & quasi mare adimpléti sunt supra modum. * Qui curávit gentem suam, & liberávit eam a perditióne.
℣. Lætáberis in fíliis tuis.
℟. Quóniam benedicéntur.

Ad Nonam. *Aña.* Vir Dei Benedictus.

Capitulum. *Eccli. 50. b.*

Quasi vas auri sólidum, ornátum omni lápide pretióso. Quasi olíva púllulans, & cypréssus in altitúdinem se extóllens. †

http://ccwatershed.org

Et circa illum coróna fratrum : quasi plantátio cedri in monte Libano, * sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in glória sua.

℣. Erit quasi oliva glória ejus.
℟. Sedéntes in umbra ejus germinábunt.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

℣. Justus germinábit sicut lílium.
℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona.



Comm. sequentis tantum.

12. S. Joannis Gualberti Abbatis. *Dupl.*

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dómine, beáti Joánnis Abbátis commendet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

In Laud. comm. Octavæ Translationis. Aña. Exsultavérunt. 759. *Deinde* Ss. Naboris et Felicis *Mart. Aña.* Vestri capílli. 448. ℣. Exsultabunt.

Oratio.

Præsta, quæsumus Dómine : * ut sicut nos sanctórum Mártyrum tuórum Náboris & Felícis natalítia celebránda non desérunt, ita júgiter suffrágiis comiténtur. Per Dóminum.

In II. Vesp. comm. sequentis et Octavæ Translationis.

13. S. Anacleti Papæ et Martyris.

Semiduplex.

Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Anacléti Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Comm. Octavæ Translationis, 760, et in Laudibus, 759.
Vesp. de sequenti, comm. præced. et Octavæ.

14. S. Bonaventuræ Episcopi, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

In utrisq. Vesperis, Aña. O Doctor... beáte Bonaventúra. 461.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Bonaventúram minístrum tribuísti : † præsta, quæsumus ; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Comm. S. Anacleti. Aña. Qui vult. 436. ℣. Justus ut palma.
Deinde Octavæ, 760, et in Laudibus, 759.
In II. Vesp. comm. sequentis et Octavæ.

15. S. Henrici Imperatoris, Confessoris.

Semiduplex. **(m. t. v.)**

Aña. Similábo. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die beátum Henricum Confessórem tuum e terréni cúlmine impérii ad regnum ætérnum transtulísti : †

te súpplices exorámus ; ut sicut illum, grátiæ tuæ ubertáte prævéntum, illécebras sæculi superáre fecísti, * ita nos fácias ejus imitatióne mundi hujus blandiménta vitáre, & ad te puris méntibus pervenire. Per Dóminum.

Deinde comm. Octavæ Translationis, 760, etiam ad Laudes, 759.

Vesp. de seq., comm. præced. et Octavæ.

16. Commem. B. M. V. de Monte Carmelo.

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V. per annum, 490.

In I. Vesperis, ad Magnif. Aña. Sancta María, 493, *in cujus fine dicitur :* quicúmque célebrant tuam solémnem Commemoratiónem.

Oratio.

Deus, qui beatíssimæ semper Vírginis & Genitrícis tuæ Maríæ singulári título Carméli Ordinem decorásti : † concéde propítius ; ut cujus hódie Commemoratiónem solémni celebrámus offício, ejus muníti præsídiis, * ad gáudia sempitérna perveníre mereámur. Qui vivis & regnas.

Comm. S. Henrici. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 761.

Deinde Octavæ Translationis, 760.

¶ *Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

Ad Benedictus, Aña. 5. a.



Comm. Octavæ Translationis, 759.

In II. Vesperis, ad Magnificat Antiphona.



Comm. sequentis et Octavæ.

17. S. Alexii Confessoris. *Semid.*

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Aléxii Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Deinde comm. Octavæ Translationis, 760, etiam in Laudibus, 759.

Vesp. de seq., comm. præced. et Ss. Martyrum ut infra.

18. Octava Translationis S. P. Benedicti.

Duplex.

Omnia ut in Festo, 756.

Comm. S. Alexii. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit.

Deinde **S. Symphorosæ cum septem filiis** *Martyribus. Aña.* Istórum est enim. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Symphorósæ & filiórum ejus natalítia cólere : * da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

http://ccwatershed.org

19. S. Vincentii a Paulo Confessoris.

Duplex.

In I. Vesperis.

Hymnus.



Æthe-re splendet.

Facta, Vincénti, tua te perórnant ;
Cáritas aptat cápiti corónam ;
Teque, quam terris húmilis parásti,
Glória vestit.

Quam rudes olim pópulos docébas,
Véritas nunc se tibi tota pandit ;
Páuperi quidquid pia dextra fudit,
Reddit olympus.

Te sacerdótes vel adhuc magístro
Optimum Christi réferunt odórem :
Púllulat per te sacra lætióri
Vinea fœtu.

Sed tibi quantum decus elabórant
Virgines castæ, sociæque matres !
Páuperum gaudent, duce te, fidéles
Esse minístræ.

Corde qui prono míseros levábas,
Disce nunc votis hóminum rogári :
Te suum clamant ínopes, amíca
Turba, patrónum.

Summus ætérno sit honos Parénti ;
Par decus Nato míseros levánti ;
Sancte, sit compar tibi laus per omne,
Spíritus ævum. Amen.

℣. Amávit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.



Oratio.

Deus, qui ad evangelizándum paupéribus, & ecclesiástici órdinis decórem promovéndum, beátum Vincéntium apostólica virtúte roborásti : † præsta, quæsumus ; ut cujus pia mérita venerámur, * virtútum quoque instruámur exémplis. Per Dóminum.

Comm. Octavæ Translationis. Aña. Hódie. 760.

Ad Laudes.

Hymnus.



Dilécta sponso vírginum,
Corpus sacrávit cástitas :
Ornáre virtútum chorus
Mentem pudícam géstiit.

Hinc illa, qua te déprimis,
Sibi timens modéstia :
Hinc blanda morum lénitas,
Vitæque candor simplicis.

Sed inter omnes émicat,
Quo fervet igne, cáritas :
Quot illa pascit páuperes !
Quot corda Christo súbjicit !

Ardénte zelo pércitus,
Late Dei mystéria
Per rura pandis : nec tamen
Curam poténtum déseris.

http://ccwatershed.org

Te sensit error íntegra
Dolos repulsántem fide :
Te sensit infénsum scelus,
Tibíque cessit ímpotens.

Pii labóris æmulam
Prolem sub alis cóngregas :
Hanc voce, factis, móribus
Dux & magíster édoces.

Qui se perénne præmium
Dat caritáte férvidis,
Uni sit & trino Deo
Laus & perénnis glória. Amen.

℣. Justum dedúxit.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. et S. Margaritæ Virg. et Mart.

20. S. Hieronymi Æmiliani Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

DEUS, misericordiárum pater, per mérita & intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem & patrem esse voluísti : † concéde; ut spíritum adoptiónis, quo fílii tui nominámur & sumus, * fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

Pro comm. S. Vincentii a Paulo, Antiphona.

1. D



℣. Justum dedúxit. *Orat.* 765.

Deinde comm. **S. Margaritæ** *Virginis et Martyris. Aña.* Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Dómine, beáta Margaríta Virgo & Martyr implóret : * quæ tibi grata semper éxstitit & mérito castitátis, & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Símile est. 475. ℣. Diffúsa est.

In 2 Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced. et S. Praxedis Virginis.

21. S. Camilli de Lellis Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

DEUS, qui sanctum Camíllum, ad animárum in extrémo agóne luctántium subsídium, singulári caritátis prærogatíva decorásti : † ejus, quæsumus, méritis spíritum nobis tuæ dilectiónis infúnde ; * ut in hora éxitus nostri hostem víncere, & ad cæléstem mereámur corónam perveníre. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Hieronymi Æmiliani. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 766.

Deinde **S. Praxedis** *Virginis. Aña.* Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Oratio.

EXAUDI nos Deus salutáris noster : * ut sicut de beátæ Praxédis Vírginis tuæ festivitáte gaudémus ; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Símile est. 475. ℣. Diffúsa est.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

22. S. Mariæ Magdalenæ Pænitentis.

Duplex majus.

Omnia de Communi nec Virginum nec Martyrum, præter seq.

http://ccwatershed.org

In I. Vesperis.

Hymnus. 8.



Amóre currit sáucia
Pedes beátos úngere,
Laváre fletu, térgere
Comis, & ore lámbere.

Adstáre non timet cruci,
Sepúlcro inhæret ánxia,
Truces nec horret mílites :
Pellit timórem cáritas.

O vera, Christe, cáritas,
Tu nostra purga crímina,
Tu corda reple grátia,
Tu redde cæli præmia.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.





Oratio.

BEATÆ Mariæ Magdalénæ, quæsumus Dómine, suffrágiis adjuvémur : † cujus précibus exorátus, * quatriduánum fratrem Lazarum vivum ab ínferis resuscitásti. Qui vivis & regnas.

Comm. S. Camilli. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 767.

Ad Laudes.

Hymnus.



In thesáuro repósita
Regis est drachma pérdita ;
Gemmáque luce inclyta
De luto luci réddita.

Jesu dulce refúgium,
Spes una pœniténtium,
Per peccatrícis méritum
Peccáti solve débitum.

Pia mater & húmilis,
Natúræ memor frágilis,
In hujus vitæ flúctibus
Nos rege tuis précibus.

Uni Deo sit glória
Pro multifórmi grátia,
Qui culpas & supplícia
Remíttit, & dat præmia. Amen.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.



In II. Vesperis.

Hymnus. Pater supérni lúminis. *ut in I. Vesperis.*

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Magnificat, Antiphona.



Comm. sequentis et S. Liborii Episcopi et Confessoris.

23. S. Apollinaris Episcopi et Martyris.

Duplex.

Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Deus, fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdótis tui martyrio consecrásti : † tribue nobis, quæsumus, fámulis tuis ; ut cujus venerándam celebrámus festivitátem, * précibus ejus indulgéntiam consequámur. Per Dñm.

Postea S. Liborii *Episcopi et Conf. Aña.* Sacérdos. 445. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus : * ut beáti Libórii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

In Laudibus, Aña. Euge serve bone. 458. ℣. Justum dedúxit.

Si vero hodie fuerit Sabbatum, fit comm. Vigiliæ S. Jacobi Apostoli, et tunc commem. S. Liborii dicatur ad Laudes tantum

Oratio.

Exaudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Libórii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : * qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

In II. Vesperis, comm. S. Christinæ *Virginis et Martyris. Aña.* Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Dómine, beáta Christína Virgo & Martyr implóret : * quæ tibi grata semper éxstitit & mérito castitatis, & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

24. In Vigilia S. Jacobi Apostoli.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus : † ut beáti Jacóbi Apóstoli tui, quam prævenímus, veneránda solémnitas * & devotiónem nobis áugeat & salútem. Per Dóminum.

Comm. S. Christinæ. Aña. Símile est. 475. ℣. Diffúsa est.

http://ccwatershed.org

25. Sancti JACOBI Apostoli.

Duplex 2. classis.

Oratio.

ESTO Dómine plebi tuæ sanctificátor & custos : † ut Apostoli tui Jacóbi munita præsidiis, * & conversatióne tibi pláceat, & secúra mente desérviat. Per Dóminum.

In Laudibus tantum comm. **S. Christophori** *Martyris. Aña.* Qui odit, 435.
℣. Justus ut palma.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Christophori Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

In II. Vesp. comm. sequentis.

Die 26. Julii.

S. Annæ Matris B. Mariæ Virginis.

Duplex 2. classis.

In I. Vesp. pro comm. Aña. 7. a



℣. Ora pro nobis beáta Anna.
℟. Quæ Matrem Dei immaculátam peperísti.
Oratio ut infra ad Laudes, 775.

http://ccwatershed.org

Ad Laudes, et per Horas.









li- a regum, stirpem pa-réntum mé-ri- tis & vi-ta no-bi-li-tá-vit, al-le-lú-ia. E u o u a e

5. Aña. 8. G

Ecce tu fe-lix es, Anna sancta : ecce tu fe-lix es, gé-nitrix Matris De- i. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 26. c.*

SICUT sol óriens mundo in altíssimis Dei, † sic mulieris bonæ spécies * in ornaméntum domus ejus.

℟. br. HAbi-tá-re fe-cit Dómi-nus * Annam sté-ri-lem in do-mo. ℣. Matrem fi-li- æ læ-tántem. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

2. FŒcúnda ra-dix I- sa- i Flo-rem no-vél-lum germi-nat, Annæ mi-cántem nómi-ne, Matrem fu-tú-ram Vir-gi-nis.

http://ccwatershed.org

Hanc rite conjux áccipit,
Davídis invícti genus;
Optatus & moras facit
Fructus sacráti fœderis.

Tandem beáto múnere
Grandæva mater fíliam,
Quam lætus orbis ínvocat,
Partu seréno prótulit.

Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibíque Sancte Spíritus;
Annam pie coléntibus
Confer perénnem grátiam. Amen.

℣. Respéxit humilitátem Annæ Dóminus.
℟. Et in omni gente glorificávit eam.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. c

O- ri- ens ex al- to Dóminus mi- sit Annam, quæ Ma-ri- am e-ní-xa, vi- am sa-lú-tis humá-no gé-ne-ri præ-pa-rá-ret. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui beátæ Annæ grátiam conférre dignátus es, ut Genitrícis unigéniti Fílii tui mater éffici mererétur : † concéde propítius ; ut cujus solémnia celebrámus, * ejus apud te patrocíniis adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Anna. *Capit. e Laudibus.*
℣. Exspectávi Dóminum, & inténdit mihi.
℟. Adimplévit in me promíssum suum.

Ad Sextam. *Aña.* Gaude.

Capitulum. *Eccli. 45. d.*

STATUIT Dóminus testaméntum David regi, † fílio Jesse, de tribu Juda : * hæréditas ipsi & sémini ejus.

℣. Adimplévit in me Dóminus misericórdiam suam.
℟. Quam promísit dómui Israel.

Ad Nonam. *Ana.* Ecce tu felix es.

Capitulum. *Judith 13. b.*

LAUDATE Deum nostrum, † qui non deséruit sperántes in se; & in me ancilla sua adimplévit misericórdiam suam, quam promísit dómui Israel.

℣. Habitáre fecit Dóminus Annam stérilem in domo.
℟. Matrem fíliæ lætántem.

In II. Vesperis.

Antiphonæ et Capit. de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V.

℟. br.



Hymnus.

2.

Regum piórum sánguini
Jungens sacerdótes avos,
Illústris Anna spléndidis
Vincit genus virtútibus.

Cælo favénte néxuit
Vincli jugális fœdera,
Alvóque sancta cóndidit
Sidus perénne vírginum.

O mira cæli grátia!
Annæ paréntis in sinu
Concépta Virgo cónterit
Sævi dracónis vérticem.

Tanto salútis pígnore
Jam sperat humánum genus
Orbi redémpto prævia
Pacem colúmba núntiat.

Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibíque Sancte Spíritus,
Annam pie coléntibus
Confer perénnem grátiam. Amen.

http://ccwatershed.org

℣. Ora pro nobis beáta Anna.
℟. Quæ Matrem Dei immaculátam peperísti.

Ad Magnificat, Antiphona.

Comm. sequentis.

27. S. Pantaleonis Martyris.

Ant. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus: † ut intercedénte beáto Pantaleóne Mártyre tuo, & a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, * & a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

28. Ss. Nazarii et Celsi Martyrum, Victoris Papæ et Mart., ac Innocentii Papæ et Conf.

Semiduplex.

Oratio.

SANCTORUM tuórum nos, Dómine, Nazárii, Celsi, Victóris & Innocentii conféssio beáta commúniat: * & fragilitáti nostræ subsídium dignánter exóret. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. præced. et Ss. Martyrum ut infra.

29. S. Marthæ Virginis. *Dupl. majus.*

Oratio.

EXAUDI nos Deus salutáris noster: † ut sicut de beátæ Marthæ Virginis tuæ festivitáte gaudémus, * ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Comm. Ss. Nazarii et Soc. Aña. Gaudent. 451. ℣. Exsultábunt. *Oratio*

Deinde **Ss. Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus Dómine, ut sicut pópulus christiánus Martyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni & Beatrícis temporáli solemnitáte congáudet : ita perfruátur ætérna ; * & quod votis célebrat, comprehéndat efféctu. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

In II. Vesp. comm. sequentis et Ss. Martyrum ut infra.

---

30. B. Urbani II. Papæ et Conf. O. N.

Duplex. **(m. t. v.)**

Aña. Sacérdos & Póntifex. 455. ℣. Amávit eum.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui beáto Pontífici Urbáno pro Ecclésiæ tuæ libertáte & decóre felíciter decertáre tribuísti, eúmque ad rediménda ab infidélium potestáte tuæ vitæ mortális & passiónis monuménta per virtútem crucis roborásti : † concéde ; ut ipsíus intercessióne, contra hostes ánimæ nostræ dimicántes in terris, ætérnæ glóriæ bravíum accípere mereámur. Qui vivis & regnas.

Deinde comm. **Ss. Abdon et Sennen** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

DEUS, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátiæ contulísti : * da fámulis tuis suórum véniam peccatórum ; ut sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereámur adversitátibus liberári. Per Dóm.

In Laud. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

---

31. S. Ignatii Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti : † concéde ; ut ejus auxílio & imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum.

Comm. B. Urbani II. Aña. Dum esset. 461. ℣. Justum dedúxit.

Vesp. de sequenti cum commem. assignatis.

http://ccwatershed.org

FESTA AUGUSTI.

1. Festum Sancti Petri ad Vincula.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica.

℟. Constítues eos. 423.

Hymnus. 4.

lus indi-ví-du-a, Per infi-ní-ta sæcu-ló-rum sæ-cu-la. A-men.

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Magnificat, Aña. Tu es pastor óvium. *ut supra,* 544.

Oratio de Laudibus, 782. *Deinde comm. S. Pauli, ut supra,* 544.

Comm. S. Ignatii. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 778.

Postea **Ss. Mart. Machabæorum.** *Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætamini.

Oratio.

FRATERNA nos Dómine Mártyrum tuórum coróna lætíficet: quæ & fidei nostræ præbeat increménta virtútum, & multiplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G

HE-ródes rex appó-su-it ut appre-hénde-ret & Petrum : quem cum apprehendis-set, mi-sit in cárce-rem, vo-lens post Pascha prodú-ce-re e-um pópu-lo. E u o u a e.

2. Aña. 3. g

PEtrus qui- dem serva-bá-tur in cárce-re, o-rá-ti-o autem fi- é-bat si-ne intermissi- ó-ne ab Ecclé-si-a ad De-um pro e-o. E u o u a e.

3. Aña. 8. c

DI-xit Ange-lus ad Petrum : Circúmda ti-bi vestimén-tum tu-um, & séque-re me. E u o u a e.

4. Aña. 7. c

MI-sit Dómi-nus Ange-lum su-um, & li-be-rá-vit me de ma-nu He-ró-dis, alle- lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 7. c

TU es Petrus, & super hanc petram æ-di- fi-cábo Eccle-si-am me-am. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 12.*

MISIT Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. † Occidit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum.

℟. *br.* In omnem terram. 426.

Hymnus. Jam bone pastor Petre. *ut supra,* 545.

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Benedictus, Antiphona. Quodcúmque ligáveris. 546.

http://ccwatershed.org

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Apóstolum, a vínculis absolútum illæsum abíre fecísti : † nostrórum, quæsumus, absólve víncula peccatórum ; * & ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum.

Comm. S. Pauli, ut supra, 544. *Deinde Ss. Machabæorum. Ana.* Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt. *Orat.* 780.

Ad Tertiam. *Ana.* Petrus quidem. *Capit. e Laudibus.* ℣. In omnem terram.

Ad Sextam. *Ana.* Dixit Angelus ad Petrum.

Capitulum. *Act.* 12.

Petrus quidem servabátur in cárcere. * Orátio autem fiebat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℣. Constítues eos.

Ad Nonam. *Ana.* Tu es Petrus.

Capitulum. *Act.* 12. *b.*

Et Petrus ad se revérsus, dixit : Nunc scio vere quia misit Dóminus Angelum suum, † & erípuit me de manu Herodis, & de omni exspectatióne plebis Judæórum.

℣. Nimis honoráti sunt.

In II. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesperis de Communi Apostolorum. ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *ut in I. Vesperis.*

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E

Deinde fit comm. S. Pauli, ut supra, 544.
Postea comm. sequentis et S. Stephani Papæ et Martyris.

2. S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Episcopi, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

Ana. O Doctor... beáte Alphónse María. 461. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui per beátum Alphónsum Mariam Confessórem tuum atque Pontíficem, animárum zelo succénsum, Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti : † quæsumus ; ut ejus salutáribus mónitis edócti & exémplis roboráti, * ad te perveníre felíciter valeámus. Per Dóminum.

Deinde comm. **S. Stephani** *Papæ et Martyris. Ana.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Stéphani Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dñm.

In Laud. Ana. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

In II. Vesp. comm. sequentis.

3. In Inventione Corporis S. Stephani Protomartyris. *Semiduplex.*

Omnia ut in Festo S. Stephani, 183, *præter sequentia.*

Ana. Stéphanus autem. 185. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus & inimícos dilígere : † quia ejus Inventiónem celebrámus, * qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

Ad Laudes. *Hymnus.* Martyr Dei. 434.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

4. S. Dominici Confessoris.

Duplex majus. **(m. t. v.)**

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui illumináre dignátus es méritis & doctrínis : † concéde ; ut ejus

http://ccwatershed.org

intercessióne temporálibus non destituátur auxíliis, * & spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Dóminum.

Comm. S. Stephani. Aña. Sepeliérunt Stéphanum. 187.

℣. Stéphanus vidit cælos apértos.

℟. Vidit & introívit : beátus homo, cui cæli patébant.

Oratio. Da nobis. *ut supra,* 783.

Vesp. de sequenti, comm. præcedentis.

5. Festum S. Mariæ ad Nives

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V. per annum. Orat. Concéde nos.

In I. Vesp. comm. S. Dominici. Aña. Hic vir despíciens. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 783.

Vesp. de sequenti, comm. præced. et Ss. Xysti et Sociorum Martyrum.

Die 6. Augusti.

Transfiguratio D. N. Jesu Christi.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus, 787. *Psalmi de Dominica.*

Resp. breve.



GLORI-A & honó-re co-ro-násti e-um Dómine.



* Alle- lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Et consti-tu- í-sti e-um super ópe-



ra mánu-um tu- á-rum. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.



QUi-cúmque Chri-stum quæ-ri-tis, Ocu-los in al-tum



tolli-te : Il-lic li-cé-bit ví-se-re Signum per-énnis gló-ri- æ.



2. Il-lústre quiddam cérnimus, Quod nésci- at fi-nem pa-ti,



Sublíme, celsum, intérminum, Antiqui- us cælo & cha- o.



3. Hic il-le Rex est génti- um, Popu-lique Rex Judá- i-ci,



Promíssus Abrahæ patri, E-júsque in æ-vum sé-mi-ni. 4. Hunc



& Prophé- tis té-sti-bus, I- isdémque signa-tó-ri-bus, Testá-



tor & Pa-ter jubet Audí-re nos & cré-de-re. 5. Gló-ri- a



ti-bi Dómi-ne, Qui appa-ru- í-sti hó-di- e, Cum Patre &

Sancto Spi-ri-tu, In sempi-térna sæ-cu-la. A-men.

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E CHristus Je-sus splendor Patris, & fi-gú-ra substan-ti-æ e-jus, portans ómni-a verbo vir-tú-tis su-æ, pur-ga-ti-ónem pecca-tó-rum fá-ci-ens, in monte excélso glo-ri-ósus appa-ré-re hó-di-e digná-tus est.

E u o u a e. *Orat.* 789.

Comm. B. M. V. ad Nives. Aña. Beátam me dicent. 497. ℣. Dignáre me. *Orat.* Concéde. 494.

Deinde **Ss. Xysti, Felicissimi et Agapiti** *Mart. Aña.* Istórum est. 4[illegible] ℣. Lætámini.

Oratio.

DEUS, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Xysti, Felicissimi & Agapiti natalítia cólere: * da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur sicut Hymnus ad Vesperas.*

http://ccwatershed.org

Ad Laudes, et per Horas.

Aña. 1. g ASsúmpsit Je-sus Petrum, & Ja-cóbum, & Jo-ánnem fratrem e-jus, & duxit e-os in montem excél-sum se-ór-sum, & transfi-gu-rá-tus est an-te e-os.

E u o u a e.

2. Aña. 2. D REspléndu-it fá-ci-es e-jus sic-ut sol, vestiménta autem e-jus facta sunt alba sic-ut nix, alle-lú-ia.

E u o u a e.

3. Aña. 4. E ET ecce appa-ru-é-runt e-is Mó-y-ses & E-li-as, loquén-tes cum Je-su. E u o u a e.

4. Aña. 3. à

RESPÓNDENS autem Petrus, di-xit ad Je-sum : Dómi-ne, bo-num est nos hic esse. E u o u a e.

5. Aña. 6. F

ADHUC e- o loquénte, ecce nu-bes lú-ci-da obumbrá-vit e- os. E u o u a e.

Capitulum. *Philipp. 3. d.*

SALVATOREM exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, * configurátum córpori claritátis suæ.

℟. br. GLO-RI- Ó-SUS appa-ru- isti in conspéctu Dómi-ni. * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Proptér-e- a de-có-rem indu- it te Dómi-nus. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

8. A-mor Je-su dul- císsime, Quando cor nostrum vi-

sitas, Pel-lis mentis ca- lí- gi-nem, Et nos reples dulcé-di-ne.

Quam felix est quem sátias !
Consors patérnæ déxteræ,
Tu veræ lumen pátriæ,
Quod omnem sensum súperat.

Splendor patérnæ glóriæ,
Incomprehénsa bónitas,
Amóris tui cópiam
Da nobis per præséntiam.

Glória tibi Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Coróna áurea super caput ejus.
℟. Expréssa signo sanctitátis, glóriæ & honóris.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a. ET ecce vox de nu-be di-cens : Hic est Fí- li- us me-us di-lé- ctus, in quo mi-hi complá-cu- i : ipsum audí-te, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrum testimónio roborásti, & adoptiónem filiórum perféctam voce delápsa in nube lúcida mirabíliter præsignásti : † concéde propítius ; ut ipsíus Regis glóriæ nos cohærédes effícias, * & ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

Comm. Ss. Xysti et Sociorum Martyrum. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultabunt. *Orat.* 786.

Ad Tertiam. *Aña.* Resplénduit. *Capitulum e Laudibus.*
℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus, allelúia.

Ad Sextam. *Aña.* Et ecce.

http://ccwatershed.org

Capitulum. *2. Cor. 3. d.*

Nos omnes, reveláta fácie glóriam Dómini speculántes, † in eámdem imáginem transformámur a claritáte in claritátem, * tamquam a Dómini Spíritu.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine, allelúia.

℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, allelúia.

Ad Nonam. *Aña.* Adhuc eo loquénte.

Capitulum. *Apoc. 21. d.*

Sustulit me in spíritu in montem magnum & altum, † & osténdit mihi civitátem sanctam Jerúsalem, descendéntem de cælo a Deo, habéntem claritátem Dei : * & lucérna ejus est Agnus.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo, allelúia.

℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum, allelúia.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

ET audi- éntes di-scí-pu-li ce- ci-dé-runt in fá-ci- em

su- am, & timu- é-runt valde : & accés-sit Je-sus, & te-

ti-git e- os, di-xitque e- is : Súrgi-te, & no-li-te time-

re, alle-lú-ia. E u o u a e.

Comm. sequentis et S. Donati Episcopi et Martyris.

7 S. Cajetani Confessoris. *Duplex.*

In utrisque Vesp. ad Magnificat Antiphona.

1. g

QUæ-ri-te primum regnum De- i, & justi-ti- am

e-jus, & hæc ómni- a adji-ci- éntur vo-bis. E u o u a e.

℣. Amávit eum Dóminus.

Oratio.

Deus, qui beáto Cajetáno Confessóri tuo apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti : † da nobis ejus intercessióne & exémplo in te semper confídere, * & sola cæléstia desideráre. Per Dóminum.

Postea comm. **S. Donati** *Episcopi et Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432.
℣. Glória & honóre.

Oratio.

Deus, tuórum glória sacerdótum : * præsta, quæsumus; ut sancti Mártyris tui & Epíscopi Donáti, cujus festa gérimus, sentiámus auxílium. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

NOl-i-te solli-ci-ti esse, di-céntes : Quid mandu-

cabimus, aut quid bi-bémus? Scit e-nim Pa-ter ve-ster quid

vobis ne-césse sit. E u o u a e.

Comm. S. Donati. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.
In II. Vesp. Antiphona ad Magnificat. Quærite. *Et fit comm. sequentis.*

http://ccwatershed.org

8. Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi Martyrum.

Semiduplex.

Aña. Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Cyriaci, Largi & Smarágdi solemnitáte lætíficas: † concéde propítius; ut quorum natalítia cólimus, * virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

In II. Vesp. comm. S. **Romani** *Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus: * ut intercedénte beáto Románo Mártyre tuo, & a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, & a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

9. In Vigilia S. Laurentii Martyris.

Oratio.

Adesto Dómine supplicatiónibus nostris: † & intercessióne beáti Lauréntii Mártyris tui, cujus prævenímus festivitátem, * perpétuam nobis misericórdiam benígnus impénde. Per Dóminum.

Comm. S. Romani Martyris. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

Die 10. Augusti.

Sancti Laurentii Martyris.

Duplex 2. classis cum Octava.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica. *℟. breve, Hymnus et ℣. de Communi,* 431.

Ad Magnificat, Aña. 8. G



Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Deus tuórum mílitum. *Et ita per Octavam Hymni ejusdem metri, usque ad Assumptionem.*

Ad Laudes, et per Horas.

Aña. 1. f

http://ccwatershed.org

2. Aña. 8. G



3. Aña. 8. G



4. Aña. 7. ç



5. Aña. 8. G



Capitulum. *2. Cor. 9. b.*

FRATRES : Qui parce séminat, parce & metet : † & qui séminat in benedictiónibus, * de benedictiónibus & metet.

℟. *br.* Glória & honóre. 434. *Hymnus.* Martyr Dei.

http://ccwatershed.org

℣. Dispérsit, dedit paupéribus.
℟. Justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. D



Oratio.

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus, vitiórum nostrórum flammas exstínguere : * qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Lauréntius. *Capit. e Laudibus.*

℣. Glória & honóre.

Ad Sextam. *Aña.* Adhæsit ánima mea post te.

Capitulum. *2. Cor. 9. b.*

UNUSQUISQUE prout destinávit in corde suo, † non ex tristítia, aut ex necessitáte : * hilarem enim datórem díligit Deus.

℣. Posuísti Dómine.

Ad Nonam. *Aña.* Beátus Lauréntius.

Capitulum. *2. Cor. 9. b.*

POTENS est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis : † ut in ómnibus semper omnem sufficiéntiam habéntes, abundétis in omne opus bonum, * sicut scriptum est : Dispérsit, dedit paupéribus : justítia ejus manet in sæculum sæculi.

℣. Magna est glória ejus.

In II. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesperis de Communi unius Martyris.

℟. *br.* Posuísti. 431. *Hymnus.* Deus tuórum mílitum.

℣. Levíta Lauréntius bonum opus operátus est.

℟. Qui per signum crucis cæcos illuminávit.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Comm. **Ss. Tiburtii et Susannæ** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

SANCTORUM Mártyrum tuórum Tibúrtii & Susánnæ nos, Dómine, fóveant continuáta præsídia : * quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

11. Infra Octavam S. Laurentii Martyris.

Omnia ut in die Festi.

In Laud. comm. Ss. Tiburtii et Susannæ Mart. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

Vesp. de sequenti, comm. Octavæ.

http://ccwatershed.org

12. S. Claræ Virginis. *Duplex.*

Oratio.

EXAUDI nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátæ Claræ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus, * ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Comm. Octavæ S. Laurentii, 796. Item in Laudibus, 795.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. ut infra.

13. S. Radegundis Francorum Reginæ, Viduæ. *Duplex.*

In I. Vesperis.

Hymnus.

2.

crimas, gáudi- a ve-ra me-tes. 5. Et corpus crú-ci- as, a-

mam je-jú-ni- a pascunt : Salve quam Dóminus servat alm-

re su-us. 6. Gló-ri- a summa Patri, compar sit gló-ri- a

Na-to ; Laus & in æ-térnum, Spí-ri-tus alme, ti-bi. A-men.

℣. Spécie tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

3. à R Ade-gúndis, Francí- adum de-cus, mundi gló-ri- am

contémpsit, & ré-gi- am púrpu-ram sacro ve-lámi-ne com-

mu-tá-vit. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui beátam Radegúndem advérsus mundi illécebras viriliter decertáre fecísti : † da nobis insígnes ejus triúmphos recoléntibus, fidem illam cólere quæ vincit mundum, * & caritáte fervére quæ cælos apprehéndit. Per Dóminum.

Comm. S. Claræ. Aña. Veni sponsa. 476. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 797.

Deinde Octavæ S. Laurentii, 796. *Postea* **Ss. Hippolyti et Cassiani** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

http://ccwatershed.org

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus : * ut beatórum Mártyrum tuórum Hippólyti & Cassiáni veneránda solémnitas & devotiónem nobis áugeat & salútem. Per Dóminum.

Ad Laudes.

Ad Benedictus, Antiphona.

4. E B E- á-ta Rade-gúndis, Hé-le-næ pi- e-tá-tem æmu-lá-

ta, cru-cem Dómi-ni concu-pí-vit, & sa-lú-tis humánæ pi-

gnus ad Occi-déntis plagas transmí-sit. E u o u a e.

Comm. Octavæ S. Laurentii, 795. *Postea Ss. Hippolyti et Cassiani Martyrum Aña.* Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

In II. Vesperis.

Hymnus. Regáli de stirpe. *ut supra,* 797. ℣. Diffúsa est.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G O ma-ter pátri- æ, Ra-degúndis incly-ta, pópu-

li tu- i sa-lus esto : serva fi-dem, mo-res corróbo-ra,

tribu-e pa-cem sancta intercessi- óne. E u o u a e.

Comm. Octavæ S. Laurentii, 796. *Deinde* **S. Eusebii** *Conf. Aña.* Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum. *Orat. infra.*

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Eusébii Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : * concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

---

14. Infra Octavam S. Laurentii.

In Laud. comm. **Vigiliæ Assumptionis.** *Antiphona et ℣. de feria occurrente.*

Oratio.

DEUS, qui virginálem aulam beátæ Maríæ, in qua habitáres, elígere dignátus es : da, quæsumus ; * ut sua nos defensióne munítos, jucúndos fácias suæ interésse festivitáti.

Deinde comm. S. Eusebii Conf. Aña. Euge serve bone. 468. ℣. Justum dedúxit.

Vesp. de sequenti.

http://ccwatershed.org

Die 15. Augusti.

IN ASSUMPTIONE B. M. V.

Duplex I. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Festis B. M. V.

Capitulum. *Eccli. 24.*

IN ómnibus réquiem quæsivi, & in hæreditáte Dómini morábor. † Tunc præcépit, & dixit mihi Creátor ómnium : * & qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

Resp. breve.



T. Simpl. ℟. br.

Assúmpta est Ma-rí- a in cæ-lum, * Gau- dent An- ge-li. ℣. Laudántes be-ne-dí-cunt Dómi-num. Gló-ri- a Patri.

Hymnus. Ave maris stella. 492.

℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.
℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f

Virgo pru-den-tíssima, quo progré- de- ris, quasi au- ró- ra valde rú-ti- lans? Fi-li- a Si- on, to-ta formosa & su- á-vis es, pulchra ut lu- na, e- lé- cta : ut sol.

E u o u a e.

Oratio.

Famulorum tuórum, quæsumus Dómine, delíctis ignósce : ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit et regnat.

Et non fit comm. Octavæ S. Laurentii in utrisque Vesperis, nec in Laudibus.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono B. M. V., et in fine dicitur :* Glória tibi Dómine, Qui natus es. *Et ita per totam Octavam in omnes Hymnos ejusdem metri.*

http://ccwatershed.org

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 7. a

Assumpta est Ma-rí- a in cæ- lum : gaudent Ange-li, laudántes be-ne-dí-cunt Dómi-num. E u o u a e.

2. Aña. 8 G

Ma-rí- a Vir- go assúmpta est ad æthé-re- um thá- lamum, in quo Rex re-gum stel-lá-to se- det só-li- o. E u o u a e.

3. Aña. 4 A

In o-dó-rem unguentó-rum tu- ó-rum cúrrimus : ad- olescéntu-læ di-le-xé-runt te nimis. E u o u a e.

4. Aña. 7 c

Be-ne-dí- cta fí- li- a tu- a Dómi-no : qui- a per te fructum vi- tæ commu-ni-cá-vimus. E u o u a e.

5. Aña. 1. a

Pulchra es & de-có-ra, fí-li- a Je-rú-sa- lem, ter-

rí-bi-lis ut castró-rum á-ci- es ordi-ná-ta. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24.*

In ómnibus réquiem quæsívi, & in hæreditáte Dómini morábor. † Tunc præcépit, & dixit mihi Creátor ómnium: * & qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

℟. br. Ma-rí- a Virgo assúmpta est * Ad æthé-re- um thá-

lamum. ℣. In quo Rex regum stellá-to se-det só-li-o. Glo-

ri- a Patri. *Hymnus.* O gloriósa Dómina. 495.

℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.
℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. g

Quæ est ista, quæ ascéndit sic-ut auró-ra consúrgens,

pulchra ut lu- na, e-lécta ut sol, ter- ri-bi-lis ut

castró-rum á-ci- es ordi-ná-ta? E u o u a e.

Oratio.

Famulórum tuórum, quæsumus Dómine, delíctis ignósce: † ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, * Genitrícis Filii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit & regnat.

Ad Tertiam. *Aña.* María Virgo assúmpta est. *Capit. e Laudibus.*

℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.
℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

Ad Sextam. *Aña.* In odórem.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

Et sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta símiliter requiévi, & in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, * & in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℣. Assúmpta est María in cælum, gaudent Angeli.
℟. Laudántes benedícunt Dóminum.

Ad Nonam. *Aña.* Pulchra es & decóra.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

In platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi: † quasi myrrha elécta * dedi suavitátem odóris.

℣. María Virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum.
℟. In quo Rex regum stelláto sedet sólio.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis.

℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.
℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

Hodi-e Ma- rí- a Virgo cæ-los ascéndit: gaudé-

te, qui- a cum Christo regnat in æ-térnum. E u o u a e.

Comm. sequentis.

http://ccwatershed.org

Dominica infra Octavam Assumpt. B. M. V.

S. Joachim Patris B. Mariæ Virginis.

Duplex 2. classis. **(m. t. v.)**

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

In I. Vesperis.

℣. Potens in terra erit semen ejus.
℟. Generátio rectórum benedicétur.

Ad Magnificat, Aña. 8. G



Oratio.

Deus, qui præ ómnibus sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Filii tui patrem esse voluísti : † concéde, quǽsumus, ut cujus festa venerámur, * ejus quoque perpétuo patrocínia sentiámus. Per eúmdem Dóminum.

Comm. Dominicæ tantum. — (Nisi occurrat dies Octava S. Laurentii et Assumptionis, de qua commemoratio tunc fieret ante comm. Dominicæ in Vesperis et Laudibus.)

In Laudibus.

℣. *et Antiphona ad Benedictus, ut supra in Vesperis.*

Et fit comm. Dominicæ tantum.

http://ccwatershed.org

In II. Vesperis.

Omnia dicuntur de Communi, præter Orationem.

Et fit comm. Dominicæ.

16 S. Hyacinthi Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Hyacinthi Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

In Laud. comm. Octavæ Assumptionis, 804, et S. Laurentii, 795.

In Vesp. a Capitulo de die Octava S. Laurentii, comm. præcedentis et Octavæ Assumptionis.

17 In Octava S. Laurentii Martyris.

Duplex.

Omnia ut in Festo, 793, præter Orationem.

Oratio.

Excita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Lauréntius Levíta servívit : † ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, * & ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum nostrum ... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Comm. S. Hyacinthi. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit.

Deinde Octavæ Assumptionis, 805, etiam in Laudibus, 804.

In II. Vesp. comm. Octavæ Assumptionis, 805, deinde **S. Agapiti** *Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Lætetur Ecclésia tua Deus beáti Agapíti Mártyris tui confísa suffrágiis : * atque ejus précibus gloriósis & devóta permáneat, & secúra consístat. Per Dóminum.

18 Infra Octavam Assumpt. B. M. V.

In Laud. comm. S. Agapiti Mart. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

19. Infra Octavam Assumpt. B. M. V.

Vesp. de sequenti, comm. Octavæ Assumptionis.

20. S. Bernardi Abbatis, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

In I Vesperis. Hymnus.

Sequens tonus servatur etiam si Festum transferatur extra Octavam.

2.

JAM Re-gí-na discú-bu-it, Sedens post U-ni-gé-ni-

tum : Nardus odó-rem trí-bu-it, Bernárdus tra-dens spí-

ri-tum.

Dulcis Reginæ gústui
Fructus sui suávitas :
Dulcis ejus olfáctui
Nardi Bernárdi sánctitas.

Venit sponsa de Libano
Coronánda divínitus,
Ut Bernárdus de clíbano
Veníret Sancti Spíritus.

Quæ est ista progrédiens
Velut auróra rútilans ?
Quis est iste transíliens
Colles, sanctis conjúbilans ?

Hæc glória terríbilis
Sicut castrórum ácies :
Hic grátia mirábilis
Ut Assueri fácies.

Ora pro nobis Dóminum,
Prædúlcis fumi vírgula ;
Inclína Patrem lúminum,
Pastor ardens ut fácula.

Sit Trinitáti glória,
Per quam triúmphus Vírginis
Et Bernárdi felícitas
Manent in cæli cúria. Amen.

℣. Amávit eum. *Ad Magnificat, Aña.* O Doctor... beáte Bernárde, 101.

Oratio.

DEUS, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Bernárdum ministrum tribuísti : † præsta, quæsumus ; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Comm. Octavæ Assumptionis, 805.

Ad Laudes.

Hymnus.

LActe quondam proflu-éntes, I-te montes vos pro-

cul ; I-te colles, fu-sa quondam Unde mel-lis flúmi-na ;

Isra-el, jactá-re la-te Manna pri-scum dé-si-ne.

Ecce cujus corde sudant,
Cujus ore prófluunt
Dulcióres lacte fontes,
Mellis amnes æmuli :
Ore tanto, corde tanto
Manna nullum dúlcius.

Quæris unde duxit ortum
Tanta lactis cópia,
Unde favus, unde prompta
Tanta mellis suávitas,
Unde tantum manna fluxit,
Unde tot dulcédines.

Lactis imbres Virgo fudit
Cælitus puérpera :
Mellis amnes os leónis
In Justum dedúxit.
Excitávit mórtui :
Manna sylvæ, cælitúmque
Solitúdo próxima.

Doctor o Bernárde, tantis
Aucte cæli dótibus,
Lactis hujus, mellis hujus,
Funde rores désuper ;
Funde stillas, pleniόre
Jam potítus gúrgite.

Summa summo laus Parénti,
Summa laus & Fílio :
Par tibi sit Sancte manans
Ex utróque Spíritus ;
Ut fuit, nunc & per ævum
Compar semper glória. Amen.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. f

BErnárdus, Doctor mel-li-flu-us, amí-cus Sponsi,



Comm. Octavæ Assumptionis, 804.

Vesp. a Capit. de seq., comm. ut infra.

21. S. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal

Viduæ. *Duplex.*

Oratio.

Omnipotens & misericors Deus, qui beátam Joánnam Francíscam tuo amóre succénsam, admirábili spíritus fortitúdine per omnes vitæ sémitas in via perfectiónis donásti, quique per illam illustráre Ecclésiam tuam nova prole voluísti : † ejus méritis et précibus concéde ; ut qui infirmitátis nostræ cónscii de tua virtúte confídimus, * cæléstis grátiæ auxílio cuncta nobis adversántia vincámus. Per Dóminum.

Comm. S. Bernardi. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* [illegible]

Postea Octavæ Assumptionis, 805. *Postremo* **B. Bernardi Ptolomæi** *Abbatis. Aña.* Similábo. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui per beátum Bernárdum novum anachoréticæ vitæ genus in Ecclésia tua exordíri voluísti : * concéde, quǽsumus ; ut ejus vestígiis insisténtes, ætérnæ vitæ prǽmia consequi mereámur. Per Dóminum.

In Laud. comm. Octavæ, 804. *Deinde B. Bernardi Ptolomæi. Aña.* Euge serve bone. 468. ℣. Justum dedúxit.

Vesp. de Octava Assumptionis, comm. præced. et Ss. Martyrum ut infra.

22. In Octava Assumptionis B. M. V.

Duplex.

Omnia ut in Festo, 801.

Comm. S. Joannæ Franciscæ. Aña. Manum suam. 481. ℣. Diffúsa est.

[illegible] **Ss. Timothei, Hippolyti et Symphoriani** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

Auxilium tuum nobis, Dómine quǽsumus, placátus impénde : * & intercedéntibus beátis Martyribus tuis Timótheo, Hippólyto & Symphoriáno, déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

In II. Vesp. comm. sequentis.

23. S. Philippi Benitii Confessoris.

Duplex.

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui per beátum Philíppum Confessórem tuum, exímium nobis humilitátis exémplum tribuísti : † da fámulis tuis próspera mundi ex ejus imitatióne despícere, * & cæléstia semper inquírere. Per Dóminum.

In Laud. comm. **Vigiliæ S. Bartholomæi.** *Aña et ℣. de Feria occurrente.*

Oratio.

Da, quǽsumus omnípotens Deus : * ut beáti Bartholomæi Apóstoli tui, quam prævenímus, veneránda solémnitas & devotiónem nobis áugeat & salútem. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

24. Sancti BARTHOLOMÆI Apostoli.

Duplex 2. classis.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam sanctámque lætítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomæi festivitáte tribuísti : † da Ecclésiæ tuæ, quǽsumus, & amáre quod crédidit, * & prædicáre quod dócuit. Per Dóminum.

Comm. S. Philippi Benitii. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit.

In II. Vesp. comm. sequentis.

http://ccwatershed.org

25. S. Ludovici Francorum Regis, Conf.

Duplex majus.

In I. Vesp. pro comm. Aña. 5. a

R EX Francó-rum Lu-do-ví- cus, fí-de- i christi-
ánæ de-fénsor íncly-tus, bráchi- um Ecclé-si- æ, ju-sti-ti- æ
ze-lá- tor assidu- us.

℣. Amávit eum Dóminus.

Oratio.

DEUS, qui beátum Ludovícum Confessórem tuum de terréno regno ad cæléstis regni glóriam transtulisti : † ejus, qui sumus, méritis & intercessióne, * Regis regum Jesu Christi Fílii tui fácias nos esse consórtes. Qui tecum vivit.

Ad Laudes.

Hymnus.

6. TE sancte rursus Ludo-ví-ce prœ-li- a Di-ví-na po-
scunt : tu cru-cis clavum te-nens, Spe- íque sacras áncho-ra
fundans ra-tes, Mo-ves ty-ránnis bella, Christo mí- li-tas.

2. Vincis ca-déndo : mors ti-bi victó- ri- am Aufert & addit :
corpus hic palmæ te-gunt Nondum se-púltum; sed tri-úmpho
nó-bi-li Cæ-lum pa-rá-tur, & co-ró-nis sí-de-ra. 3. Tu-us pa-
térnæ réddi-tus terræ ci-nis Regnum tu- é-tur, dum thro-
no præ-sens De- i, Æ-térna regnans pascis inter lí- li- a,
Favénsque blando nostra cernis lúmi-ne. 4. Sit Tri-ni-tá-ti
sempi-térna gló- ri- a, Honor, po-téstas atque ju-bi-lá- ti- o,
In u-ni-tá-te quæ gu-bérnans ómni- a, Per cuncta regnat
sæcu-ló-rum sæ-cu-la. A-men.

℣. Justum dedúxit.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

In II. Vesperis.

Hymnus. Te sancte rursus. *ut ad Laudes.*

℣. Justum dedúxit.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. D

Comm. sequentis.

26. S. Zephyrini Papæ et Martyris.

Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus: † ut beáti Zephyrini Mártyris tui atque Pontíficis, cujus gaudémus méritis, * instruámur exémplis. Per Dóminum nostrum.

http://ccwatershed.org

27. S. Josephi Calasanctii Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

DEUS, qui per sanctum Joséphum Confessórem tuum, ad erudiéndam spíritu intelligéntiæ ac pietátis juventútem, novum Ecclésiæ tuæ subsídium providére dignátus es: præsta, quæsumus; † nos ejus exémplo & intercessióne ita fácere & docére, * ut præmia consequámur ætérna. Per Dóminum.

In Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced. et S. Hermetis Martyris.

28. S. Augustini Episcopi, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

Ad Magnificat, Aña. O Doctor... beáte Augustíne. 461.

Oratio.

ADESTO supplicatiónibus nostris omnípotens Deus: † & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, * intercedénte beáto Augustíno Confessóre tuo atque Pontífice, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Comm. S. Josephi Calasanctii. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit.

Deinde **S. Hermetis** *Mart. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

DEUS, qui beátum Hermétem Mártyrem tuum virtúte constántiæ in passióne roborásti: * ex ejus nobis imitatióne tríbue pro amóre tuo próspera mundi despícere, & nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

In Vesp. de sequenti, comm. præced. et S. Sabinæ Martyris.

29. In Decollatione S. Joannis Baptistæ.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica.

Capit., ℟. br., Hymnus et ℣. de Communi unius Martyris, 431.

Ad Magnificat, Aña. 1. g

MISSO He-ródes spi-cu-la-tó-re, præcé-pit ampu-tá- ri caput Jo- ánnis in cárce-re. Quo audí- to, disci-pu-li e- jus ve-né- runt, & tu-lé-runt corpus e-jus, & po-su-é-runt illud in mo-numénto. E u o u a e. *Orat.* 818.

Comm. S. Augustini. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 814.

Postea **S. Sabinæ** *Martyris. Aña.* Símile est. 477. ℣. Spécie tua.

Oratio.

DEUS, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti : * concéde propítius, ut qui beátæ Sabínæ Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 3. a

HE-ródes e-nim ténu- it & li-gá-vit Jo- ánnem, & pó-su- it in cárce-rem propter He-ro- dí- a-dem. E u o u a e.

2. Aña. 8. G

DOmi-ne mi rex, da mi-hi in di-sco caput Jo- ánnis Baptístæ. E u o u a e.

3. Aña. 1. f

PU-éllæ saltán-ti impe-rá-vit ma- ter : Ni-hil á-li- ud [illegible] ni-si caput Jo- ánnis. E u o u a e.

4. Aña. 1. a

ARgu- é-bat He-ró-dem Jo- ánnes propter He-ro-dí-a-dem, quam tú-le-rat fratri su- o Phil-íppo u-xó-rem. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

DA mi-hi in disco caput Jo- ánnis Baptístæ : & con-tristá-tus est rex propter jusju-rándum. E u o u a e.

Capitulum, ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *de Communi,* 434.

Ad Benedictus, Antiphona. Misso Heródes. *ut in I. Vesperis.*

http://ccwatershed.org

Oratio.

SANCTI Joánnis Baptístæ Præcursóris & Mártyris tui, quǽsumus, Dómine, veneránda festívitas * salutáris auxílii nobis præstet effectum. Qui vivis & regnas.

Comm. S. Sabinæ Martyris. Aña. Date ei. 480. ℣. Diffúsa est. *Oratio* 431.

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus, Capitula et* ℣℣. *de Communi*, 436.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesperis de Communi unius Martyris.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus de Communi,* 431.

℣. Justus ut palma florébit.

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Comm. sequentis et Ss. Felicis et Adaucti Martyrum.

30. S. Rosæ a S. Maria Virginis Limanæ.

Duplex.

Aña. Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Oratio.

BONORUM ómnium largítor, omnípotens Deus, qui beátam Rosam, cæléstis grátiæ rore prævéntam, virginitátis & patientiæ decóre Indis floréscere voluísti : † da nobis fámulis tuis, in odórem suavitátis ejus curréntes, * Christi bonus odor éffici mereámur. Qui tecum vivit.

http://ccwatershed.org

Postea comm. **Ss. Felicis et Adaucti** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

MAJESTATEM tuam Dómine súpplices exorámus : * ut sicut nos júgiter sanctórum tuórum commemoratióne lætíficas, ita semper supplicatióne defendas. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

31. S. Raymundi Nonnati Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

DEUS, qui in liberándis fidélibus tuis ab impiórum captivitáte beátum Raymúndum Confessórem tuum mirábilem effecísti : † ejus nobis intercessióne concéde ; ut a peccatórum vínculis absolúti, * quæ tibi sunt plácita, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

Comm. S. Rosæ. Aña. Veni sponsa. 476. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 818.

In II. Vesperis, comm. sequentis ac Ss. XII Fratrum Martyrum.

FESTA SEPTEMBRIS.

1. S. Ægidii Abbatis.

Aña. Similábo. 465. ℣. Amávit eum Dóminus.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quǽsumus Dómine, beáti Ægídii Abbátis commendet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Deinde comm. **Ss. Duodecim Fratrum** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini in Dómino.

Oratio.

FRATERNA nos Dómine Mártyrum tuórum coróna lætíficet : * quæ & fídei nostræ præbeat increménta virtútum, & multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

In Laud. pro Ss. Martyribus. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

2. S. Stephani Hungariæ Regis, Confessoris.

Semiduplex. (m. t. v.)

Oratio.

Concede, quæsumus, Ecclésiæ tuæ omnípotens Deus : † ut beátum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem hábuit, * propugnatórem habére mereátur gloriósum in cælis. Per Dóminum.

5. S. Laurentii Justiniani Episcopi et Conf.

Semiduplex. (m. t. v.)

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus : † ut beáti Lauréntii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas * & devotiónem nobis áugeat & salútem. Per Dóminum.

Die 8. Septembris.

In Nativitate B. Mariæ Virginis.

Duplex. 2. classis cum Octava.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus, 822. *Psalmi de Festis B. M. V.*

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

Ab inítio, & ante sæcula creáta sum, & usque ad futúrum sæculum non désinam, * & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. br. Ave María. 491. *Hymnus.* Ave maris stella. 492.

℣. Nativitas est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.

℟. Cujus vita ínclyta cunctas illústrat ecclésias.

Ad Magnificat, Antiphona. 1. J

http://ccwatershed.org

Oratio.

FAMULIS tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertire : * ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, Nativitátis ejus votiva solémnitas pacis tribuat increméntum. Per Dóminum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Festis B. M. V. Quod servatur per totam Octavam ad omnes Hymnos ejusdem metri, nisi aliter notetur.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G



2. Aña. 7. c



3. Aña. 6. F



http://ccwatershed.org



4. Aña. 8. G



5. Aña. 7. c



Capitulum. *Eccli. 24. b.*

AB initio, & ante sǽcula creáta sum, & usque ad futúrum sǽculum non désinam, * & in habitatióne sancta coram ipso ministravi.

℟. br. Ave María. 491. *Hymnus.* O gloriósa Dómina. 495.

℣. Natívitas est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illústrat ecclésias.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

Oratio.

FAMULIS tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre : † ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, * Nativitátis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Comm. **S. Adriani** *Martyris, in Laudibus tantum. Aña.* Qui odit. 495. ℣. Justus ut palma.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Adriáni Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus, Capit. et ℣℣. ut in Festis B. M. V. 496.*

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis.

℣. Nativitas est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Cujus vita ínclyta cunctas illústrat ecclésias.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f

http://ccwatershed.org



Comm. **S. Gorgonii** *Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

SANCTUS tuus Dómine Gorgónius sua nos intercessióne lætíficet : * & pia fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.

Dominica infra Octavam Nativit. B. M. V.

Festum Sanctissimi Nominis B. Mariæ V.

Duplex majus.

Si hæc Dominica immediate sequatur Festum Nativitatis, Vesperæ dicuntur integræ de Nativitate sine commem. Ss. Nominis ; si autem Festum Ss. Nominis incidat in diem Octavam Nativitatis, Officium fit de eo absque commem. diei Octavæ.

Si Festum Ss. Nominis Mariæ impediatur a Festo solemniori, transfertur juxta Rubricas.

Omnia ut in Festis B. M. V. præter sequentia.

In I. Vesperis, *ad Magnificat, Aña.* Sancta María. 493, *in cujus loco dicitur* : quicúmque célebrant tui sancti Nóminis commemoratiónem, *ut ibidem notatur.*

Oratio.

Concede, quæsumus omnipotens Deus : ut fidéles tui, qui sub sanctíssimæ Vírginis Maríæ Nómine & protectióne lætántur, † ejus pia intercessióne a cunctis malis liberéntur in terris, & ad gáudia ætérna pervenire mereántur in cælis. Per Dóminum.

Comm. Dominicæ occurrentis in utrisque Vesperis et Laudibus.

9. Infra Octavam Nativitatis B. M. V.

In Laud. comm. **S. Gorgonii** *Martyris. Aña.* Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma. *Orat.* Sanctus tuus. 825.

Vesp. de sequenti, comm. Octavæ.

10. S. Nicolai de Tolentino Conf. *Duplex.*

Oratio.

Adesto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti Nicolái Confessóris tui solemnitáte deférimus : † ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, * ejus qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Comm. Octavæ Nativit. B. M. V., 824, etiam in Laudibus, 824.

In II. Vesp. comm. Octavæ, 824, ac **Ss. Proti et Hyacinthi** *Martyrum. Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

Beatorum Mártyrum tuórum Proti & Hyacinthi nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio : * & pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

11, 12 et 13. Infra Octavam Nativ. B. M. V.

Die 11, in Laud. comm. Ss. Proti et Hyacinthi. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

14. In Exaltatione Sanctæ Crucis.

Duplex majus.

Officium fit ut in Inventione, die 3. Maii, 656, præter ea quæ hic notantur propria.

In fine Antiphonarum, ℣℣. et ℟℟. brevium non dicitur Allelúja, *excepta 3. Antiphona ad Laudes.*

In Hymno Vexilla Regis, *servantur tonus et doxologia propria. Sed sexta stropha mutatur ut infra.*



Oratio.

Deus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua solemnitáte lætíficas : † præsta, quæsumus ; ut cujus mystérium in terra cognóvimus, * ejus redemptiónis præmia in cælo mereámur. Per eúmdem Dóminum.

In I. Vesp. comm. Octavæ Nativit. B. M. V., 824, etiam in Laudibus, 824.

Ad Complet. et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V. propter Octavam.

In II. Vesperis.

Ad Magnificat, Aña. 1. D

Comm. diei Octavæ B. M. V. ut in I. Vesperis Festi, 821.

Deinde **S. Nicomedis** *Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Adesto Dómine pópulo tuo : * ut beáti Nicomédis Mártyris tui mérita præclára suscípiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper ejus patrocíniis adjuvétur. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

15. In Octava Nativitatis B. M. V.

Duplex.

Omnia ut in Festo.

In Laud. comm. S. Nicomedis Martyris. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma. *Orat.* 827.

In II. Vesperis, comm. Ss. Martyrum Cornelii et Cypriani et aliorum ut infra, 834.

Dominica III. Septembris.

Festum Septem Dolorum B. Mariæ Virginis.

Duplex majus.

Si in Dominica III. Septembris occurrat aliud Festum sive B. M. V. sive altioris ritus, vel dies Octava Festi quod alicubi solemne sit, Festum Septem Dolorum amandatur ad Dominicam IV. Septembris, et hac etiam ut supra impedita, ad proximiorem Dominicam a prædictis Festis liberam. Quod si usque ad Adventum nulla supersit Dominica libera, Festum Septem Dolorum ponatur juxta Rubricas in prima die non impedita post Dominicam III. Septembris.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capit. de Laudibus, 831. *Psalmi de Festis B. M. V.*

Resp. breve.



FASCICULUS myrrhæ * Di-léctus me- us mihi.



℣. Inter úbe-ra me- a commo-rá-bi-tur. Glóri- a Patri.

Hymnus.

2.



O quot un-dis la-crimá-rum, Quo do-ló-re vólvitur,



Luctu-ó-sa de cru- én- to Dum revúlsum stí-pi-te, Cernit

ulnis incubántem Virgo Ma-ter Fí- li- um! 2. Os su- á- ve,



mi-te péctus, Et la-tus dul-císsimum, Dexte-rámque vulne-



rá- tam, Et si-nistram sáuci- am, Et rubras cru- ó-re plan-



tas Ægra tingit lácrimis. 3. Centi- ésque mil-li- ésque

Stringit arctis né-xibus Pectus illud & la-cér- tos, Il-la fi-



git vúlne-ra : Sicque to-ta colliquéscit In do-ló-ris óscu-



lis. 4. E-ia Ma- ter, obsecrámus Per tu- as has lácrimas,



Fili- íque triste fu- nus, Vulne-rúmque púrpu-ram, Hunc

http://ccwatershed.org

tu- i cordis do-ló-rem Conde nostris córdi-bus. 5. Esto Pa-tri, Fi-li- óque, Et co-æ-vo Flámi-ni, Esto summæ Tri-ni-tá- ti Sempi-térna gló-ri- a, Et per-énnis laus, honórque Hoc, & omni sæcu-lo. A-men.

℣. Regína Mártyrum ora pro nobis.
℟. Quæ juxta crucem Jesu constitísti.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

N O-li-te me consi-de-rá-re, quod fusca sim, qui-a de-co-lo-rá-vit me sol, fí-li- i matris me- æ pugna-vérunt contra me. E u o u a e.

Oratio, 833. Et fit comm. Dominicæ.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solito B. M. V., et in fine dicitur :*

Glória tibi Dómine,	Cum Patre & Sancto Spíritu,
Qui passus es pro sérvulis,	In sempitérna sæcula. Amen.

Ad Laudes, et per Horas.

Ant. 6. F

Q UO áb- i- it di- léctus tu-us, o pulchérrima mu-li-e-rum? quo decli-ná-vit di-léctus tu- us? & quæ-rémus e-um te-cum. E u o u a e.

Ant. 8. g

R E-cé-di-te a me, amá- re fle-bo, no-lí-te in-cúmbe-re, ut conso-lé-mi-ni me. E u o u a e.

Ant. 4. A

N ON est e- i spé-ci- es, neque de-cor, & ví-dimus e-um, & non e-rat adspéctus. E u o u a e.

Ant. 8. G

A planta pe-dis usque ad vérti-cem cá-pi-tis, non est in e-o sá-ni-tas. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

5. Aña. 1. f



F Ulcí-te me fló-ri-bus, sti-pá-te me ma-lis, qui- a



amó- re lángue- o. E u o u a e.

Capitulum. *Thren. 2. d.*

Cui comparábo te? vel cui assimilábo te filia Jerúsalem? cui exæquábo te, & consolábor te virgo filia Sion? magna est velut mare contrítio tua.

℟. br.



D E-fe-cé-runt * Præ lácrimis ó- cu-li me- i. ℣. Con-



turbá-ta sunt ómni- a vísce-ra me- a. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

2.



S Ummæ De- us cleménti- æ, Septem do-ló-res Virgi-



nis Pla-gásque Je-su Fí-li- i Fac ri-te nos re-vólve-re.

Nobis salútem cónferant
Deíparæ tot lácrimæ,
Quibus laváre súfficis
Totíus orbis crímina.

Sit quinque Jesu vúlnerum
Amára contemplátio,
Sint & dolóres Vírginis
Ætérna cunctis gáudia.

Glória tibi Dómine,
Qui passus es pro sérvulis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. María Virgo per virtútem tot dolórum.
℟. Fac nos gaudére in regno cælórum.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.



V Ení-te, ascendámus ad montem Dó-mi-ni, & vi-



de-te si est do- lor sic- ut do- lor me- us. E u o u a e.

Oratio.

Deus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis & Matris Maríæ dolóris gladius pertransívit: † concéde propítius; ut qui dolóres ejus venerándo recólimus, * passiónis tuæ efféctum felícem consequámur: Qui vivis & regnas.

Comm. Dominicæ.

Ad Tertiam. *Aña.* Recédite a me. *Capit. e Laudibus.*

℣. Defecérunt præ lácrimis óculi mei.
℟. Conturbáta sunt ómnia víscera mea.

Ad Sextam. *Aña.* Non est ei spécies.

Capitulum. *Thren. 1.*

Plorans plorávit in nocte, † & lácrimæ ejus in maxíllis ejus: * non est qui consolétur eam ex ómnibus caris ejus.

℣. Fascículus myrrhæ diléctus meus mihi.
℟. Inter úbera mea commorábitur.

Ad Nonam. *Ana.* Fulcíte me flóribus.

Capitulum. *Thren. 2. f.*

Adhuc quasi torréntem lácrimas per diem & noctem: † non des réquiem tibi, * neque táceat pupílla óculi tui.

℣. Anima mea liquefácta est.
℟. Ut diléctus locútus est.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis.

℣. Regina Mártyrum ora pro nobis.
℟. Quæ juxta crucem Jesu constitísti.

Ad Magnificat, Antiphona.



Comm. Dominicæ occurrentis.

16. Ss. Cornelii et Cypriani Martyrum.

Semiduplex.

Aña. Istórum est enim. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

BEATORUM Mártyrum paritérque Pontíficum Cornélii & Cypriani nos, quæsumus Dómine, festa tueántur : * & eórum commendet orátio veneránda. Per Dóminum.

Comm. **Ss. Euphemiæ, Luciæ et Geminiani** *Martyrum. Aña.* Gaudent in cælis. 451. ℣. Exsultábunt.

Oratio.

PRÆSTA Dómine précibus nostris cum exsultatióne provéntum : ut sanctórum Mártyrum Euphémiæ, Lúciæ & Geminiáni, quorum diem passiónis ánnua devotióne recólimus, étiam fídei constántiam subsequámur. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

17. S. Columbæ Virginis et Martyris O. N.

Duplex.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fortia quæque confúndas : † concéde propítius ; ut qui beatæ Columbæ Vírginis & Mártyris tuæ solémnia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Comm. Ss. Cornelii et Cypriani. Aña. Gaudent in cælis. 451. ℣. Exsultábunt. *Orat.* 834.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

18. S. Hildegardis Virginis O. N.

Duplex.

In I. Vesperis, ad Magnificat Antiphona.

Oratio.

DEUS, qui beátam Hildegárdem Vírginem tuam donis cæléstibus decorásti : † tríbue, quæsumus ; ut ejus vestígiis & documentis insisténtes, * a præséntis hujus sæculi calígine ad lucem tuam delectábilem transíre mereámur. Per Dóminum.

Comm. S. Columbæ. Aña. Veni sponsa. 476. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 834.

Ad Benedictus, Antiphona.



Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

http://ccwatershed.org

19. Ss. Januarii Episc. et Sociorum Martyrum.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Januárii & Sociórum ejus solemnitáte lætíficas : † concéde propítius, ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum.

Comm. S. Hildegardis. Aña. Veni sponsa. 476. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 8..

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

20. S. Eustachii et Sociorum Martyrum.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Eustáchii & Sociórum ejus natalítia cólere : † da nobis in ætérna beatitúdine * de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

Comm. Ss. Januarii et Soc. Aña. Gaudent in cælis. 451. ℣. Exsultábunt.

In Laudibus pro commem. **Vigiliæ S. Matthæi,** *Antiphona et ℣. de feria occurrente.*

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : * ut beáti Matthæi Apóstoli tui & Evangelístæ, quam prævenímus, veneránda solémnitas & devotiónem nobis áugeat & salútem. Per Dóminum.

¶ *In Quatuor Temporibus fit comm. Feriæ in Laudibus tantum. De Vigilia autem nihil fit nisi in Missa.*

Vesp. de sequenti, comm. præced.

21. S. MATTHÆI Apostoli et Evangelistæ.

Duplex 2. classis.

Oratio.

BEATI Apóstoli & Evangelístæ Matthæi, Dómine, précibus adjuvémur : † ut quod possibílitas nostra non óbtinet, * ejus nobis intercessióne donétur. Per Dóminum.

Comm. Ss. Eustachii et Soc. Aña. Gaudent in cælis. 451. ℣. Exsultábunt.

In II. Vesp. comm. sequentis.

http://ccwatershed.org

22. Ss. Mauritii et Sociorum Martyrum.

Duplex.

In I. Vesp. pro comm. Antiphona.



℣. Lætámini. *Oratio,* 840.

Ad Laudes, et per Horas.



3. Aña. 3. a

TI-bi mi-lí-ti-am de-bémus, il-li inno-cénti-am; a te sti-péndi-um la-bó-ris accé-pimus, ab il-lo exórdi-um súmpsimus. E u o u a e.

4. Aña. 4. E

QUI sponte obtu-lí-stis á-nimas vestras ad perí-cu-lum, be-ne-dí-ci-te Dómi-no. E u o u a e.

5. Aña. 3. a

SIC interfécta est illa pla-ne angé-li-ca lé-gi-o, quæ cum Ange-ló-rum le-gi- óni-bus jam colláudat in cælis Dómi-num De- um Sá-ba- oth. E u o u a e.

Capit. Justórum ánimæ. 447. ℟. *br.* Lætámini in Dómino.

Hymnus.

7. O Agaunénsis se-ges alma campi, Quam se-cat di-ra glá-di- us ty-ránni, Ube-ri sed quam cúmu-lo re-cóndunt Hórre- a cæ-li!

Ipse torréntes Rhódanus cruéntos
Alveo jungi stupet, ac rubéscens
Purpúras regum pretiósus alto
Déspicit amne.

Una si tantum Súperis refúndit
Gaudium laurus, subeúnte tanta
Messe palmárum coit in triúmphos
Cúria cæli.

Mauriti princeps, sociíque cuncti,
Alba gens, Agnum cómitans ubíque,
Nostra fac Agni cruor innocéntis
Crímina mundet.

Fac ut inférni láqueis recísis,
Nos greges inter númeret suórum,
Quem Deum sanctum Séraphim perénni
Voce salútant.

Laus Deo, virtus, honor & potéstas,
Quem poli summo sólio sedéntem,
Mártyrum cœtus pósitis adórat
Rite corónis. Amen.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona.

3. a

PRe- ti- ó-sa sunt Thebæ- ó-rum córpo-ra vulne-rá-ta Mauríti- i & So-ci- ó-rum e-jus, qui sub Ma-ximi- á-no mortem susci-pe-re decre-vé-runt. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Oratio.

ANNUE, quæsumus omnipotens Deus: † ut sanctórum Mártyrum tuórum Mauritii & Sociórum ejus nos lætificet festíva solémnitas; * ut quorum suffrágiis nítimur, eórum natalítiis gloriémur. Per Dóminum.

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus, Capitula et* ℣℣. *de Communi*, 449.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesperis de Communi plurimorum Martyrum.

Capit. Justórum ánimæ. 444. ℟. *br.* Exsúltent justi.

Hymnus.



Inclytos miles méritus triúmphos
Póscitur letho: caput & decóra
Láurea dignum violáre certat
Bárbarus ensis.

At tuis quotquot famulántur aris,
Christe, pro vili réputant honóres,
Nec timent dulcem melióre vitam
Pérdere fato.

Impios horret sacra turba ritus,
Núminum larvas, simulácra ridet
Vana, nec muto sua ferre thura
Sústinet auro.

Instat illúsi fera vox tyránni:
Arma conclámat: fúriis satélles
Obsequens, ferrum rapit, & cruénta
Fúnera miscet.

Ecce jam denso cécidit sub ictu
Dena pars sanctæ legiónis, atque
Tinxit effúso Rhódani tuméntes
Sánguine fluctus.

http://ccwatershed.org

Crescit hinc cunctis novus ardor, omnes
Ambiunt palmæ decus invidéndæ:
Illius sors totam túmulo catérvam
Condit in uno.

Æqua sit Patri, sit & æqua Nato,
Par tibi sit laus, Amor utriúsque:
Mílites sancti Tríadem celébrent
Omne per ævum. Amen.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.



Comm. sequentis et S. Theclæ Virginis et Martyris.

23. S. Lini Papæ et Martyris. *Semid.*

Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Lini Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Deinde comm. **S. Theclæ** *Virginis et Martyris. Aña.* Veni sponsa. 472. ℣. Spécie tua.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus: * ut qui beátæ Theclæ Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, & ánnua solemnitáte lætémur, & tantæ fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Símile est. 475. ℣. Diffúsa est.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

24. Festum B. Mariæ Virginis de Mercede.

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V., præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem, ad liberandos Christifidéles a potestáte paganórum, nova Ecclésiam tuam prole amplificáre dignátus es : præsta, quæsumus ; † ut quam pie venerámur tanti óperis institutrícem, * ejus páriter méritis & intercessióne, a peccátis ómnibus & captivitáte dæmonis liberémur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. S. Lini. Aña. Qui vult. 436. ℣. Justus ut palma. *Orat.* 8[illegible]

In II. Vesp. comm. sequentis.

25. Impressionis Sacrorum Stigmatum
in Corpore S. Francisci Confessoris.

Duplex.

Aña. Similábo eum. 465.

℣. Signásti Dómine servum tuum Franciscum.
℟. Signis redemptiónis nostræ.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Francísci passiónis tuæ sacra stigmata renovásti : † concéde propítius ; ut ejus méritis & précibus crucem júgiter ferámus, * & dignos fructus pæniténtiæ faciámus. Qui vivis & regnas.

Ad Laudes, *in Hymno* Jesu coróna célsior, *loco tertiæ strophæ dicatur :*

Anni recúrso témpore
Dies illúxit lúmine
Quo sanctus hic de córpore
Christi recépit stígmata.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced. ac Ss. Cypriani et Justinæ Martyrum.

¶ *Ubi Vesperæ dicuntur integræ, in Hymno* Iste Conféssor *dicatur :*

Hac die lætus méruit beáta Vúlnera Christi.

http://ccwatershed.org

26. S. Josephi a Cupertino Confessoris.

Duplex. (m. t. v.)

In I. Vesperis, ad Magnificat Antiphona.

Oratio.

Deus, qui ad unigénitum Fílium tuum exaltátum a terra ómnia tráhere disposuísti : † pérfice propítius ; ut méritis & exémplo seráphici Confessóris tui Joséphi supra terrénas omnes cupiditátes eleváti, * ad eum perveníre mereámur. Qui tecum vivit.

Comm. Ss. Stigmatum S. Francisci. Aña. Hic vir. 469. ℣. Signásti Dómine. *Oratio.* Dómine Jesu. 842.

Postea **Ss. Cypriani et Justinæ** *Martyrum. Aña.* Istórum est enim. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

Beatorum Mártyrum Cypriáni & Justínæ nos Dómine fóveant continuáta præsídia : * quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.



Comm. Ss. Cypriani et Justinæ. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt. *Oratio,* 843.

In II. Vesp. ad Magnificat Antiphona.

6. F



E X- ístimo ómni- a detriméntum esse propter e-



mi-néntem sci- énti- am Je-su Chri-sti Dómi-ni me- i.



E u o u a e. *Comm. sequentis.*

27. Ss. Cosmæ et Damiani Martyrum.

Semiduplex.

Aña. Istórum est enim. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : † ut qui sanctórum Martyrum tuórum Cosmæ & Damiáni natalítia cólimus, * a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

28. S. Wenceslai Ducis et Martyris.

Semiduplex.

Oratio.

DEUS, qui beátum Wenceslåum per martyrii palmam a terréno principátu ad cæléstem glóriam transtulísti : † ejus précibus nos ab omni adversitáte custódi, * & ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

Comm. Ss. Cosmæ et Damiani. Aña. Gaudent in cælis. 451. ℣. Exsultábunt.

Vesp. de sequenti, sine comm. præcedentis.

Die 29. Septembris.

In Dedicatione S. Michaelis Archang.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus, 847. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Apoc. 1.*

SIGNIFICAVIT Deus quæ opórtet fíeri cito, † loquens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, * & testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit.

Resp. breve.



A -SCENDIT fumus a-róma-tum * In conspé- ctu



Dómi-ni. ℣. De manu Ange-li. Gló-ri- a Patri.

T. Pasch. R. br.



A -scéndit fumus a-róma-tum in conspéctu Dómi-ni, *

Alle-lú-ia, alle-lú-ia, ℣. De manu Ange-li. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

2.



T I-bi Christe splendor Patris, Vi-ta, virtus córdi- um,

http://ccwatershed.org

In conspéctu Ange-ló-rum Vo-tis, vo-ce psállimus : Alter-nántes concre-pándo Me-los da-mus vó-ci-bus.

Collaudámus venerántes
Omnes cæli mílites :
Sed præcípue primátem
Cæléstis exércitus,
Michaélem in virtúte
Conteréntem zábulum.

Quo custóde procul pelle,
Rex Christe piíssime,
Omne nefas inimíci :
Mundo corde & córpore,
Paradíso redde tuo
Nos sola cleméntia.

Glóriam Patri melódis
Personémus vócibus,
Glóriam Christo canámus,
Glóriam Paráclito,
Qui trinus & unus Deus
Exstat ante sæcula. Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

D UM sacrum mysté-ri- um cérne-ret Jo- ánnes, Arch-ánge-lus Mi-cha- el tu-ba cé-ci-nit : Ignósce Dómi-ne De-us noster, qui á-pe-ris librum, & solvis signá-cu-la e-jus, alle-lú-ia. E u o u a e. *Orat.* 850.

http://ccwatershed.org

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 4. A

S TETIT Ange-lus juxta a-ram templi, ha-bens thu-ri-bu-lum áure- um in manu su- a. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Aña. 7. a

D UM prœ-li- a-ré- tur Mícha- el Archánge-lus cum dra-co-ne, audí- ta est vox di-cénti- um : Sa-lus De- o no-stro, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Aña. 8. G

A Rchánge-le Mícha- el, constí-tu- i te prínci-pem su-per omnes á-nimas sus-ci-pi- éndas. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Aña. t. pereg.

A Nge-li Dómi-ni Dómi-num be-ne-dí-ci-te in ætér-num. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 7. c

A Nge-li, Archánge-li, Thro-ni & Domi-na-ti-ó-nes, Princi-pá-tus & Po-testá- tes, Vir-tú- tes cæ-ló- rum, lauda-te Dómi-num de cæ- lis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Apoc. 1.*

SIGNIFICAVIT Deus quæ opórtet fieri cito, † loquens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhibuit verbo Dei, * & testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit.

℟. br.

I N conspéctu Ange-ló-rum * Psallam ti-bi, De-us me- us. ℣. Ado-rábo ad templum sanctum tu- um, & confi-te-bor nómi-ni tu-o. Gló-ri- a Patri.

T. Pasch. ℟. br.

I N conspéctu Ange-ló-rum psallam ti-bi De-us me-

http://ccwatershed.org

us, * Alle- lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Ado-rá-bo ad templum sanctum tu-um, & confi-té-bor nómi-ni tu- o. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

4.

C Hriste, sanctó-rum de-cus Ange-ló-rum, Rector humá-ni géne-ris & auctor, Nobis æ-térnum tribu- e be-nígnus Scánde-re cæ-lum.

Angelum pacis Michael ad istam
Cælitus mitti rogitámus aulam,
Nobis ut crebro veniénte crescant
Próspera cuncta.

Angelus fortis Gábriel, ut hostem
Pellat antiquum, vólitet ab alto,
Sæpius templum véniens ad istud
Vísere nostrum.

Angelum nobis médicum salútis
Mitte de cælis Ráphael, ut omnes
Sanet ægrótos, paritérque nostros
Dírigat actus.

Hinc Dei nostri Génitrix María,
Totus & nobis chorus Angelórum
Semper assístat, simul & beáta
Cóncio tota.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cujus réboat in omni
Glória mundo.
Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

Oratio.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas : † concéde propítius ; ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assistitur, * ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam. *Aña.* Dum prœliarétur. *Capit. e Laudibus.*

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Sextam. *Aña.* Archángele Míchael.

Capitulum. *Apoc. 5. c.*

Audivi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, & animálium, & seniórum : † & erat númerus eórum míllia míllium, * voce magna dicéntium : Salus Deo nostro.

℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.
℟. De manu Angeli.

Ad Nonam. *Aña.* Angeli, Archángeli.

Capitulum. *Apoc. 12. b*

Factum est prœlium magnum in cælo : † Míchael & Angeli ejus prœliabántur cum dracóne, & draco pugnábat, & angeli ejus : * & non prævaluérunt, neque locus invéntus est eórum ámplius in cælo.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

http://ccwatershed.org

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, sed loco ultimi :

Psalmus 137.

Confitebor tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua & veritáte tua : * quóniam magnificásti super omne nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, & humília réspicit : * & alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : † & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, * & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : † Dómine misericórdia tua in sæculum : * ópera mánuum tuárum ne despícias.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.



Comm. sequentis.

30. S. Hieronymi Presbyteri, Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

In utrisque Vesp. Aña. O Doctor... beáte Hierónyme. 461.
℣. Amávit eum.

Oratio.

DEUS, qui Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacris Scriptúris beátum Hierónymum Confessórem tuum, Doctórem máximum providére dignátus es : præsta, quæsumus ; † ut ejus suffragántibus méritis, quod ore simul & ópere dócuit, * te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti (*S. Remigio*, 859), *comm. præced.*

FESTA OCTOBRIS.

Dominica I. Octobris.

In Solemnitate Ss. Rosarii B. M. V.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

1. Aña. 8. G

QUÆ est ista, spe-ci- ó- sa sic-ut co-lúmba, quasi ro- sa plantá- ta su-per ri- vos aquá-rum? E u o u a e.

Psalmi de Festis B. M. V., 490.

2. Aña. 6. F

VIrgo po-tens, sic-ut turris Da-vid : mille cly-pe- i pendent ex e- a, omnis arma-tú-ra fórti- um. E u o u a e.

3. Aña. 1. g

A-ve Ma-rí- a, grá-ti- a ple-na, Dómi-nus te- cum, be-ne-dícta tu in mu- li- é-ri-bus. E u o u a e.

4. Aña. 3. a

VI-dé-runt e- am fí-li- æ Si- on vernántem in fló-ri-bus ro-sá-rum, & be- a-tíssimam prædi-ca-vé-runt. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24, 39.*

IN me grátia omnis viæ & veritátis, † in me omnis spes vitæ & virtútis : * ego quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificávi.

℟. br. POst partum Virgo * Invi- o-lá- ta permansísti. ℣. Dei Génitrix intercé-de pro no-bis. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

2. CÆ-lé-stis aulæ Núnti-us, Arcána pandens Núminis, Plenam sa-lú-tat grá-ti-a De-i Pa-réntem Vir-ginem.

Virgo propinquam sánguine
Matrem Joánnis visitat,
Qui clausus alvo géstiens
Adésse Christum núntiat.

Verbum, quod ante sæcula
E mente Patris pródiit,
E Matris alvo Vírginis
Mortális infans náscitur.

Templo puéllus sístitur,
Legíque paret Légifer :
Hic se Redémptor páupere
Prét*i*o redémptus immolat.

Quem jam dolébat pérditum,
Mox læta Mater ínvenit
Ignóta doctis méntibus
Edisseréntem Fílium.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patr*e* & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Regína sacratíssimi Rosárii, ora pro nobis.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J BE-á-ta es Virgo Ma-rí-a, De-i Gé-ni-trix, quæ cre-di-dí-sti Dómi-no : perfécta sunt in te quæ dicta sunt ti-bi : intercé-de pro no-bis ad Dómi-num De-um nostrum. E u o u a e.

Oratio, 857. *Comm. Dominicæ occurrentis.*

http://ccwatershed.org

Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.

Ad Laudes, et per Horas.

Ant. 7. c LÆ-tá-re Virgo Ma-ter : surré-xit Chri-stus de se-púlcro. E u o u a e.

2 Ant. 4. A Ascéndit De-us in ju-bi-la-ti-óne, & Dómi-nus in vo-ce tubæ. E u o u a e.

3 Ant. 8. G SPí-ri-tus Dómi-ni replé-vit orbem terrá-rum. E u o u a e.

4 Ant. 7. a AS-súmpta est Ma-rí-a in cæ-lum : gaudent Ange-li laudántes be-ne-dí-cunt Dómi-num, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

EXaltáta est Virgo María super choros Angelórum, & in cápite ejus coróna stellárum duódecim. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24, 39.*

IN me grátia omnis viæ & veritátis, † in me omnis spes vitæ & virtútis : * ego quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificávi.

℟. br. SPecíósa facta es, * Et suávis. ℣. In delíciis tuis, sancta Dei Génitrix. Glória Patri.

Hymnus.

2. JAM morte victor óbruta Ab ínferis Christus redit, Fractísque culpæ vínculis, Cæli reclúdit límina.

Visus satis mortálibus
Ascéndit ad cæléstia,
Dextræque Patris ássidet
Consors patérnæ glóriæ.

Quem jam suis promíserat
Sanctum datúrus Spíritum,
Linguis amóris ígneis
Mæstis alúmnis ímpluit.

http://ccwatershed.org

Solúta carnis póndere
Ad astra Virgo tóllitur,
Excépta cæli júbilo
Et Angelórum cánticis.

Quam bis sena cingunt sídera
Almæ Paréntis vérticem :
Throno propínqua Fílii
Cunctis creátis ímperat.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Elégit eam Deus & præelégit eam.
℟. Et habitáre eam fecit in tabernáculo suo.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

SOlemnitátem hodiérnam sanctíssimi Rosárii Genitrícis Dei Maríæ devóte celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum. E u o u a e.

Oratio.

DEus, cujus Unigénitus per vitam, mortem & resurrectiónem suam nobis salútis ætérnæ præmia comparávit : † concéde, quǽsumus ; ut hæc mystéria sanctíssimo beátæ Maríæ Vírginis Rosário recoléntes, * & imitémur quod cóntinent, & quod promíttunt, assequámur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. Dominicæ occurréntis.

Ad Tertiam. *Aña.* Ascéndit Deus. *Capit. e Laudibus.*
℣. Sancta Dei Génitrix, semper Virgo María.
℟. Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.

Ad Sextam. *Aña.* Spíritus Dómini.

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS. - MO.

Capitulum. *Eccli. 39.*

FLORETE flores quasi lílium, † & date odórem, & frondéte in grátiam; * collaudáte cánticum, & benedícite Dóminum in opéribus suis.

℣. Post partum Virgo invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Ad Nonam. *Aña.* Exaltáta est.

Capitulum. *Eccli. 24.*

QUASI cedrus exaltáta sum in Líbano, † & quasi cypréssus in monte Sion: * quasi palma exaltáta sum in Cades, & quasi plantátio rosæ in Jéricho.

℣. Speciósa facta es & suávis.
℟. In delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

Hymnus.

Ave, redúndans gáudio
Dum cóncipis, dum vísitas,
Et edis, offers, ínvenis,
Mater beáta, Fílium.

Ave, dolens, & íntimo
In corde agónem, vérbera,
Spinas, crucémque Fílii
Perpéssa, princeps Mártyrum.

Ave, in triúmphis Fílii,
In ígnibus Paráclíti,
In regni honóre & lúmine
Regína fulgens glória.

Veníte gentes, cárpite
Ex his rosas mystériis,
Et pulchri amóris íncłytæ
Matri corónas néctite.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Regína sacratíssimi Rosárii, ora pro nobis.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.



Et fit commemoratio Dominicæ.

Die 1. Octobris.

S. Remigii Episcopi et Confessoris.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Hymnus. 4.



Gens Franca mortáles deos,
Te prædicánte, réspuit:
Monstránte te cæli viam,
Uni Deo se cónsecrat.

Natális augústo die
Quo Christus astris pródiit,
Infers nova victória
Castris Dei tot mílites.

Mitis Sicámber vérticem
Cervíce flexa déjicit:
Quod trádidit flammis, colit,
Et quod colébat, ábjicit.

http://ccwatershed.org

Altissimo per te Deo
Grates perénnes sólvimus,
Qui nos tuis labóribus
Verbísque collústrat fide.

Deo Patri sit glória,
Par Fílio, par Flámini,
Quo dante, regnum Galliæ
Suscépit antíquam fidem. Amen.

℣. Amávit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

SAnctus Remí-gi- us, virtú-tum grá-ti- a plenus, vi- gó-re nómi-nis glo- ri- ó-sus, inter advérsa mundi perí-cu- la gu-bernándo, su- is pro-ví-dit portum sa- lú-tis.

E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui per beáti Pontíficis Remígii documénta, gentilium tibi colla subdidísti ferócia: † largíre supplícibus tuis, ut per iter salútis quo idem pastor incéssit, * dono tuæ pietátis adire gradiámur. Per Dóminum.

Comm. S. Hieronymi. Aña. O Doctor. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 8..

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

PRæsul Remí-gi- us baptismi témpo-ra præpa-rá-vit, & implé-tis mysti-cis sacraméntis, re-gem cum pópu-lo ba- ptizavit. E u o u a e.

Vesp. de sequenti, comm. præced. ut infra.

2 Sanctorum Angelorum Custodum.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus, 862. Psalmi de Dominica. ℟. *br.* Ascéndit fumus arómatum. 845.

Hymnus. 3.

CUSTODES hómi-num psállimus Ange-los, Na-tú-ræ fra-gi-li quos Pa-ter áddi-dit Cæ-léstis cómi-tes, insi-di-ántibus Ne succúmbe-ret hó-stibus.

Nam quod corrúerit próditor ángelus,
Concessis mérito pulsus honóribus,
Ardens invídia, péllere nítitur
Quos cælo Deus ádvocat.

Huc custos ígitur pérvigil ádvola,
Avertens pátria de tibi crédita
Tam morbos ánimi, quam requiéscere
Quidquid non sinit íncolas.

Sanctæ sit Tríadi laus pia júgiter,
Cujus perpétuo número máchina
Triplex hæc régitur, cujus in ómnia
Regnat glória sæcula. Amen.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

O-mnes sunt admi-nistra-tó-ri- i spí-ri-tus in mini-

sté-ri- um missi propter e- os qui hæ-re-di-tá-tem cápi-unt

sa-lú-tis. E u o u a e. *Orat.* 865.

Pro comm. S. Remigii, Antiphona.

8. c

GEn- tem Francó-rum incly-tam, si- mul cum rege

nó-bi-li, be- á- tus Remí- gi- us, sumpto cæ-li-tus chrisma-

te, sacro mundávit gúrgi-te, & Spí-ri-tus Sancti plene

di-tá-vit mú- ne-re. E u o u a e.

℣. Justum dedúxit. *Orat.* 860.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 8. G

ANge-lis su- is De- us mandá-vit de te, ut cu-

...di-ant te in ómni-bus vi- is tu- is. E u o u a e.

2. Aña. 2. D

LAudémus Dómi- num, quem laudant Ange-li, quem

Cherubim & Sé-raphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus proclámant.

E u o u a e.

3. Aña.

ANge-li e- ó-rum semper vi-dent fá-ci- em Pa-tris

me-i qui est in cæ-lis. E u o u a e.

4. Aña.

BEne-dictus De-us, qui mi-sit Ange-lum su- um, &

eru-it servos su-os, qui cre-di-dé-runt in e- um.

E u o u a e.

5. Aña.

LAudá-te De- um omnes Ange-li e- jus, laudá-te

http://ccwatershed.org

e- um omnes Virtú-tes e-jus. E u o u a e.

Capitulum. *Exodi 23. d.*

Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcédat te, & custódiat in via, † & introdúcat in locum quem parávi. * Obsérva eum, & audi vocem ejus.

℟. br. Ste-tit Ange-lus * Juxta a- ram templi. ℣. Habens thu-rí-bu-lum áure- um in manu su- a. Gló-ri- a Patri.

Hymnus.

5. O Rbis patrá-tor óptime, Qui, quidquid est, po-tén-ti- a Magna cre- ásti, nec re-gis Mi-nó-re pro-vi- dénti- a.

2. Adésto suppli-cánti- um Ti-bi re- ó-rum cœ-tu- i : Lu-cís-que sub cre-púscu-lum Lu-cem novam da ménti-bus. 3. Tu-ús-que no-bis Ange-lus Signá-tus ad cu-stó- di- am, Hic ad-sit

a contá-gi- o Qui críminum nos pró-te-gat. 4. Serpéntis ne no-bis æmu-li Ca-lúmni- as ex-térmi-net, Ne re-te frau-du-lenti- æ Incáuta nectat péćto-ra. 5. Me-tum propél-lat hosti-um Nostris pro-cul de fí- ni-bus : Pa-cem pro-cú-ret cí-vi-um, Fugétque pe-sti- lénti- am. 6. De- o Patri sit gló-ri- a, Qui, quos red-émit Fi- li- us, Et Sanctus unxit Spí-ri-tus, Per Ange-los cu- stó-di- at. A-men.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Benedictus, Antiphona.

R Evérsus est Ange-lus, qui loquebá-tur in me,

http://ccwatershed.org



Oratio.

DEUS, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam míttere dignáris: † largíre supplícibus tuis & eórum semper protectióne deféndi, * & ætérna societáte gaudére. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Laudémus Dóminum. *Capit. e Laudibus.*

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Sextam. *Aña.* Angeli eórum.

Capitulum. *Exodi 23. d.*

NEC contemnéndum putes, † quia non dimíttet cum peccáveris: * & est nomen meum in illo.

℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.
℟. De manu Angeli.

Ad Nonam. *Aña.* Laudáte Deum.

Capitulum. *Exodi 23. e.*

QUOD si audíeris vocem ejus, & féceris ómnia quæ loquor, † inimícus ero inimícis tuis, & affligam affligéntes te: * Præcedétque te Angelus meus.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica, sed loco ultimi Ps. Confitébor tibi... quóniam audísti. 851.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.

Comm. sequentis.

3. B. Victoris III. Papæ et Confessoris O. N.

Duplex. (m. t. v.)

Aña. Sacérdos & Póntifex. 455. ℣. Amávit eum.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui beáto Victóri Confessóri tuo atque Pontífici, in supréma Ecclésiæ dignitáte declinánda humilitátis spíritum, & in illa tuénda invíctum ánimi robur tribuísti: † concéde nobis fámulis tuis, terrénos honóres constánter despícere, * & omnes inimíci insídias fórtiter superáre. Per Dóminum nostrum.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

4. S. Francisci Confessoris.

Duplex majus.

Oratio.

DEUS, qui Ecclésiam tuam beáti Francísci méritis fœtu novæ prolis amplíficas: † tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, * & cæléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

Comm. B. Victoris III. Aña. Dum esset. 461. ℣. Justum dedúxit.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

Die 5. Octobris.

Ss. Placidi et Sociorum Mart. O. N.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus, 870. *Psalmi de Dominica*.

Capitulum. *Apoc. 12. c.*

Ipsi vicérunt propter sánguinem Agni, † & propter verbum testimónii sui, * & non dilexérunt ánimas suas usque ad mortem. ℟. *breve*. Exsúltent justi. 444.

Hymnus. 2.

Septennis Plá-ci-dus, quem pa-ter óbtu-lit, Il-li-bá-ta De-o sisti-tur hó-sti-a, Et ty-ro-ci-ni- i jam de-cus incly-tum, Exémplar dabi-tur æmu-lis.

Abbáti dócilis, fictile vásculum
Immíttens in aquas, párvulus ámphoram
Incáutus séquitur, líttora déserit,
Demérsus fere flúctibus.

Quo sic, Maure, lacus dímeteris æquora,
Cursus accéleras? O vir obédiens,
Insuétum per iter vox te pii patris
Ad magnália dírigit.

Raptum restítuit mox Plácidum lacus:
Sed cujus méritis? Maurus an ábstulit,
Nursinúsve pater gúrgitis e sinu?
Solvit quæsita párvulus.

Præsta, summa Trias, per Plácidi preces,
Angústo mónachi trámite Régulæ
Cælórum próperent átria cónsequi,
Immíxti Súperum choris.
Amen.

℣. Salvásti nos Dómine de affligéntibus nos.
℟. Et in nómine tuo confitébimur in sæculum.

Ad Magnificat, Antiphona. 8. G

Be-á-tus Plá-ci-dus, Chri-sti mí-li-tum ante-signánus, cum sævo prínci-pe congréssus, adversá-ri-um vi-cit, & vincéndi cé-te-ris vi-am invíctus a-pé-ru- it, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui beátum Plácidum in aquis pene demérsum mirabíliter eripuísti, ut fidem inde, quam cum plúribus sóciis coram persecutóribus conféssus est, próprio sánguine confirmáret: * ipsórum nobis intercessióne concéde; ut ánimas nostras propter te pérdere non timéntes, eas apud te felíciter invenire mereámur. Per Dóminum nostrum.

Comm. S. Francisci. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 867.

http://ccwatershed.org

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. g

PLACIDUS Martyr dixit ad Gordiánum: Illum desídero, ad illum suspíro, ad illum pérgere cúpio, cui ánimam meam devóvi, qui me dignum fecit pro nómine suo pati. E u o u a e.

2. Aña. 2. D

Beáti Mártyres uno ore dixérunt: Quod in ánimo insídet vestro, perfícite: unus enim nobis ánimus est, una fides, unus ordo vivéndi. E u o u a e.

3. Aña. 3. a

Beáta virgo Flávia, dum esset in cárcere, fr[illegible]

[illegible] alloquebátur, dicens: Jam sacris tuis oratiónibus inchoávi martyrium; nunc vero, óbsecro, ne [illegible]stas inchoáta perfícere. E u o u a e.

[illegible] Aña. [illegible] pereg.

Mártyres Dómini Dóminum benedícite in ætérnum. E u o u a e.

[illegible] Aña. 7. a

Beátus Plácidus, elevátis óculis, orábat ad Dóminum, dicens: Dómine Jesu Christe, da nobis [illegible]tis constántiam, ut hujus agónis stádium intré[illegible] mente percúrrere valeámus. E u o u a e.

Capitulum. *Apoc. 12. c.*

Ipsi vicérunt propter sánguinem Agni, † & propter verbum testimónii sui, * & non dilexérunt ánimas suas usque ad mortem. ℟. *br.* Lætámini in Dómino. 447.

http://ccwatershed.org

Hymnus.

2.



En germána tibi Flávia mítti-
tur,
Consors martyrii, duplíciter so-
ror :
Victorínus adest, Eutychius si-
mul,
Tecum per stádium vo-
lant.

Hos contra, Mánucham túrbi-
ne pérfido,
In littus Sículum projíciunt fre-
ta :
Pastórem Plácidum bárbarus ín-
sequens
Turbat christiadum gregem.

Ut Christum rénuant, ártibus
írritis,
Vanas spondet opes falsáque
gáudia,
Clamans ore minax : Múnera
spérnitis,
Vecórdes moriémini.

Crebra cum sóciis grandine
vérberum
Torquétur Plácidus : vocis &
órgano
Præciso lóquitur, nec célebrat
minus
Laudes altísonas Dei.

Cives angélici, pándite já-
nuas,
Læti vestra petunt mœnia Már-
tyres :
Dux præcédit ovans ágmina láu-
reis
Circumcíncta rubéntibus.

Præsta, summa Trias, per Plá-
cidi preces,
Angústo mónachi trámite ré-
gulæ
Cælórum próperent átria cóngru-
qui,
Immíxti Súperum choris.
Amen.

℣. Multæ tribulatiónes justórum.
℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

Deus, qui beátum Plácidum in aquis pene demérsum mirabíliter eripuísti, ut fidem inde, quam cum plúribus sóciis coram persecutóribus conféssus est, próprio sánguine confirmáret : † ipsórum nobis intercessióne concéde ; ut ánimas nostras propter te pérdere non timéntes, * eas apud te felíciter invenire mereámur. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam. *Aña.* Beáti Mártyres. *Capit. e Laudibus.*

℣. Salvásti nos Dómine de affligéntibus nos.
℟. Et in nómine tuo confitébimur in sæculum.

Ad Sextam. *Aña.* Beáta virgo Flávia.

Capitulum. *Apoc. 6. c.*

Et datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ : † & dictum est illis ut requiéscerent adhuc tempus módicum, * donec compleántur consérvi eórum & fratres eórum, qui interficiéndi sunt sicut & illi.

℣. Custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum.
℟. De manu peccatóris liberábit eos.

Ad Nonam. *Aña.* Beátus Plácidus.

Capitulum. *Eccli. 46. c.*

Sit memória illórum in benedictióne, † & ossa eórum púllulent de loco suo, * & nomen eórum permáneat in ætérnum, permánens ad fílios illórum.

http://ccwatershed.org

℣. Non discédimus a te, vivificábis nos.
℟. Et nomen tuum invocábimus.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesperis de Communi plurimorum Martyrum.

Capitulum. *Apoc. 12. c.*

Ipsi vicérunt propter sánguinem Agni, † & propter verbum testimónii sui, * & non dilexérunt ánimas suas usque ad mortem.

℟. *br.* Exsúltent justi. 444.

Hymnus. Pugnæ tempus adest. *e Laudibus.*

℣. Multæ tribulatiónes justórum.
℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

Comm. sequentis.

6 S. Brunonis Confessoris. *Duplex.*

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Sancti Brunónis Confessóris tui, quæsumus Dómine, intercessiónibus adjuvémur : † ut qui majestátem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, * ejus méritis & précibus nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced. et aliæ ut infra.

7 S. Justinæ Virginis et Martyris.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beátæ Justínæ Vírginis & Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas : † da, ut quam venerámur officio, * etiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

Comm. S. Brunonis. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit.

Deinde **S. Marci** *Papæ et Confessoris. Aña.* Sacérdos. 455. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Exaudi Dómine preces nostras : * & interveniénte beáto Marco Confessóre tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tribue placátus & pacem.

Postremo **Ss. Sergii, Bacchi, Marcelli et Apuleii** *Martyrum. Aña.* Istórum est enim. 445. ℣. Lætámini in Dómino.

Oratio.

Sanctorum Mártyrum tuórum nos, Dómine, Sérgii, Bacchi, Marcélli & Apuléii beáta mérita prosequántur : * & tuo semper faciant amóre fervéntes. Per Dóminum.

In Laud. comm. S. Marci. Aña. Euge serve bone. 458. ℣. Justum dedúxit.
Deinde Ss. Martyrum. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.
Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

8 S. Birgittæ Viduæ. *Duplex.*

Oratio.

Dómine Deus noster, qui beátæ Birgíttæ per Fílium tuum unigénitum secréta cæléstia revelásti : † ipsius pia intercessióne

http://ccwatershed.org

da nobis fámulis tuis, * in revelatióne sempitérnæ glóriæ tuæ gau-dére lætántes. Per eúmdem Dóminum.

Comm. S. Justinæ. Aña. Veni sponsa Christi. 476. ℣. Diffúsa est. *Orat.*
Vesp. de sequenti, comm. præced.

9. Ss. Dionysii et Sociorum Martyrum.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Hymnus. 8.



FORTEM fi-dé-lem mi- li-tem, Cæ- li se-cú-tum



prínci-pem, Di- o-ny-si- um Márty-rem Plebs corde, voce



pérsonet.

Cleménte Roma præsule,
Ab Urbe missus ádfuit,
Verbi supérni séminis
Ut fructus esset Gálliæ.

Opus sacrátum cónstruit,
Fidem docet baptísmatis :
Sed audiéntum cæcitas
Munus repéllit séminis.

Instánte sacro antístite
Erróre plebem sólvere,
Dum spem salútis íngerit,
Torménta mortis íncidit.

Corréptus a gentílibus,
Pro Christo colla trádidit :

Dilectiónem péctoris
Cervíce cæsa pródidit.

Magnus sacérdos, qui dabat
Templi sacráta múnera,
Fuso beáto sánguine
Est factus ipse víctima.

Felix pio de vúlnere,
Quæ pœna palmam præbuit,
Qui morte mortem cónteris,
Cælum tenes cum sóciis.

Glória sit Deo Patri,
Glória Unigénito,
Una cum Sancto Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Lætámini in Dómino.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.



SAnctus Di-ony-si- us, tra-dénte be- á- to Cle-mén-



ti ver- bi di-ví- ni sémi-na gén-ti-bus e-ro-gánda suscé-



pit. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die beátum Dionysium Mártyrem tuum atque Pontíficem virtúte constántiæ in passióne roborásti, † quique illi, ad prædicándum géntibus glóriam tuam, Rústicum & Eleuthérium sociáre dignátus es : * tríbue nobis, quæsumus, eórum imitatióne pro amóre tuo próspera mundi despícere, & nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

Comm. S. Birgittæ. Aña. Manum suam. 481. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 876.

Ad Benedictus, Antiphona.



UNum & ve-rum in Tri-ni-tá-te De- um prædi-cán-



tes, mul-tis afflícti suppli-ci- is, e-jus se fámu-los magna



confessi-ó-nis vo-ce pronúnti- ant. E u o u a e.

In II. Vesperis.

Hymnus. Fortem fidélem. *ut in I. Vesperis.*

℣. Exsultábunt.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Comm. sequentis.

10. S. Francisci Borgiæ Confessoris.

Semiduplex. **(m. t. v.)**

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Domine Jesu Christe, veræ humilitátis & exémplar & præmium : † quæsumus ; ut sicut beátum Franciscum in terréni honóris contémptu imitatórem tui gloriósum effecísti, ita nos ejúsdem imitatiónis & glóriæ tribuas esse consórtes. Qui vivis & regnas.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

11. S. Thomæ de Villanova Episc. et Conf.

Duplex. **(m. t. v.)**

In utrisque. Vesp. ad Magnificat Antiphona.

8. G

Oratio.

Deus, qui beátum Thomam Pontíficem insignis in páuperes misericórdiæ virtúte decorásti : † quæsumus ; ut ejus intercessióne, in omnes qui te deprecántur, * divítias misericórdiæ tuæ benígnus effúndas. Per Dóminum.

Comm. S. Francisci Borgiæ. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 878.

Ad Benedictus, Antiphona.



[Die 12. Solesmis, Dedicatio Ecclesiæ S. Petri.

Duplex I. classis cum Octava.]

13. S. Eduardi Regis et Confessoris.

Semiduplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

Deus, qui beátum regem Eduárdum Confessórem tuum æternitatis glória coronásti : † fac nos, quæsumus, ita eum venerári in terris, * ut cum eo regnáre possímus in cælis. Per Dóminum nostrum.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

14. S. Callisti I. Papæ et Martyris.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte deficere : * ad amórem tuum nos misericórditer per sanctórum tuórum exempla restaura. Per Dóminum nostrum.

Comm. S. Eduardi. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

http://ccwatershed.org

15. S. Teresiæ Virginis.

Duplex.

In utrisque Vesperis et Laudibus, Hymnus.

8.



R E-gis su-pérni núnti- a, Domum pa-térnam de-se-



ris, Terris Te-ré-sa bárba-ris Christum da-túra aut sánguinem.

Sed te manet suávior
Mors, pœna poscit dúlcior :
Divíni amóris cúspide
In vulnus icta cóncides.

O caritátis víctima !
Tu corda nostra cóncrema,
Tibíque gentes créditas
Avérni ab igne líbera.

Sit laus Patri cum Fílio,
Et Spíritu Paráclito,
Tibíque sancta Trínitas,
Nunc & per omne sæculum.
Amen.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutáris noster : ut sicut de beátæ Terésiæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus ; † ita cæléstis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, * & piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

In I. Vesp. comm. S. Callisti. Aña. Qui vult veníre. 436. ℣. Justus ut palma. *Orat.* 879.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

16. S. Galli Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dómine, beáti Galli Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Comm. S. Teresiæ. Aña. Veni sponsa. 476. ℣. Diffúsa est.

In II. Vesp. comm. sequentis.

http://ccwatershed.org

17. S. Hedwigis Viduæ.

Semiduplex.

Aña. Símile est. 477. ℣. Spécie tua.

Oratio.

Deus, qui beátam Hedwígem a sæculi pompa ad húmilem tuæ crucis sequélam toto corde transíre docuísti : † concéde ; ut ejus méritis & exémplo discámus peritúras mundi calcáre delícias, * et in ampléxu tuæ crucis ómnia nobis adversántia superáre. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sæcula sæculórum.

Vesp. de sequenti, sine comm. præced.

18. Sancti LUCÆ Evangelistæ.

Duplex 2. classis.

Oratio.

Interveniat pro nobis, quæsumus Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelista : † qui crucis mortificatiónem júgiter in suo córpore * pro tui nóminis honóre portávit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

In II. Vesp. comm. sequentis.

[Solesmis, die 19. *fit* **Octava Dedicationis** *Ecclesiæ S. Petri; de S. Petro de Alcantara fit die 21.*]

19. S. Petri de Alcantara Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Confessórem tuum admirábilis pæniténtiæ & altíssimæ contemplatiónis múnere illustráre dignátus es : da nobis, quæsumus ; † ut ejus suffragántibus méritis, carne mortificáti, * facílius cæléstia capiámus. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

20. S. Joannis Cantii Confessoris.

Duplex.

In I. Vesperis.

Hymnus.

8.





Legem supérni Núminis
Doces magíster, & facis.
Nil scire prodest : sédulo
Legem nitámur éxsequi.

Apostolórum límina
Pedes viátor vísitas;
Ad pátriam, ad quam téndimus,
Gressus viámque dírige.

Urbem petis Jerúsalem :
Signáta sacro sánguine
Christi colis vestígia,
Rigásque fusis flétibus.

Acérba Christi vúlnera
Hæréte nostris córdibus,
Ut cogitémus cónsequi
Redemptiónis prétium.

Te prona mundi máchina,
Clemens adóret Trínitas,
Et nos novi per grátiam
Novum canámus cánticum.
Amen.

℣. Amávit eum. *Ad Magnificat, Aña.* Similábo. 465.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : † ut sancti Joánnis Confessóris exémplo in sciéntia sanctórum proficiéntes, atque aliis misericórdiam exhibéntes, * ejus méritis indulgéntiam apud te consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit & regnat.

Comm. S. Petri de Alcantara. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum deduxit. *Orat.* 881.

Ad Laudes, *Hymnus.* Gentis Polónæ, *ut in I. Vesperis, vel* Te deprecánte, *si non habeat secundas Vesperas integras.*

In II. Vesperis.

Hymnus.

8.



Phthisi, febríque & úlcere
Diram redáctos ad necem,
Sacrátas morti víctimas,
Ejus rapis e faucibus.

Te deprecánte, túmido
Merces abáctæ flúmine,
Tractæ Dei poténtia
Sursum fluunt retrógradæ.

Cum tanta possis, sédibus
Cæli locátus, póscimus :
Respónde votis súpplicum,
Et invocátus súbveni.

O una semper Trínitas,
O trina semper Unitas,
Da, supplicánte Cántio,
Ætérna nobis præmia. Amen.

Comm. sequentis et Ss. Ursulæ et Sociarum ut infra.

[**Solesmis, die 21.** *fit de* **S. Petro de Alcantara.** *Die 20. ad Laudes dicitur Hymnus* Te deprecánte. *Vesperæ a Capitulo de S. Petro; comm. præced. et aliæ ut infra. Sed pro comm. S. Hilarionis dicitur Aña.* Euge. 468. ℣. Os justi. *Die 21. ad Laudes pro S. Hilarione dicitur Aña.* Similábo. 465. ℣. Amávit.]

21. S. Hilarionis Abbatis.

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Hilariónis Abbátis commméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Deinde comm. **Ss. Ursulæ et Sociarum** *Virginum et Martyrum. In Vesperis et Laudibus. Aña.* Prudéntes. 472. ℣. Adducéntur.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum & Mártyrum tuárum Ursulæ & Sociárum ejus palmas incessábili devotióne venerári : * ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dñm.

http://ccwatershed.org

24. Festum S. Raphaelis Archangeli.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica.
℟. *br.* Ascéndit fumus arómatum. 845.

Hymnus. 2.



T
I-BI Christe splendor Patris, Vi-ta, virtus cor-

di- um, In conspéctu Ange-ló-rum Vo-tis, vo-ce psállimus



Alternántes concre-pándo Me-los da-mus vó-ci-bus.

Collaudámus venerántes
Omnes cæli príncipes,
Sed præcípue fidélem
Médicum & cómitem,
Raphaélem, in virtúte
Alligántem dæmonem.

Quo custóde procul pelle,
Rex Christe piíssime,
Omne nefas inimíci :
Mundo corde & córpore
Paradíso redde tuo
Nos sola cleméntia.

Glóriam Patri melódis
Personémus vócibus,
Glóriam Christo canámus,
Glóriam Paráclito,
Qui trinus & unus Deus
Exstat ante sæcula. Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f



E
-go sum Rápha- el Ange-lus, qui adsto ante De-

-um : vos autem be-ne-dí-ci-te De-um, & nar-rá-te



omni-a mi-ra-bí-li-a e-jus. E u o u a e. *Orat.* 888.

Ad Laudes, et per Horas.

Aña. 8. G



M
Issus est Ange-lus Rápha- el ad To-bi- am &



Sa-ram, ut cu-rá-ret e- os. E u o u a e.

Aña. 7. d



I
Ngréssus Ange-lus ad To-bí- am, sa-lu-tá-vit e-



-um, & di- xit : Gáudi- um sit ti-bi semper. E u o u a e.

Aña. 6. F



F
Or- ti á- ni-mo e-sto To- bí- a : in pró-xi-



-mo enim est, ut a De- o cu- ré-ris. E u o u a e.

Aña. 8. G



B
Ene-di-ci-te De- um cæ-li, & co-ram ómni-bus

http://ccwatershed.org

vi-vénti-bus confi-témi-ni il-li, qui- a fe-cit vo-bis-cum

mi-se-ri-córdi- am su-am. E u o u a e.

5. Aña. 8. c

PAX vo- bis, no-lí-te timé- re : De-um be-ne-di-

ci-te, & cantá-te il-li. E u o u a e.

Capitulum. *Tobiæ 12. c.*

QUANDO orábas cum lácrimis, & sepeliébas mórtuos, & dere-linquébas prándium tuum, † & mórtuos abscondébas per diem in domo tua, & nocte sepeliébas eos, * ego óbtuli oratiónem tuam Dómino. ℟. *br.* In conspéctu Angelórum. 848.

Hymnus.

5. DI-vi-ne ductor Rapha- el, Hymnum be-nígnus súsci-

pe, Quem nos ca-néndo súppli-ces Læ-tis sacrámus vó-cibus.

2. Cursum sa-lú-tis dí-ri-ge, Gressúsque nostros prómo-ve, Ne

quándo ab-érrent dé-vi- i, Cæ-li re-lícto trámi- te. 3. Tu nos

ab al-to réspi- ce : Lu-cem mi-cántem dé- super A Patre

lúmi-num Nostris re-fúndas méntibus. 4. Ægris me-

dé-lam pér-fi-ce, Cæ-cisque noctem dís-cu-te : Morbos fugán-

do córpo-rum, Do-na vi-gó-rem córdi-bus. 5. Adstans supér-

ni Jú-di-ci, Causam per-ó-ra cri-minum, I-rámque mulce

vindi-cem, Fi-dus rogá-tor Númi-nis. 6. Magni re-súmptor

prœ-li- i, Hostem supérbum dé-prime : Contra re-bélles spí-

ri-tus Da robur, auge grá-ti- am. 7. De- o Patri sit gló-

ri- a, E-júsque so-li Fí- li- o, Cum Spí-ri-tu Pa- rácli-

http://ccwatershed.org



℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

Deus, qui beátum Raphaélem Archángelum Tobíæ fámulo tuo cómitem dedísti in via : † concéde nobis fámulis tuis, ut ejúsdem semper protegámur custódia, * & muniámur auxílio. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Ingréssus. *Capit. e Laudibus.*

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Sextam. *Aña.* Forti ánimo.

Capitulum. *Tobiæ 12. c.*

Et nunc misit me Dóminus ut curárem te, & Saram uxórem fílii tui a dæmónio liberárem. † Ego enim sum Ráphael Angelus, * unus ex septem, qui adstámus ante Dóminum.

℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.
℟. De manu Angeli.

Ad Nonam. *Aña.* Pax vobis.

Capitulum. *Tobiæ 12. d.*

Tempus est ut revértar ad eum qui me misit : † vos autem benedícite Deum, * & narráte ómnia mirabília ejus.

http://ccwatershed.org

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

In II. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, sed pro ultimi, Ps. Confitébor tibi... quóniam. 851.

℟. breve et Hymnus ut in I. Vesperis.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.



Comm. sequentis.

25. Ss. Chrysanthi et Dariæ Martyrum.

Aña. Istórum est. 445. ℣. Lætámini in Dómino.

Oratio.

Beatorum Mártyrum tuórum Dómine Chrysánthi & Daríæ, quæsumus, adsit nobis orátio : † ut quos venerámur obséquio, * eórum pium júgiter experiámur auxílium. Per Dóminum.

26. S. Evaristi Papæ et Martyris.

Oratio.

Infirmitatem nostram réspice omnípotens Deus : † & quia pondus própriæ actiónis gravat, * beáti Evarísti Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

27. In Vigilia Ss. Simonis et Judæ Apost.

Oratio.

Concede, quæsumus omnípotens Deus : † ut sicut Apostolórum tuórum Simónis & Judæ gloriósa natalítia prævenímus ; * sic ad tua benefícia promerénda majestátem tuam pro nobis ipsi prævéniant. Per Dóminum.

28. Ss. SIMONIS et JUDÆ Apostolorum.

Duplex 2. classis.

Oratio.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem & Judam ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : † da nobis eórum glóriam sempitérnam & proficiéndo celebráre, * & celebrándo profícere. Per Dóminum.

30. Festum Sanctarum Reliquiarum

quæ in Ecclesiis O. N. asservantur.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonæ et Capitulum de Laudibus, 892. *Psalmi de Dominica.* ℟. *br.* Exsúltent justi. 444.

Hymnus. 2.



O vos un-á-nimes christi- adum cho-ri, Sanctó-



rum túmu-los & ci-ne-res patrum, Ca-ras ex-ú-vi- as, pi-



gno-ra cæ-li-tum, Læ-tis di- ci-te cánti-bus.

Cælo quando piis æqua labóribus
Felices animæ gáudia póssident,
Horum sóciis débita rédditur
Hic laus & decus óssibus.

Passim sparsa Deus, pollíciti memor
Custos, ne péreant, pígnora cólligit,
Pretiosque suis próvidus ággerit
Aptándos lápides locis.

Quin & rellíquias, & túmulos sibi
Quas ipse Deus cónsecrat hóstia ;
Conjungénsque suis se caput ártubus,
Hos secum simul ímmolat.

Vos, quorum cíneres supplícibus pia,
Tutum præsídium, plebs colit ósculis,
Si vos nostra movent, subsídium boni
Vestris ferte cliéntibus.

Ut cum nostra novis spléndida dótibus
Surget juncta choris spírituum caro,
Indivísa Trias sit Deus ómnia
Nobis semper in ómnibus.
Amen.

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona.



6. F

Sub altá-re De- i se-des ac- ce-pístis, sancti De- i :



Intercé-di-te pro no- bis ad Dómi-num Je- sum Christum.



E u o u a e. *Orat.* 894.

Comm. **S. Germani** *Episcopi et Conf. Aña.* Sacérdos & Póntifex. 455. ℣. Amavit eum.

Oratio.

Adjuvemur, quæsumus Dómine, précibus Confessóris tui atque Pontíficis Germáni : * ut illuc pietátis tuæ mereámur clementia subsequi, quo ipse, subvehéntibus Angelis, ígneo septus globo conscéndit. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Ad Laudes, et per Horas.





Capitulum. *1. Cor. 15. f.*

SEMINATUR in corruptióne, surget in incorruptióne; seminátur in ignobilitáte, surget in glória : † seminátur in infirmitáte, surget in virtúte : * seminátur corpus animále, surget corpus spiritále.

℟. br. Lætámini in Dómino. 447.

Hymnus.



Non illa, quamquam trístibus
Jam redácta in púlverem
Nidum sepúlcris squálleant,
Divina virtus déserit.

Sed sancta præsénti fovet
Eadémque templa número;
Sed & futúræ Spíritus
In sæcla servat glóriæ.

Hinc ille, qui nostris latet
Cinis sub aris cónditus,
Ægris medétur éfficax,
Torquet fugátque dæmones.

Sit summa Christe laus tibi,
Ventúre Judex sæculi,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

Oratio.

Deus, qui hanc sacrosánctam ecclésiam tot voluísti sanctórum decorári Relíquiis : † auge in nobis resurrectiónis fidem, * & fac nos immortális glóriæ partícipes, cujus in eórum cinéribus pígnora venerámur. Per Dóminum.

Comm. S. Germani Episc. et Conf. Aña. Euge serve bone. 458. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 891.

Ad Tertiam. *Aña.* Custódit Dóminus. *Capit. e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Sextam. *Aña.* Isti vero.

Capitulum. *1. Cor. 15. g.*

Oportet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, * & mortále hoc indúere immortalitátem.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

Ad Nonam. *Aña.* Sanctórum per orbem.

Capitulum. *1. Cor. 15. g.*

Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, † tunc fiet sermo qui scriptus est : * Absórpta est mors in victória.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Ps. Dixit Dóminus. Beátus vir. Laudáte púeri. Crédidi.

Capitulum, ℟. breve et Hymnus ut in I. Vesperis.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

http://ccwatershed.org

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a



31. In Vigilia Omnium Sanctorum.

Oratio.

Domine Deus noster, multíplica super nos grátiam tuam : † & quorum prævenímus gloriósa solémnia, * tríbue súbsequi in sancta professióne lætítiam. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti Festo.

FESTA NOVEMBRIS.

Die 1. Novembris.

Festum Omnium Sanctorum

Duplex I. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus, 898. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Apoc. 7.*

ECCE ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : † & clamávit voce magna quátuor Angelis quibus datum est nocére terræ & mari, dicens : Nolíte nocére terræ & mari, neque arbóribus, * quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

Resp. breve.

Tonus simplex ℟. brevis pro reliquis diebus infra Octavam, 444.

Hymnus.



Beáta quoque ágmina
Cæléstium Spirítuum,
Prætérita, præséntia,
Futúra mala péllite.

Vates ætérni Júdicis,
Apostolíque Dómini,
Supplíciter expóscimus
Salvári vestris précibus.

Mártyres Dei ínclyti,
Confessoréśque lúcidi,
Vestris oratiónibus
Nos ferte in cæléstibus.

Chori sanctárum Vírginum,
Monachorúmque ómnium,
Simul cum Sanctis ómnibus
Consórtes Christi fácite.

Gentem auférte pérfidam
Credéntium de fínibus,
Ut Christo laudes débitas
Persolvámus alácriter.

Glória Patri ingénito,
Ejúsque Unigénito,
Una cum Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona.

http://ccwatershed.org

ꝺti le-gis Doctó-res, A-pó-sto- li, omnes Christi Márty-res, sancti Confessó-res, Vírgi-nes Dómi-ni, A-nacho- ri-tæ, Sancti-que o-mnes intercé- di- te pro no-bis.

E u o u a e.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári: quæsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono* Christe Redemptor. *Idem tonus servatur per Octavam ad Hymnos ejusdem metri.*

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. f

VIDI turbam magnam, quam dinume-rá-re nemo pót-e-rat, ex ómnibus génti-bus, stantes an-te thronum.

E u o u a e.

Aña. ET omnes Ange-li stabant in circú- i-tu throni, & ce-ci-dé-runt in conspéctu thro-ni in fá-ci- es su- as, & ad-o-ra-vé-runt De- um. E u o u a e.

Aña. 8 G. REdemísti nos Dómi-ne De- us in sánguine tu- o ex omni tri-bu, & lingua, & pópu-lo, & na-ti- ó- ne, & fe-císti nos De- o nostro regnum. E u o u a e.

Aña. 8 G. BEne-dí-ci-te Dó-mi-num omnes e-lé-cti e-jus: á-gi-te di- es læ-ti-ti- æ, & confi-té- mi-ni il-li. E u o u a e.

Aña. 8 G. HYmnus ómni-bus Sanctis e-jus: fi-li- is Isra-

http://ccwatershed.org



Capitulum. *Apoc. 7.*

Ecce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : † & clamávit voce magna quátuor Angelis quibus datum est nocére terræ & mari, dicens: Nolite nocére terræ & mari, neque arbóribus, * quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

℟. *br.* Lætámini in Dómino. 447.

Hymnus.



Cœtus omnes Angélici,
Patriarchárum cúnei,
Et Prophetárum mérita
Nobis precéntur véniam.

Baptísta Christi prævius,
Et Cláviger æthéreus,
Cum céteris Apóstolis,
Nos solvant nexu críminis.

Chorus sacrátus Mártyrum,
Conféssio Sacerdótum,
Et virginális cástitas
Nos a peccátis ábluant.

Monachórum suffrágia,
Omnésque cives cælici
Annuant votis súpplicum,
Et vitæ poscant præmium.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, & Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : † quǽsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, * multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Et omnes Angeli. *Capit. e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Sextam. *Aña.* Redemísti nos.

Capitulum. *Apoc. 7. c.*

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat, ex ómnibus géntibus, & tríbubus, & pópulis, & linguis, † stantes ante thronum Dei, in conspéctu Agni, amícti stolis albis, * & palmæ in mánibus eórum.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

Ad Nonam. *Aña.* Hymnus ómnibus.

Capitulum. *Apoc. 7. 12*

BENEDICTIO, & cláritas, & sapiéntia, & gratiárum áctio, † honor & virtus, & fortitúdo Deo nostro, * in sæcula sæculórum. Amen.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.

℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi. Dixit Dóminus. Beatus vir. Laudáte púeri. Crédidi.

Capitulum, ℟. breve et Hymnus ut in I. Vesperis.

℣. Exsultábunt sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.

6. F

¶ *Dicto* Benedicámus Dómino, *dicuntur Vesperæ Defunctorum incipiendo ab Antiphona* Placébo Dómino, *quæ integra dicitur ante et post Psalmum, similiter et aliæ Antiphonæ ad modum Duplicis.*

Psalmus Diléxi. *et reliqua omnia ut in Vesperis Defunctorum, excepto Psalmo* Lauda ánima, *qui post* Pater noster *non dicitur, sed dicitur tantum Oratio* Fidélium, *cum sua longiore conclusione et suis ℣℣. ut ibidem notatur.*

Si prima dies post Festum Omnium Sanctorum fuerit Dominica, fit Officium de ea, et Officium Defunctorum transfertur in sequentem Feriam II., ita ut post Vesperas Dominicæ dicantur Vesperæ Defunctorum; Matutinum vero post Laudes Feriæ II., quæ erit tertia dies infra Octavam.

Die 2. *post Laudes diei dicuntur Matutinum et Laudes Defunctorum. In fine Laudum non dicitur Ps.* De profúndis, *sed tantum Orat.* Fidélium, *ut in Vesp.*

http://ccwatershed.org

2. et 3. Infra Octavam Omnium Sanctorum.

Die 3. Vesp. de sequenti, comm. Octavæ ac Ss. Vitalis et Agricolæ Martyrum.

4. S. Caroli Episcopi et Confessoris.

Duplex.

Oratio.

ECCLESIAM tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis contínua protectióne custódi: † ut sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit; * ita nos ejus intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Comm. Octavæ, 902, *et* **Ss. Vitalis et Agricolæ** *Martyrum. Aña.* Istórum 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus: * ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Vitális & Agricolæ solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

In Laud. comm. Octavæ, 901, *et Ss. Martyrum. Aña.* Vestri capílli. 448. ℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

In II. Vesp. comm. Octavæ, 902.

5. 6. et 7. Infra Octavam Omnium Sanctorum.

Die 7. ad Vesperas, Duplex. Omnia ut in I. Vesperis Festi, 896.

Comm. Ss. Martyrum **Quatuor Coronatorum.** *Aña.* Istórum est. 445. ℣. Exsultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus: * ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

8. Octava Omnium Sanctorum. *Duplex.*

In Laud. comm. Ss. Quatuor Coronatorum. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi. ℟. Et gloriámini.

Vesp. de sequenti, comm. præced. tantum.

Die 9. Novembris.

Sanctorum Vitoni et Hydulphi

CONFESSORUM ET PONTIFICUM.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus, 906. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 44. b.*

Illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt : cum sémine eórum pérmanent bona.

℟. *br.* Exsúltent justi. 444.

Hymnus. 4.



Hi nec audáci rapuére sanctam
Ambitu sedem, pede nec profáno : [tas
Hos tremiscéntes tua sed volún-
Intulit aris.

Inclytos cæli púgiles supérnis
Prorsus armásti, bone Ductor, armis,

Atque jussísti tibi militántem
Dúcere turmam.

Dum gregem pascis Dómini, Vitóne,
Franca gens sacris renovatur undis :
Pósteros, cælo miserans ab alto,
Réspice, pastor.

...pedum linquens, húmiles, Hydúlphe,
...fervens látebras petísti :
...sæclum melióra quærens,
Cœnobiárcha.

...illorum précibus juvémur,

Christe ; fac Patrem, paritérque tecum
Spíritum jugi celebrémus hymno
Omne per ævum.
Amen.

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona.



Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui per beátos Pontífices Vitónum & Hydúlphum Ecclésiam tuam lætificásti, & Ordinis monástici splendórem restitúere dignátus es : fac nos opem eórum jugiter experíri, * & præmia cónsequi sempitérna. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : * qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Comm. diei Octavæ Omnium Sanctorum. Aña. O quam. 902. ℣. Exsultábunt. *Orat.* 901.

Ad Completorium, Hymnus cantatur in tono Octavæ. Sed ad Horas servatur tonus solitus in Festivitatibus quæ proprium non habent.

http://ccwatershed.org

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. g

SAPI- ENTI- AM sanctó-rum narrent pópu-li, & laudes e- ó-rum núnti- et Ecclé-si- a. E u o u a e.

2. Aña. 8. G

DAbo sanctis me- is lo-cum nomi-ná-tum in regno Patris me- i, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

3. Aña. 1. f

BE- á- ti pa-ci- fi-ci, be- á-ti mundo corde : quóni-am i-psi De- um vi-débunt. E u o u a e.

4. Aña. 7. c

SAcerdó- tes De- i be-ne-dí-ci- te Dómi-num : servi Dómi-ni hymnum dí-ci-te De- o, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Aña. 7. a

NOmen sempi-térnum da-bo sanctis me- is, di-cit Dó-

http://ccwatershed.org

minus : gáudi- um & læ-ti- ti- am obti-né- bunt in æ-térnum. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 44. b.*

Illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt : * cum sémine eórum pérmanent bona.

℣. *br.* Lætámini in Dómino. 447.

Hymnus.

4.

SAlvé- te magni præ-su-les, Tellú-ris o-lim gérmi-na : Nunc e su-pér-no lítto- re Nostris fa-vé- te cánti-cis.

Aulæ Dei vos præsides,
Vos & patres fidélium,
Vos militum Christi duces,
Sanctæque legis núntii.

Quondam tulístis ímpios
Mundi furéntis ímpetus,
Interque vires tártari
Rigastis ora flétibus.

Servi fidéles máximi
Iussis olim Núminis :
Nunc ejus electíssima
Gaudétis inter pígnora.

Vobis nihil cum lácrimis,
Nihil modo cum flétibus ;
Sed ínclytis victóriis
Inter triúmphos pláuditis.

Vitóne, pastor óptime,
Hydúlphe, præsul ínclyte,
Vestris opem nepótibus
Afférte supplicántibus.

Sit, Christe Rex piíssime,
Tibi, Patríque glória,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Exsultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona.

I-sti sunt du- æ o-li-væ, & du- o cande- lá-bra



Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui per beátos Pontífices Vitonum & Hydúlphum Ecclésiam tuam lætificásti, † & Ordinis monastici splendórem restitúere dignátus es : * fac nos opem eorum júgiter experíri, & præmia cónsequi sempitérna. Per Dóminum.

Comm. **S. Theodori** *Martyris in Laudibus tantum. Aña.* Qui odit 435. ℣. Justus ut palma.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Theodóri Mártyris tui confessióne gloriosa circúmdas & prótegis : * præsta nobis ex ejus imitatióne profícere, & oratióne fulcíri. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Dabo sanctis meis. *Capit. e Laudibus.* ℣. Lætámini in Dómino.

Ad Sextam. *Aña.* Beáti pacífici.

Capitulum. *Eccli. 44. b.*

HÆREDITAS sancta nepótes eórum : * & in testaméntis sicut semen eórum. ℣. Exsúltent justi.

Ad Nonam. *Aña.* Nomen sempitérnum.

Capitulum. *Eccli. 49. c.*

IN diébus suis ædificavérunt domum, † & exaltavérunt templum sanctum Dómino, * parátum in glóriam sempitérnam. ℣. Justi autem.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi. Dixit Dóminus. Beátus vir. Laudáte pueri. Meménto.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Exsultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.



Comm. sequentis et Ss. Martyrum ut infra.

10. In Dedicatione Basilicæ Ss. Salvatoris.

Duplex.

Omnia ut in Communi Dedicationis Ecclesiæ, 482. *Aña.* Sanctificávit. 484. ℣. Hæc est. *Orat.* Deus, qui nobis. 488. *Postea comm. Ss. Martyrum* **Tryphonis, Respicii et Nymphæ.** *Aña.* Istórum est. 445. ℣. Lætámini.

Oratio.

FAC nos, quæsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Tryphónis, Respícii & Nymphæ semper festa sectári : * quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Vestri capílli. 448. ℣. Exsultábunt.

In Vesp. de sequenti, comm. præced. tantum.

http://ccwatershed.org

Die 11. Novembris.

S. Martini Episcopi et Confessoris.

Duplex 2. classis cum Octava.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica.

Capitulum. *Isaiæ 58. c.*

Cum videris nudum, óperi eum, † & carnem tuam ne despéxeris. * Tunc erúmpet quasi mane lumen tuum, & sánitas tua citius oriétur.

℟. *br.* Elégit eum Dóminus. 451.

Hymnus. Iste Conféssor. *in tono solemni,* 454.

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Aña. 2. D

O be-átum vi-rum! cu-jus áni-ma pa-ra-di-sum póssi-det : unde exsul-tant Ange-li, læ-tántur Archánge-li, cho-rus Sanctórum proclámat, turba Vírgi-num inví-tat, Mane no-bis-cum in æ-

ternum. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : * concéde propítius; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : * qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Comm. Dedicat. Basilicæ Ss. Salvatoris. Aña. O quam. 489. ℣. Domum tuam. *Orat.* Deus, qui nobis.

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solemni Pontificum. Qui tonus servatur per Octavam ad Hymnos ejusdem metri, nisi aliter notetur.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 7. a

Dixerunt discí-pu-li ad be-á-tum Mar-tinum : Cur nos pa-ter dé-se-ris, aut cu-i nos de-so-lá-tos re-línquis? In-vá-dent e-nim gre-gem tu-um lu-pi ra-paces. E u o u a e.

2. Aña. 7. c

Dómi-ne, si adhuc pópu-lo tu-o sum ne-cessá-

http://ccwatershed.org

ri- us, non re-cú-so labó-rem : fi- at vo-lúntas tu- a.

E u o u a e.

3. Aña. 8. G

O vi-rum in-ef- fá-bi-lem, nec la-bó-re victum, nec morte vincéndum, qui nec mo-ri tímu- it, nec ví-ve-re re-cu-sá-vit ! E u o u a e.

4. Aña. 7. a

O -cu-lis ac má-ni-bus in cæ-lum semper inténtus, invíctum ab o-ra-ti- ó-ne spí-ri-tum non re-la-xá- bat, alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

M Artí-nus Abrahæ si-nu læ-tus excí-pi-tur : Martí-nus, hic pauper & mó-di-cus, cæ- lum di-ves ingré-di-tur,

hymnis cæ-lésti-bus hono-rá-tur. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 58. c.*

Cum videris nudum, óperi eum, † & carnem tuam ne despéxeris. * Tunc erúmpet quasi mane lumen tuum, & sánitas tua citius oriétur.

℟. *br.* Amávit eum Dóminus. 456.

Hymnus.

M Artí- ne, par Apósto-lis, Festum co-léntes tu fo-ve : Qui vi-ve-re di-scí-pu-lis Vis, aut mo- ri, nos réspi-ce.

Fac nunc quod olim gésseras,
Nunc præsules clarífica,
Auge decus Ecclésiæ,
Fraudes relíde sátanæ.

Qui ter chaos evísceras,
Mersos reátu súscita :
Divíseras ut chlámydem,
Nos índue justítiam.

Ut speciális glóriæ
Quondam recordéris tuæ,
Monástico nunc Ordini,
Jam pene lapso, súbveni.

Sit Trinitáti glória,
Martínus ut conféssus est :
Cujus fidem per ópera
In nos & ipse róboret. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona. O beátum virum. *ut in I. Vesp.* 910.

Oratio.

Deus, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : † concéde propítius ; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis, * contra ómnia advérsa muniámur. Per Dñm.

Comm. **S. Mennæ** *Martyris in Laudibus tantum. Aña.* Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Mennæ Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Ad Tertiam. *Aña*. Dómine. *Capit. e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus.

Ad Sextam. *Aña*. O virum ineffábilem.

Capitulum. *Eccli. 48. b.*

In diébus suis non pertímuit príncipem, & poténtia nemo vicit illum. † Nec superávit illum verbum áliquod, * & mortuum prophetávit corpus ejus.

℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Ad Nonam. *Aña*. Martínus.

Capitulum. *Philipp. 1. c. d.*

Mihi vívere Christus est, & mori lucrum. † Coárctor autem e duóbus : desidérium habens dissólvi, & esse cum Christo multo magis mélius ; * permanére autem in carne, necessárium propter vos.

℣. Tu es sacérdos in ætérnum.
℟. Secúndum órdinem Melchísedech.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesperis de Communi Confessoris Pontificis.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J



Comm. sequentis.

12. S. Æmiliani Abbatis. *Duplex.*

Aña. Similábo eum. 465. ℣. Amávit eum.

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dómine, beáti Æmiliáni Abbátis commendet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocinio assequámur. Per Dóminum.

In Laud. comm. Octavæ S. Martini. Aña. O beátum virum. 910. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.

In Vesp. de sequenti, comm. præced. tantum.

http://ccwatershed.org

Die 13. Novembris.

Omnium Sanctorum Monachorum

ORDINIS S. P. BENEDICTI ABBATIS.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica.

Capitulum. *Isaiæ 8. d.*

ECCE ego, & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in signum & in porténtum Israel a Dómino exercítuum, * qui hábitat in monte Sion. ℟. *br.* Exsúltent justi. 444.

Hymnus. 8.



Gemmas & auri póndera,
Et dignitátum cúlmina
Calcástis, & fœdíssima
Quæ mundus offert gáudia.

Vobis olus cibária
Fuére, vel legúmina,
Potúmque lympha præbuit,
Humúsque dura léctulum.

Vixístis inter áspides,
Sævisque cum dracónibus,

Porténta nec tetérrima
Vos terruére dæmonum.

Rebus procul mortálibus
Mens avolábat férvida,
Divúmque juncta cœtui,
Hærébat inter sídera.

Summo Parénti cælitum,
Magnæque Proli Vírginis,
Sancto simul Paráclito,
Sit summa laus & glória. Amen.

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus, ut ad melió
rem vitam sanctórum Monachórum exémpla nos próvocent : * quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

Comm. S. Æmiliani. *Aña.* Hic vir. 469. ℣. Justum. *Orat.* 915.

Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur sicut Hymnus ad Vesperas.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 2. D



Patris e- ó- rum, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

2. Aña. 1. g

B E- á- ti é- ri- tis, cum vos ó-de-rint hómi-nes, & cum se-pa-rá-ve- rint vos, & exprobrá-ve-rint, & e- jé-ce-rint nomen ve-strum tamquam ma- lum, propter Fi- li- um hómi-nis : gaudé-te, & exsul- tá- te : ec-ce [ec]ce enim merces vestra multa est in cæ-lis. E u o u a e.

3. Aña. 6. F

G Audent in cæ- lis á-nimæ sanctó-rum qui Chri- sti ve-stí-gi- a sunt se- cú-ti : & qui- a pro e-jus amó- re sæcu- lum spre- vé-runt, íd-e- o cum Chri-sto exsul-[ex]sultant si-ne fi-ne. E u o u a e.

4. Aña. peregr.

S Ancti Dómi-ni Dómi-num bene-dí-ci-te in æ-térnum. E u o u a e.

5. Aña. 6. F

O quam glo-ri- ó-sum est regnum in quo cum [Chri]sto gaudent omnes sancti ! a-micti sto-lis al-bis, se-[se]quuntur A-gnum quo-cúmque i- e-rit. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiæ 8. d.*

[Ec]ce ego, & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in signum, † & in porténtum Israel a Dómino exercítuum, * qui hábitat [in] monte Sion.

℟. br. Lætámini in Dómino. 447.

Hymnus.

8. [Sal]vé-te ce-dri Li-ba-ni, Plantæ vi-réntes Ordi-[nis,] Quæ pra-ta nunc cæ-lésti- a Implé-tis almo gérmi-ne.

Vos Trinitátis glória
[Æ]terna circumpléctitur :
[Vos] aura Matris Virginis
[D]ulcet piis favóniis.

Vos Angelórum cúriæ
Cingunt choréa pérpetim,
Et írrigant puríssimi
Æternitátis rívuli.

http://ccwatershed.org

O inclytæ propágines,
Vestros juváte filios :
In valle mæsta débiles
Nos roboráte súrculos.

Sit laus Patri, cum Filio,
Simúlque dulci Flámini,
Læti quibúscum vivitis
In sempitérno lúmine. Amen.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona.

2. D



Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus, ut ad melióre m vitam sanctórum Monachórum exémpla nos próvocent : † quatenus quorum solémnia ágimus, * étiam actus imitémur. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Beáti éritis. *Capit. e Laudibus.*

℣. Lætámini in Dómino.

Ad Sextam. *Aña.* Gaudent in cælis.

Capitulum. *Eccli. 44.*

OMNES isti in generatiónibus gentis suæ glóriam adépti sunt, & in diébus suis habéntur in láudibus.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

Ad Nonam. *Aña.* O quam gloriósum est regnum.

Capitulum. *Eccli. 44. b.*

FILII eórum propter illos usque in ætérnum manent : * semen eórum & glória eórum non derelinquétur.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi. Dixit Dóminus. Beátus vir. Laudáte púeri. Crédidi.

Capitulum, ℟. breve et Hymnus ut in I. Vesperis.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Comm. sequentis. Aña. Similábo. 465. ℣. Amávit. *Orat. infra.*

Dicto Benedicámus Dómino, *dicuntur Vesperæ Defunctorum, pro Commemoratione in crastino facienda omnium Defunctorum Ordinis nostri, sub ritu duplici. In fine Vesperarum dicitur Psalmus* Lauda ánima mea, *et in fine Laudum Psalmus* De profúndis. *Oratio unica,* Deus, véniæ largítor.

Si vero dies crastina fuerit Dominica, tunc Officium prædictæ Commemorationis transfertur in Feriam II. sequentem.

---

14. S. Andreæ Avellini Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

DEUS, qui in corde beáti Andréæ Confessóris tui, per árduum quotídie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te

http://ccwatershed.org

ascensiónes disposuísti : † concéde nobis, ipsíus méritis & intercessióne, ita ejúsdem grátiæ partícipes fieri ; * ut perfectióra semper exsequéntes, ad glóriæ tuæ fastígium felíciter perducámur. Per Dóminum.

In Laud. comm. Oct. S. Martini. Aña. O beátum virum. 910. ℣. Amávit.

¶ *Post Laudes diei, dicto* Benedicámus Dómino, *absolute incipitur Matutinum Defunctorum pro Omnibus Defunctis Ordinis nostri, cum Invitatorio et tribus Nocturnis, in quibus duplicantur Antiphonæ. Sequuntur Laudes, in quibus duplicantur Antiphonæ et dicitur Ps.* De profúndis. *Oratio.* Deus, véniæ largítor.

In II. Vesperis, comm. sequentis et Octavæ.

---

15. S. Martini Papæ et Martyris.

Semiduplex.

Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Martíni Mártyris tui atque Pontíficis annua solemnitáte lætíficas : † concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dnm.

Deinde comm. Octavæ S. Martini, 914. ℣. Amávit eum Dóminus.

In Laud. comm. Octavæ. Aña. O beátum virum. 910. ℣. Justum dedúxit.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced. et Octavæ.

---

16. S. Didaci Confessoris.

Semiduplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas : † concéde propítius humilitáti nostræ ; * ut piis beáti Dídaci Confessóris tui précibus, ad perénnem in cælis glóriam sublimári mereámur. Per Dóminum.

Comm. S. Martini Papæ et Martyris. Aña. Qui vult. 436. ℣. Justus ut palma.

Deinde Octavæ S. Martini, 914. ℣. Justum dedúxit.

In Laud. comm. Octavæ. Aña. O beátum virum. 910. ℣. Amávit eum.

Vesp. de sequenti, sine comm. præced. aut Octavæ.

http://ccwatershed.org

Die 17. Novembris.

Sanctæ Gertrudis Virginis O. N.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

1. Aña. 1. f



I N corde Gertrú-dis inve-ni- é- tis me, di- cit Dómi-



nus : complá-cu- it si-bi in il-la á-nima me- a.



E u o u a e. *Psalmi ut in Festis B. M. V.*

2. Aña. 2 D



S Anctíssima Chri-sti sponsa di-lécto su- o júgi-



ter adhæ-ré- bat, & u-nus cum il-lo spí-ri-tus e-rat.



E u o u a e.

3. Aña. 7 a



Q Uam pulchra es Gertrú-dis, & quam de-có-ra in de-

lí-ci- is ! in qua ju-cúndam si-bi De- us ha-bi-ta-ti-ónem præpa-rá-vit. E u o u a e.

4. Aña. 8. G

V I-vo au-tem e-go, jam non e-go, vi-vit vero in me Chri-stus : e-go e-nim stígma-ta Dómi-ni Je-su in cor-de me-o porto. E u o u a e.

Capitulum. *Cant. 3*

INVENI quem díligit ánima mea : † ténui eum, nec dimittam donec introdúcam illum in domum matris meæ, * & in cubiculum genitrícis meæ.

℟. *br.* Adjuvábit eam. 470.

Hymnus.

6. G Ertrú-dis, arca Nú-mi-nis, Sponsóque juncta virgi-num, Da nupti- á-lis pánge-re Castos amó-res fœderis.

Quadrima Christo núbilis
In claustra prompte cónvolas ;
Spretóque nutrícis sinu,
Sponsi requíris óscula.

Candéntis instar lilii
Odóre mulces sídera,
Et virgináli cælitum
Regem decóre pértrahis.

http://ccwatershed.org

Qui vivit in sinu Patris
Gentis perénni glória,
Amanter, ut sponsus, tua
Accumbit inter úbera.

Amóre Christum vúlneras,
Qui te vicíssim vúlnerat,
Tuoque cordi própria
Inscribit alte stígmata.

O singuláris cáritas,
Et mira commutátio !
Hic corde respírat tuo,
Tu vivis hujus spíritu.

Te sponse Jesu vírginum
Beáta laudent ágmina :
Patri, simul Paráclito,
Par sit per ævum glória. Amen.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

6. F E -gre-dí-mi-ni & vi-dé-te, fí- li- æ Si- on, Gertrú-dem in di- adéma-te quo co-ro-návit illam Chri- stus in di- e desponsa-ti- ó-nis il-lí- us, & in di- e læ-tí-ti- æ cordis e-jus. E u o u a e. *Orat.* 928.

Ad Complet. et Horas, Hymni cantantur in tono Gertrúdis arca Núminis.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. f

L AUDA & læ-tá-re fí-li- a Si- on, qui- a ec-ce ego vé-ni- o, & ha-bi- tá-bo in mé-di- o tu- i, di-

cit Dómi-nus. E u o u a e.

2. Aña. 4. E

O be-á-ta á-nima, quæ mé-ru-it esse se-des sa-pi-énti-æ, cu-jus de-lí-ci-æ sunt esse cum fí-li-is ho-mi-num! E u o u a e.

3. Aña. 7. c

Annu-lis septem subarrhávit me Dómi-nus me-us Je-sus Christus, & tamquam sponsam de-co-rá-vit me co-róna. E u o u a e.

4. Aña. 3. a

Habu-it Gertrú-dis po-testá-tem cláude-re cæ-lum nú-bi-bus, & a-pe-rí-re portas e-jus : qui-a lingua e-jus cla-vis cæ-li facta est. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Aña. 1. f

Ancil-la fi-dé-lis & sponsa e-lécta intrá-vit in [illegible] & gáudi-um Dómi-ni su- i, cu-jus amó-re langué-bat. E u o u a e.

Capitulum. *Cant. 3.*

INVENI quem díligit ánima mea : † ténui eum, nec dimíttam, donec introdúcam illum in domum matris meæ, * & in cubículum genitrícis meæ.

℟. *br.* Spécie tua. 474.

Hymnus.

4.

Ad sacros Virgo thá-lamos anhé-lans, Núpti-as cæ-lo ce-lebrá-re ge-stit, Et pi-is vo-tis ními-um mo-rántem Pró-vocat ho-ram.

Ægra cum languet, manifé-
stus adstat
Cælitum turma comitánte Chri-
stus,
Atque divíni récreat jacéntem
Lúmine vultus.

Surge, conclámat, soror atque
sponsa,
En tibi pando penetrále cordis,
Ut triumpháli reseráta scandas
Sídera curru.

Ista vox omnes pénetrat me-
dúllas
Atque compáges ánimi resólvit :
Spíritus liber volat in reclúsa
Víscera Christi.

Régios Agni thálamos peténtem
Júbilans stipat súperum coróna,
Atque compléxus & amíca cantat
Oscula Sponsi.

Vírginum Sponsum, superúmque Regem,
Vírginum sanctæ célebrent choréæ,
Et sacram supplex Triadem per ævum
Orbis adóret. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Oratio.

Deus, qui in puríssimo corde beátæ Gertrúdis Vírginis tuæ jucúndam tibi habitatiónem præparásti : † ejus méritis & intercessióne, cordis nostri máculas cleménter abstérge ; * ut digni divínæ majestátis tuæ habitátio éffici mereátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Tertiam. *Aña.* O beáta ánima. *Capit. e Laudibus.*

℣. Spécie tua.

Ad Sextam. *Aña.* Annulis septem subarrhávit me.

Capitulum. *Cant. 8. b.*

Pone me ut signáculum super cor tuum, † ut signáculum super bráchium tuum : * quia fortis est ut mors diléctio.

http://ccwatershed.org

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Nonam. *Aña.* Ancílla fidélis.

Capitulum. *Cant. 2. c.*

Surge amíca mea, speciósa mea, & veni : † colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis : * vox enim tua dulcis, & fácies tua decóra.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Vesperæ de sequenti, comm. præced. et diei Octavæ S. Martini.

In II. Vesperis.

Si dicendæ sint integræ, dicuntur sequentes Antiphonæ.



Ps. ut in Festis B. M. V.



3. Aña. 3. a

B E-á-tæ Gertrúdis verba di-ví-ni e-rant amó-ris já-cu-la : lámpa-des e-jus, lámpa-des ignis atque flammá-rum. E u o u a e.

4. Aña. 6. F

D I-léctæ á-nimam e cárce-re córpo-ris ex-e-ún-tem accé-pit Christus in ulnas su- as, & cor su- um il-li a-mánter a-pé-ru-it. E u o u a e.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.* ℣. Diffúsa est.

Ad Magnificat, Aña. Apparuérunt. *ut infra,* 932.

Die 18. OCTAVA S. MARTINI.

S. Odonis Abbatis Cluniacensis.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus, 933. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 3.*

JUDICIUM patris audíte filii, † & sic fácite ut salvi sitis. * Deus enim honorávit patrem in filiis.

℟. *br.* Os justi. 463.

Hymnus. 4.

VOCIBUS læ-tis tu-a festa pangat, Odo, psal-lentum pi-a turba fratrum : Ordi-nis cla-ri pa-ter, has be-nígne Sús-ci-pe laudes.

Præsuli magno Túronum vovéris :
Jam sacerdótum rádians adóptat
Gemma Martínus, nitidis cliéntem
Dótibus ornat.

Sæculo nondum licet expeditus
Atque Nursínæ studet Odo legi,
Et jugum præfert monachále, Christo
Sub duce currens.

Claustra dum mores pénetrant profáni,
Régulæ vinclis sápiens magister
Sub sacra lege rétinens rebélles,
Frenat habénis.

http://ccwatershed.org

Cóngregat fratres régimen sub unum,
Fit pater magnam sóbolem gubérnans,
Et greges tendunt ad ovíle multi
Cluniacénse.

Te Deus mundi moderátor alme,
Cóncinant juncti mónachis fidéles :
Voce solémni Triadi resúltent
Cántica laudis. Amen.

℣. Beátus quem elegísti & assumpsísti Dómine.
℟. Inhabitábit in átriis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E

O-do, Martí-ni a-lúmnus, tanti præ-su-lis spí-ri-tum hæ-re-di-tá-vit, & illum seque-bá-tur mo-nachó-rum ex-érci-tus. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui beátum Odónem Abbátem ad monástici Ordinis decórem renovándum in Ecclésia tua suscitásti : * ejus méritis & précibus concéde ; ut conversiónis nostræ propósitum fidéliter exsequéntes, viam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus. Per Dóminum nostrum.

Pro comm. S. Gertrudis, Antiphona.

3. a

AP-pa-ru-é-runt cæ-léstes spí-ri-tus de cæ-lo de-scendéntes ad ter-ram, qui Gertrú-dem ad pa-ra-dí-si gáudi-a modu-lá-tis vó-cibus invi-tá-bant : Ve-ni, ve-ni dó-mi-na, [...] a te exspé-ctant cæ-li de-lí-ci-æ, alle-lú-ia, al-le-lú-ia. E u o u a e. ℣. Diffúsa est grátia. *Orat.* 928.

Deinde comm. diei Octavæ S. Martini Conf. et Pont. Aña. O beátum virum 910. ℣. Amávit eum.

¶ *Die 17. ad Completorium servatur tonus de S. Gertrude, quia Festum S. Odonis tonum proprium non habet. Die 18. ad Horas et Completorium sumitur tonus Octavæ S. Martini, id est, tonus solemnis Pontificum.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. g

O-DO, vir sanctus, digne in memó-ri-am vér-ti-tur hóminum, qui ad gáudi-um tránsi-it Ange-ló-rum. E u o u a e.

2. Aña. 7. b

SUrré-xit O-do, ple-nus Spí-ri-tu Sancto, & monásti-ci Ordi-nis de-cus per orbem reno-vá-tum est. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

3. Aña. 3. à

EX-téndit pálmi-tes su-os usque ad ma-re, & usque ad flumen propá-gi-nes e-jus. E u o u a e.

4. Aña. 1. f

DOmus Clu-ní-a-ci, domus Dómi-ni, funda-ta est supra firmam petram. E u o u a e.

5. Aña. 8. G

I-ste est Odo, quem Régu-læ sanctæ ze-lus ad-e-o illustrá-vit, ut abbas abbá-tum éf-fi-ci me-re-ré-tur. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 3.*

JUDICIUM patris audite filii, † & sic fácite ut salvi sitis. *Deus enim honorávit patrem in filiis.

℟. *br.* Amávit eum Dóminus. 456.

Hymnus.

4. EN pedum ge-stans & o-ví-le du-cens, Odo, pastó-rum decus, e-ni-té-scit : Hoc greges intrant du-ce gesti-éntes Pascu-a vi-tæ.

Pauperum claret pater & juvámen;
Nullus abscédat vácuus dolénsve
E monastéri fóribus repúlsus,
Non sinit Odo.

Signa, per gentes properánte fama,
Mira te produnt méritis poténtem :
Galliæ nostræ decus & colúmna,
O pater, adstas.

Roma te notum récipit triúmphans :
Póntifex munus tibi credit, Odo,
Inclytum, per te domus ut regátur
Spléndida Pauli.

Te Deus mundi moderátor alme,
Cóncinant juncti mónachis fidéles :
Voce solémni Triadi resúltent
Cántica laudis. Amen.

℣. Dedit illi Dóminus glóriam in gente sua.
℟. Et ut stellas exaltáre semen ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G. DUM fá-bri-cam sacri Clu-ni-a-cénsis cœnó-bi-i al-mus Abbas e-ri-ge-ret, appá-ru-it be-á-tus Martí-nus, & di-xit : Ego sum de quo fratres octá-vi di-é-i cé-lebrant so-lemni-tá-tem : ét-e-nim vi-si-tá-re e-os ve-ni.

http://ccwatershed.org



Oratio.

Deus, qui beátum Odónem Abbátem ad monástici Ordinis decórem renovándum in Ecclésia tua suscitásti : † ejus méritis & précibus concéde ; ut conversiónis nostræ propósitum fidéliter exsequéntes, * viam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus. Per Dóminum nostrum.

Comm. dici Octavæ S. Martini. Aña. O beátum virum. 910. ℣. Justum.

Ad Tertiam. *Aña.* Surréxit. *Capit. e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus.

Ad Sextam. *Aña.* Exténdit.

Capitulum. *Eccli. 47. b.*

Stare fecit cantóres contra altáre, & in sono eórum dulces fecit modos. † Et dedit in celebratiónibus decus, * & ornávit témpora usque ad consummatiónem vitæ.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Nonam. *Aña.* Iste est Odo.

Capitulum. *Isaiæ 51.*

Consolabitur Dóminus Sion, & consolábitur omnes ruínas ejus : † & ponet desértum ejus quasi delícias, * & solitúdinem ejus quasi hortum Dómini.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia.

℣. Dedit illi Dóminus glóriam in gente sua.
℟. Et ut stellas exaltáre semen ejus.

Ad Magnificat, Antiphona.

3. g



http://ccwatershed.org







Comm. sequentis et aliæ ut infra.

19. S. Elisabeth Viduæ. *Duplex.*

Aña. Símile est. 477. ℣. Spécie tua.

Oratio.

Tuorum corda fidélium, Deus miserátor, illústra : † & beátæ Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere ; * & cælésti semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

Deinde comm. diei Octavæ S. Martini. Aña. O beátum Pontíficem. 914. ℣. Justum dedúxit.

Postremo **S. Pontiani** *Papæ et Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

Infirmitatem nostram réspice omnípotens Deus : * & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Pontiáni Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

In Laud. comm. S. Pontiani. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

20. In Dedicatione Basilicarum

Ss. Petri et Pauli Apostolorum.

Duplex.

Omnia de Communi Dedicationis Ecclesiæ, 482.

Oratio. Deus, qui nobis per síngulos annos.

Comm. S. Elisabeth. Aña. Manum suam. 481. ℣. Diffúsa est.

Vesp. de sequenti, comm. præced.

Die 21. Novembris.

In Præsentatione B. Mariæ Virginis.

Duplex majus.

Omnia dicuntur ut in Festis B. M. V., præter sequentia.

In utrisque Vesperis, ad Magnificat,

Aña. 8. G



Oratio.

Deus, qui beátam Maríam semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo præsentári voluísti : † præsta, quæsumus ; ut ejus intercessióne, * in templo glóriæ tuæ præsentári mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : † qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Comm. Dedicat. Basilic. Ss. Apost. Aña. O quam. 489. ℣. Domum tuam. *Orat.* Deus, qui nobis.

In II. Vesperis comm. sequentis.

http://ccwatershed.org

Die 22. Novembris.

S. Cæciliæ Virginis et Martyris.

Duplex.

In I. Vesp. pro comm. Antiphona.



℣. Spécie tua. *Oratio,* 942.

¶ **In I. Vesperis,** *si dicendæ sint integræ, Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Communi Virginum.*

℟. *br.* Adjuvábit eam. 470.

Hymnus.



Dum nuptiáli nóbilis
Domus resúltat gáudio,
Hæc sola tristis cándido
Gemit colúmba péctore :

O Christe mi dulcíssime,
Cui me sacrávit cáritas,
Serva pudóris íntegram,
Avérte labem córpore.

Ovis leónem sédula
Agnum facit mitissimum :
Hic fonte lotus mystico,
Cælo repénte mílitat.

Solvit Tibúrtium soror
Erróris a calígine,
Factóque fratris ásseclæ
Ad astra pandit sémitam.

Seges per illam plúrima
Supérna replet hórrea :
Verbo potens, fit párticeps
Apostolórum glóriæ.

Delápsus arce síderum
Illam tuétur Angelus,
Rosæque mixtæ líliis
Ambíre crines géstiunt.

Sertum rubens & cándidum
Affértur una cónjugi,
Quem castitátis æmulum
Cæléstis ardor éfficit.

Te sponse Jesu vírginum
Beáta laudent ágmina,
Patríque cum Paráclito
Par sit per ævum glória. Amen.

℣. Spécie tua. *Ad Magnificat, Aña.* Est secrétum. *ut supra. Orat.* 942.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. f



2. Aña. 7. a



3. Aña. 3. a



4. Aña. 8. G



5. Aña. 4. E

Capitulum. *2. Cor. 10. d.*

FRATRES : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est : * sed quem Deus comméndat.

℟. *br.* Spécie tua. 474.

Hymnus.

8.



http://ccwatershed.org

Minántis iram déspicit,
Et falsa ridet númina :
Jam morte digna dúcitur
Puélla culpæ néscia.

Inclúsa perstat bálneo,
Ardent calóre fórnices :
Ast urit intus vírginem
Divínus ignis fórtior.

Intaminátam bárbarus
Ter ense lictor pércutit,
Scelus tamen non pérficit :
Christus moras dat Mártyri.

Horæ suprémæ próxima,
Deo sacrándas dévovet
Ædes avítas, líbera
Volátque ad Agni núptias.

Salvéto, corpus Mártyris,
Diu sub antris ábditum :
Nova refúlgens glória
Romæ parénti rédderis.

Ne flos tenébris áreat,
Te Virgo servat vírginum :
Rubens cruóris púrpura,
Stola micánte cíngeris.

Dormi siléntí mármore,
Dum sede lætus cælica
Indúlget hymnis spíritus,
Votísque dexter ánnuit.

Te sponse Jesu vírginum
Beáta laudent ágmina,
Patríque cum Paráclito
Par sit per ævum glória. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

Deus, qui nos ánnua beátæ Cæcíliæ Vírginis & Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas : † da, ut quam venerámur offício, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Valeriánus. *Capit. e Laudibus.*
℣. Spécie tua.

Ad Sextam. *Aña.* Cæcília.

Capitulum. *2. Cor. 11.*

Æmulor enim vos Dei æmulatióne. * Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.
℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Nonam. *Aña.* Triduánas.

Capitulum. *Eccli. 51. b.*

Domine Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, & pro morte defluénte deprecáta sum. Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, † ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, * & in témpore superbórum sine adjutório.
℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

In II. Vesperis. *Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Communi. A Capitulo de sequenti, comm. præced. et S. Felicitatis Martyris.*

¶ *Si II. Vesperæ dicendæ sint integræ, Capitulum,* ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.* ℣. Diffúsa est.

Ad Magnificat, Aña. Virgo gloriósa. *ut infra.*

23. S. Clementis Papæ et Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, 431, præter sequentia.

Ad Magnificat, Antiphona.



Oratio. Deus, qui nos. 946.

http://ccwatershed.org

Pro comm. S. Cæciliæ, Antiphona.

2. D

VIrgo glo-ri- ó-sa semper Ev-angé-li- um Chri-sti ge-ré-bat in pé-cto-re su- o, & non di- é- bus ne-que nó-cti-bus a collóqui- is di-ví-nis & o-ra-ti- ó-ne ces-sá-bat. E u o u a e.

℣. Diffúsa est. *Orat.* 942.

Deinde comm. **S. Felicitatis** *Martyris. Aña.* Símile. 477. ℣. Spécie tua.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus: * ut beátæ Felicitátis Mártyris tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsius protegámur & précibus. Per Dóminum.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 7. b

O-rán-te sancto Clemén- te, appá-ru- it e-i Agnus De- i. E u o u a e.

2. Aña. 7. c

NON me- is mé-ri-tis ad vos me mi-sit Dómi-nus, ve-stris co-ró-nis partí-ci-pem fi- e-ri. E u o u a e.

3. Aña. 7. c

VI-di supra montem Agnum stantem, de sub cu-jus pe-de fons vi-vus emá-nat. E u o u a e.

4. Aña. 1. f

DE sub cu-jus pe-de fons vi-vus emá-nat, flúmi-nis impe-tus læ-ti- fi-cat ci-vi-tá-tem De- i. E u o u a e.

5. Aña. 8. c

O-mnes gen- tes per gy-rum cre-di-dé-runt Christo Dómi-no. E u o u a e.

Capitulum, ℟. *breve, Hymnus et* ℣. *de Communi,* 434.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. f

CUM i-ter ad ma-re ce-pís-set, pópu-lus vo-ce ma-gna clamá-bat: Dómi-ne Je-su Chri- ste, sal-va illum: &

http://ccwatershed.org





Oratio.

Deus, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártyris tui atque Pontíficis solemnitáte lætíficas : † concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, * virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

Comm. S. Felicitatis. Aña. Date ei. 480. ℣. Diffúsa est.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : * ut beátæ Felicitátis Mártyris tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsíus protegámur & précibus. Per Dóminum.

Ad Horas, *Antiphonæ de Laudibus, Capitula et ℣℣. de Communi.*

In II. Vesperis. *Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Communi.* *A Capitulo fit de sequenti, comm. præcedentis et S. Chrysogoni Martyris.*

24. S. Columbani Abbatis.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dómine, beáti Columbáni Abbátis commméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Pro comm. S. Clementis, Antiphona.

1. f









℣. Justus ut palma. *Orat.* 946.

Deinde comm. **S. Chrysogoni** *Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória et honóre.

Oratio.

Adesto Dómine supplicatiónibus nostris : * ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni Mártyris intercessióne liberémur. Per Dóminum.

In Laud. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

In Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

25. S. Catharinæ Virginis et Martyris.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui dedísti Legem Móysi in summitáte montis Sínai, & in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátæ Catharínæ Vírginis & Mártyris tuæ mirabíliter collocásti : † præsta, quæsumus ; ut ejus méritis & intercessióne, * ad montem qui Christus est perveníre valeámus. Qui tecum vivit & regnat in unitáte.

Comm. S. Columbani. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 946.

In Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced. et aliæ ut infra.

26. S. Felicis de Valois Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

Deus, qui beátum Felícem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos cælitus vocáre dignátus es : præsta, quæsumus ; † ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitáte, ejus intercessióne liberáti, * ad cæléstem pátriam perducámur. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Comm. S. Catharinæ. Aña. Veni sponsa. 476. ℣. Diffúsa est. *Orat.* 947.

Postea **S. Petri Alexandrini** *Episcopi et Martyris. Aña.* Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre.

Oratio.

INFIRMITATEM nostram réspice omnípotens Deus : * & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Petri Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. (Per Dóminum.)

Postremo **S. Silvestri** *Abbatis. Aña.* Euge serve bone. 468. ℣. Justum dedúxit.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Silvéstri Abbátis comméndet : * ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

In Laud. comm. S. Petri Alexandrini. Aña. Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma. *Orat.* Infirmitátem. *ut supra.*

Deinde S. Silvestri Abbatis. Aña. Similábo. 465. ℣. Amávit eum. *Oratio* Intercéssio. *ut supra.*

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. præced.

---

27. S. Joannis a Cruce Confessoris.

Duplex. **(m. t. v.)**

Oratio.

DEUS, qui sanctum Joánnem Confessórem tuum perféctæ sui abnegatiónis & crucis amatórem exímium effecísti : † concéde ; ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, * glóriam assequámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

Comm. S. Felicis. Aña. Hic vir. 469. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 947.

In II. Vesp. comm. sequentis.

---

28. S. Gregorii Thaumaturgi Episc. et Conf.

Semiduplex. **(m. t. v.)**

Aña. Sacérdos & Póntifex. 455. ℣. Amávit eum.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : † ut beáti Gregórii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * & devotiónem nobis áugeat & salútem. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti, comm. præced. et S. Saturnini Martyris.

http://ccwatershed.org

Vigilia S. Andreæ Apostoli.

29. S. Josaphat Episcopi et Martyris.

Duplex.

Oratio.

EXCITA, quæsumus Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Jósaphat Martyr & Póntifex tuus ánimam suam pro óvibus pósuit : † ut, eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu moti ac roboráti, * ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Comm. S. Gregorii Thaumaturgi. Aña. Amávit eum. 461. ℣. Justum dedúxit. *Orat.* 948.

Deinde **S. Saturnini** *Martyris. Aña.* Qui odit. 435. ℣. Justus ut palma.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui concédis natalítio pérfrui : * ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum.

In Laud. comm. **Vigiliæ S. Andreæ** *Apostoli, nisi fuerit in Adventu. Aña. et ℣. de Feria occurrente.*

Oratio.

QUÆSUMUS omnípotens Deus, ut beátus Andréas Apóstolus, cujus prævenímus festivitátem, tuum pro nobis implóret auxílium : * ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis étiam perículis eruámur. (Per Dóminum.)

Deinde S. Saturnini Martyris. Aña. Iste sanctus. 432. ℣. Glória & honóre. *Orat.* Deus, qui nos. *ut supra.*

Vesperæ de S. Andrea Apostolo, 498, *comm. præced.*

¶ *Si Vigilia S. Andreæ venerit in Adventu, nihil fit de ea nisi in Missa. Si vero non venerit in Adventu, fit comm. de ea ad Laudes tantum.*

¶ *Si Festum S. Andreæ venerit Feria II., de Vigilia fit in Sabbato præcedenti, et commemoratio S. Saturnini in Dominica.*

Officium B. Mariæ V. in Sabbato.

Omnibus Sabbatis per annum, præterquam in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus et Vigiliis, et nisi Officium fieri debeat de Feria propter Officium alicujus Dominicæ infra Hebdomadam ponendum, ac nisi Festum XII Lectionum occurrat, vel dies infra Octavam, fit Officium de S. Maria modo infrascripto.

Ad Vesperas.

In Vesperis Feriæ VI. dicuntur Psalmi feriales in Psalterio positi, nisi fuerit Festum XII Lectionum : quia tunc de S. Maria fit tantum commemoratio in dictis Vesperis cum Antiphona, Versu et Oratione ut infra : quæ commemoratio omittitur, quando Feria VI. occurrit aliud ejusdem B. Mariæ Officium, aut Festum primæ classis.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

AB initio, & ante sæcula creáta sum, & usque ad futúrum sæculum non désinam, * & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. *br.* Ave María. *ut in Festis B. M. V.*, 491.

Hymnus. 1.



A-VE ma-ris stella, De- i Ma-ter alma,



Atque semper Virgo, Fe-lix cæ-li porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.



Monstra te esse matrem, Sumat per te pre-ces, Qui pro no-



bis na-tus, Tu-lit esse tu- us.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. D



BE- á-ta Ma-ter & intácta Virgo, glo-ri- ó-sa



Re-gí-na mundi, intercé- de pro no-bis ad Dómi-num.

E u o u a e.

Oratio.

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére : * & gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum.

Vel alia Antiphona et Oratio pro temporis varietate, ut infra.

Post Orationem fiunt commem. consuetæ de S. Joseph, de Apostolis, de S. Benedicto, et de Pace, vel de Cruce Tempore Paschali, ut in Psalterio. Si autem occurrat Festum Simplex, de eo fit commem. ante ipsa Suffragia.

http://ccwatershed.org

Completorium *ut in Psalterio. Tonus Hymni ut in Festis B. M. V., in fine :* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine, *etiamsi in Vesperis facta sit tantum commem. de B. Maria, nisi Hymni illius Festi quod Feria VI. celebratum est, aliter concludendi sint, ut in Transfiguratione Domini.*

Ad Laudes, et per Horas.

Sequentes Antiphonæ reperiuntur cum cantu p. 494.

1. Aña. Dum esset Rex † in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis. *Ps.* Dóminus regnávit. *cum reliquis.*

2. Aña. Læva ejus † sub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me.

3. Aña. Nigra sum, sed formósa, † fíliæ Jerúsalem : ideo dilexit me Rex, & introdúxit me in cubículum suum.

4. Aña. Jam hiems tránsiit, † imber ábiit & recéssit : surge amica mea, & veni.

5. Aña. Speciósa facta es † & suávis in delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

Ab inítio, & ante sæcula creáta sum, & usque ad futúrum sæculum non désinam, * & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. *br.* Ave María grátia plena : * Dóminus tecum. Ave. ℣. Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui. * Dóminus tecum. Glória. Ave.

Hymnus.

O gloriósa Dómina,
Excélsa super sídera,
Qui te creávit, próvide
Lactásti sacro úbere.

Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine :
Intrent ut astra flébiles,
Cæli fenéstra facta es.

Tu Regis alti jánua,
Et porta lucis fúlgida :
Vitam datam per Vírginem,
Gentes redémptæ, pláudite.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Benedícta tu in muliéribus. ℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



http://ccwatershed.org

Oratio.

Concede nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére : † & gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, * a præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum.

Vel alia Antiphona et Oratio pro temporis varietate, ut infra.

Deinde fiunt commemorationes consuetæ, ut supra in Vesperis.

¶ *Ad Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

Ad Primam. *Aña.* Dum esset Rex. *Capit.* Regi sæculórum. *Lectio brevis.* In platéis.

Ad Tertiam. *Aña.* Læva ejus. *Capit.* Ab inítio.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Sextam. *Aña.* Nigra sum, sed formósa.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

Et sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, * & in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Nonam. *Aña.* Speciósa facta es.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

In platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatizans odórem dedi : † quasi myrrha elécta * dedi suavitátem odóris.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam.

℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Post Nonam terminatur hoc Officium.

¶ **Post Nativitatem Domini** *usque ad Purificationem, Officium B. M. V. dicitur ut supra, præter sequentia.*

Ad Magnificat, Antiphona. Magnum hæreditátis. 205. *Oratio.* Deus, qui salútis ætérnæ. 204.

Ad Laudes et per Horas. Aña. O admirábile commércium. *cum reliquis,* 202. *Ad Benedictus, Aña.* Mirábile mystérium. 204. *Oratio.* Deus, qui salútis ætérnæ.

¶ **Tempore Paschali,** *Officium B. M. V. dicitur etiam ut supra; Antiphonis vero,* ℣℣. *et* ℟℟. *additur* Allelúia, *quod duplicatur ad* ℟. *breve.*

Ad Magnificat et ad Benedictus, Antiphona.



Oratio. Concéde nos.

Non fiunt commem. communes, sed tantum de Cruce.

Officium S. P. N. Benedicti.

Omnibus Feriis tertiis extra Adventum et Quadragesimam, præterquam in Vigiliis, et nisi Festum XII Lectionum occurrat, vel dies infra Octavam, fit Officium S. P. N. Benedicti, sub ritu simplici, modo infrascripto.

Ad Vesperas.

In Vesperis Feriæ II. dicuntur Antiphonæ et Psalmi feriales; Capitulum vero et reliqua omnia ut infra, nisi fuerit Festum XII Lectionum, quia tunc de S. Benedicto fit tantum commem. in dictis Vesperis cum Antiphona, Versu et Oratione infra notatis : quæ commemoratio omittitur, quando eadem Feria II. occurrit Festum primæ classis.

Capitulum. *Eccli. 31.*

Beatus vir qui invéntus est sine mácula : † & qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia & thesáuris. * Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

℟. *br.* Os justi. 463.

Hymnus.



Ille floréntes peragébat annos,
Cum puer dulcis pátriæ penátes
Líquit, & solus látuit siléntí
Cónditus antro.

Inter urtícas rigidósque sentes
Vicit altrícem scélerum juvéntam :
Inde conscrípsit documénta vitæ
Pulchra beátæ.

http://ccwatershed.org

Æream turpis Clárii figúram,
Et nemus stravit Véneri dicátum,
Atque Baptístæ pósuit sacráto
Monte sacéllum.

Jamque felíci résidens olympo,
Inter ardéntes Séraphim catérvas

Spectat, & dulci réficit cliéntum
Corda liquóre.

Glória Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque semper
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E



Oratio.

Excita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Pater noster Benedíctus Abbas servívit : * ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, & ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti.

Et fiunt commemorationes communes ut in Psalterio, omissa commem. de S. Benedicto. Tempore Paschali fit tantum commem. de Cruce.

Si autem occurrat Festum Simplex, de eo fit prius commemoratio.

Ad Laudes, et per Horas.

Sequentes Antiphonæ reperiuntur cum cantu p. 619.

1. *Aña.* Fuit vir † vitæ venerábilis, grátia Benedíctus & nómine, qui ab ipso pueritíæ suæ témpore cor gerens senile, ætátem móribus tránsiens, nulli ánimum voluptáti dedit.

Ps. Dóminus regnávit. *cum reliquis.*

2. *Aña.* Beátus vir Benedíctus † plus appétiit mala mundi perpeti quam laudes; pro Deo labóribus fatigári, quam vitæ hujus favóribus extólli.

http://ccwatershed.org

3. *Aña.* Gloriósus † Conféssor Dómini vitam angélicam gerens in terris, spéculum bonórum óperum factus est mundo : & ídeo cum Christo jam sine fine gaudet in cælis.

4. *Aña.* Erat vir Dómini † Benedíctus vultu plácido, móribus decorátus angélicis : tantáque circa eum cláritas excréverat, ut in terris pósitus, in cæléstibus habitáret.

5. *Aña.* Vir Dei Benedíctus † ómnium justórum spíritu plenus fuit : ipse intercédat pro cunctis monásticæ professiónis.

Capitulum. *Eccli. 31.*

Beatus vir qui invéntus est sine mácula, † & qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia & thesáuris. * Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

℟. *br.* Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit eum. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. * Et ornávit. Glória Patri. Amávit.

Hymnus.

Inter ætérnas súperum corónas,
Quas sacro partas rétinent agóne,
Emicas celsis méritis corúscus,
O Benedícte.

Sancta te compsit púerum senéctus,
Nil sibi de te rápuit volúptas,
Aruit mundi tibi flos ad alta
Mente leváto.

Hinc fuga lapsus, pátriam, paréntes
Déseris, fervens némorum colónus :
Edomas carnem, subigísque Christo,
Tortor acérbus.

Ne diu tutus látebras fovéres,
Signa te produnt óperum piórum :
Spárgitur felix céleri per orbem
Fama volátu.

Glória Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque semper
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli.
Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona. O beáti viri † Patris nostri Benedícti sancta præcónia! o inæstimábilis diléctio caritátis! qui dum sæculi pompam contémpsit, ætérnæ vitæ conjúnctus est. [*Cantus,* 118. t. 1. f]

Oratio.

Excita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Pater noster Benedíctus Abbas servívit : † ut eódem nos repléti, studea-

LIBRARY OF WASHINGTON UNIVERSITY ST. LOUIS - MO.

mus amáre quod amávit, * & ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Deinde fiunt commemorationes consuetæ, vel de Cruce Tempore Paschali.

Ad Primam. *Aña.* Fuit vir.

Capit. Regi sæculórum. *Lectio brevis ut infra ad Nonam.*

Ad Tertiam. *Aña.* Beátus vir Benedíctus. *Capit. e Laudibus.*

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Sextam. *Aña.* Gloriósus.

Capitulum. *Eccli. 39.*

JUSTUS cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * & in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Nonam. *Aña.* Vir Dei Benedíctus.

Capitulum. *Sap. 10. b.*

JUSTUM dedúxit Dóminus per vias rectas, † & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam sanctórum : * honestávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

Post Nonam terminatur hoc Officium.

Tempore Paschali, *Antiphonis, ℣℣. et ℟℟. brevibus additur* Allelúia.

http://ccwatershed.org

Officium Defunctorum.

AD VESPERAS.

Absolute incipitur ab Antiphona. 3. c



Psalmus 114.

DILEXI, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi : * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni : * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam : † miséricors Dóminus, & justus, * & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, & liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam : * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte : † óculos meos a lácrimis, * pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

In fine omnium Psalmorum dicitur :

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Anti-phona.



Pla-cébo Dómi-no in re-gi- ó-ne vi-vó-rum.

2. Aña. 2. D



HEI mi-hi Dómi-ne! qui- a inco-lá-tus me- us pro-



longá-tus est. E u o u a e.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi : * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * & a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi! quia incolátus meus prolongátus est : † habitávi cum habitántibus Cedar : * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem ætérnam.

Anti-phona.



Hei mi-hi Dómi-ne! qui- a inco-lá-tus me- us pro-



longá-tus est.

3. Aña. 2. D



DOmi-nus custódit te ab omni ma-lo : custó-di- at



á-nimam tu- am Dómi-nus. E u o u a e.

http://ccwatershed.org

Psalmus 120.

LEVAVI óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dormiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum & éxitum tuum : * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Réquiem ætérnam.

Anti-phona.



Dómi-nus custó-dit te ab omni ma-lo : custó-di- at



á-nimam tu- am Dómi-nus.

3. Aña. 7. c



SI in-iqui-tá-tes observáve-ris Dómi-ne, Dómi-ne



quis sustiné-bit? E u o u a e.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * & propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam.

Anti-phona. Si in-iqui-tá-tes observáve-ris Dómi-ne, Dómi-ne quis sustiné-bit?

5. Aña. 2. D

O-pe-ra mánu-um tu-á-rum Dómi-ne ne de-spi-ci-as. E u o u a e.

Psalmus 137.

CONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua & veritáte tua : * quóniam magnificásti super omne nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, & humília réspicit : * & alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : † & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, * & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : † Dómine misericórdia tua in sæculum : * ópera mánuum tuárum ne despícias.

Réquiem ætérnam.

Anti-phona. O-pe-ra má-nu-um tu-á-rum Dó-mi-ne ne despi-ci-as.

http://ccwatershed.org

Audi-vi vo-cem de cæ-lo di-céntem mi-hi. Be-á-ti mórtu-i qui in Dómi-no mo-ri-úntur.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. c

O-mne quod dat mi-hi Pa-ter, ad me vé-ni-et, & e-um qui ve-nit ad me, non e-jí-ci-am fo-ras.

Cant. Ma-gní-fi-cat. E u o u a e.

Canticum B. Mariæ Virginis.

MAGNIFICAT * ánima mea Dóminum.

Et exsultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * & sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * & exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : * & dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham & sémini ejus in sæcula.

Réquiem ætérnam.

Et lux perpétua.

Repetitur Aña. Omne.

Preces infrascriptæ dicuntur flexis genibus.

Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

Sequens Ps. Lauda ánima mea *non dicitur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, neque in die obitus seu depositionis Defuncti.*

Psalmus 145.

Lauda ánima mea Dóminum, † laudábo Dóminum in vita mea : * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus : * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, † spes ejus in Dómino Deo ipsíus : * qui fecit cælum & terram, mare, & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, † facit judícium injúriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos : * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, † pupíllum & víduam suscípiet : * & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sǽcula, Deus tuus Sion, * in generatiónem & generatiónem.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Deinde ℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimas eórum. [ánimam ejus.]
℣. Requiéscant in pace. [Requiéscat in pace.] ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes, fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : † præsta, quæsumus, * ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

Deus, véniæ largítor & humánæ salútis amátor : † quæsumus cleméntiam tuam ; ut nostræ congregatiónis fratres, (propínquos & benefactóres) qui ex hoc sǽculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas. (Per Dóminum.)

¶ *In comm. Omnium Monachorum O. N. dicitur hæc Oratio* Deus, véniæ largítor, *omissis verbis* propínquos & benefactóres, *cum majori conclusione.*

http://ccwatershed.org

Fidelium Deus ómnium cónditor & redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam quam semper optavérunt, * piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis & regnas in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

¶ *In die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quando dicitur hæc ultima tantum Oratio, dicitur :*

Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

Vel alia dicitur Oratio pro opportunitate. Et in fine

℣. Réquiem ætérnam dona eis [ei] Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis. [ei.]



℣. Requi- éscant in pa-ce. ℟. Amen.
[Requi- éscat]

Orationes diversæ pro Defunctis.

In die depositionis defuncti. **Oratio.**

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.*, ut defúnctus sǽculo tibi vivat : † & quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, * tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dóminum.

Si fuerit femina, dicitur : ánimam fámulæ tuæ *N.*, ut defúncta.

In die tertio, septimo et trigesimo. **Oratio.**

Quæsumus Dómine, ut ánimæ fámuli tui *N.* (*vel* fámulæ tuæ *N.*), cujus depositiónis diem tértium (*vel* séptimum, *vel* trigésimum) commemorámus, † sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium ; * & rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum.

In Anniversario die. **Oratio.**

Deus indulgentiárum Dómine : † da ánimæ fámuli tui *N.* (*vel* fámulæ tuæ *N.*), (*vel* animábus famulórum famularúmque tuárum), cujus (*vel* quorum) anniversárium depositiónis diem commemorámus, * refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. Per Dóminum.

Pro Summo Pontifice defuncto. Oratio.

Deus, qui inter summos sacerdótes fámulum tuum *N.* ineffabili tua dispositióne connumerári voluisti : † præsta, quæsumus ; ut qui unigéniti Filii tui vices in terris gerébat, * sanctórum tuorum Pontificum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum.

Pro Episcopo defuncto. Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* pontificáli fecísti dignitáte vigére : † præsta, quæsumus ; * ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum.

Hæc Oratio dicitur etiam pro Abbate mitrato.

Pro Episcopo Cardinali defuncto, dicatur : fámulum tuum *N.* Episcopum Cardinálem, pontificáli fecísti dignitáte.

Pro Presbytero Cardinali : fámulum tuum *N.* Presbyterum Cardinálem, sacerdotáli.

Pro Diacono autem Cardinali dicatur Oratio : Inclina Dómine, *quæ habetur paulo infra, hoc modo :* ut ánimam fámuli tui *N.* Diaconi Cardinális, quam de hoc sæculo, &c.

Pro Sacerdote defuncto. Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : † præsta, quæsumus ; * ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum.

Pro patre et matre. Oratio.

Deus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepisti : † miserére clementer animábus patris & matris meæ, eorúmque peccáta dimitte ; * meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum nostrum.

Si fit pro pluribus, dicatur animábus paréntum nostrórum, *et ubi dicitur* meque, *dicatur* nosque.

Si pro patre tantum, dicatur ánimæ patris mei, *vel* nostri.

Si pro matre tantum, dicatur ánimæ matris meæ, *vel* nostræ.

Pro uno Defuncto. Oratio.

Inclina Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur : † ut ánimam fámuli tui *N.*, quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, * & sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum.

http://ccwatershed.org

Pro una Defuncta. Oratio.

Quæsumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ *N.* : † & a contágiis mortalitátis exútam, * in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum.

¶ Matutinum et Laudes Officii Defunctorum habentur in Libello speciali.

¶ Cum accipitur nuntium obitus alicujus ex Fratribus nostris, quamprimum cantatur in Choro Responsorium sequens.



RESPONSORIA

In I. Vesperis Festorum Solemnium.

Quia juxta Rubricam Breviarii Monastici, relinquitur arbitrio cujuscumque Congregationis, in I. Vesperis Festorum Solemnium, juxta morem antiquum, canere in Choro, post Capitulum, loco ℟. brevis, aliquod Responsorium prolixum ex approbatis : ideo sequentia in Solemnitatibus cantanda ad libitum inseruimus, quæ jam in Antiphonario Congregationis S. Mauri in hunc finem apposita reperiuntur.

In Nativitate Domini.

Responsorium. 7.

http://ccwatershed.org

In Festo Pentecostes.

℟. 8.



In Festo Corporis Christi.

℟. 6.

In Festo Assumptionis B. M. V.



In Festo Omnium Sanctorum.



http://ccwatershed.org

In Festis S. P. Benedicti.

http://ccwatershed.org

RESPONSORIA BREVIA DE COMMUNI

cantanda in Vesperis Festorum quæ majori solemnitate celebrantur.

Pro Apostolis et Evangelistis, ℟. *br.* Constítues eos. 723.

Pro Apostolis et Martyribus Tempore Paschali.

Pro uno Martyre extra T. P.

Pro pluribus Martyribus extra T. P. ℟. Exsúltent justi. 896.

Pro Confessore Pontifice.



http://ccwatershed.org

Pro Confessore non Pontifice.



Pro Una Sancta.



OFFICIA NOVISSIMA

Die 27. Martii.

S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doctoris.

Duplex. (m. t. v.)

In utrisque Vesperis, Aña. O Doctor... beáte Joánnes. 461.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui ad cultum sacrárum imáginum adseréndum, beátum Joánnem cæléſti doctrína & admirábili spíritus fortitúdine imbuisti : † concéde nobis ejus intercessióne & exémplo ; ut quorum cólimus imágines, * virtútes imitémur & patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

In Quadrag. comm. Feriæ occurrentis.

In II. Vesp. comm. sequentis (S. Joannis a Capistrano) et Feriæ.

Die 28. Martii.

S. Joannis a Capistrano Confessoris.

Semiduplex. (m. t. v.)

Oratio.

DEUS, qui per beátum Joánnem fidéles tuos in virtúte sanctíssimi nóminis Jesu de crucis inimícis triumpháre fecísti : † præsta, quæsumus ; ut spirituálium hóstium, ejus intercessióne, superátis insídiis, * corónam justítiæ a te accípere mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Die 26. Novembris.

S. Silvestri Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

CLEMENTISSIME Deus, qui sanctum Silvéstrum Abbátem, sæculi hujus vanitátem in apérto túmulo pie meditántem, ad eremum vocáre, & præcláris vitæ méritis decoráre dignátus es : te súpplices exorámus ; † ut ejus exémplo terréna despiciéntes, * tui consórtio perfruámur ætérno. Per Dóminum.

De **S. Felice de Valois** *fit die 1. Decembris.* (m. t. v.)

http://ccwatershed.org

TONI COMMUNES

In principio Horarum.

I. Tonus Festivus.



DEUS in adju-tó-ri- um me- um inténde.



Dómine ad adjuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, &



Fi-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto : Sic-ut e-rat in princí-pi- o,



& nunc, & semper, & in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Al-



le-lú-ia.

A Septuagesima usque ad Pascha, loco Allelúia, *dicitur :*



Laus ti-bi Dómi-ne Rex æ-térnæ gló-ri- æ.

Sic cantatur in Dominicis et in Festis Semiduplicibus et Duplicibus ad Matutinum, Laudes et Vesperas, et ad Tertiam in Festis I., II. et III. Ordinis.

2. Tonus Simplex.



D E-US in adju-tó-ri- um me- um inténde.



℟. Dómi-ne ad adjuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, &



Fi- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto : Sic-ut e-rat in princí-pi- o,



& nunc, & semper, & in sæ-cu-la sæcu-ló-rum. Amen. Al-



le-lú-ia. *Vel :* Laus ti-bi Dómi-ne Rex æ-térnæ gló-ri- æ.

Tonus simplex servatur in Feriis et Festis Simplicibus ad omnes Horas; et in Dominicis et Festis Semiduplicibus et Duplicibus ad Horas minores, excepta Tertia in Festis III. Ordinis et supra, in qua adhibetur tonus festivus.

3. Tonus Solemnis.



D E-US in adju-tó-ri- um me- um intende.

℟. Dómine ad adjuvándum me fe-stí-na. Gló-ri- a Patri, &



Fi-li- o, & Spi-rí- tu- i Sancto : Sic-ut e-rat in princí-pi- o,



& nunc, & semper, & in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Al-



le-lú-ia. *Vel :* Laus ti-bi Dómi-ne Rex æ-térnæ gló-ri- æ.

Hic tonus adhibetur in Festis I. et II. Ordinis ad Vesperas tantum.

Ad Completorium.



℣. Convérte nos De- us sa-lu-tá-ris noster. ℟. Et a-vérte i-ram



tu- am a no-bis. ℣. De- us in adju-tó-ri- um, &c.

Toni Versiculorum.

1. Tonus Communis.

Ad Laudes et Vesperas post Hymnum, præterquam in Vesperis I. et II. Ordinis.

℣. Di-ri-gá-tur Dómi-ne o-rá-ti- o me- a.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tu- o.

2. Tonus Solemnis.

In Solemnitatibus I. et II. Ordinis ad Vesperas tantum.



℣. Amá-vit e- um Dómi-nus, & orná-vit e- um.
℟. Sto- lam gló-ri- æ indu- it e- um.

http://ccwatershed.org

3. Tonus Simplex.

In Horis minoribus et ad Commemorationes in Laudibus et Vesperis.



℣. O-ra pro no-bis sancta De- i Gé-nitrix.



℟. Ut digni effi- ci- ámur promissi- ó-ni-bus Christi.

Si ultima dictio Versiculi sit vox monosyllaba, aut habens acutum accentum in fine, concluditur modo sequenti.

℣. Fi- at mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne super nos.



℟. Quemádmodum spe-rá-vimus in te. ...pró-te-ge nos.

¶ *Tribus ultimis diebus Hebdomadæ Sanctæ ad Matutinum et Laudes, et in Officio Defunctorum, sic cantatur :*

℣. Avertántur retrórsum & e-rubéscant.



℟. Qui có-gi-tant mi-hi ma-la.

Tonus Capituli.

B Ene-dictus De- us, & Pa-ter Dómi-ni nostri Je-su

http://ccwatershed.org

Flexa



Chri-sti, † Pa-ter mi-se-ri-cordi- á-rum, & De- us to-tí- us conso-

Metrum



la-ti- ó-nis : * qui conso-lá-tur nos in omni tri-bu-la-ti- óne

Punctum



nostra. ℟. De- o grá-ti- as.

Notandum est :

1. *Si Capitulum ita breve est ut in eo nequeant fieri simul flexa et metrum, flexa omittenda est.*

2. *Si loco ubi fieri deberet flexa, adsit vox monosyllaba aut hebraica non latine desinens, tunc flexa non fit, sed pausa tantum.*

3. *Si loco ubi metrum fieri debet, adsit vox monosyllaba aut hebraice desinens, sic cantatur :*



Tu autem in no-bis es Dómi-ne : † & nomen sanctum tu-um

Metrum



invo-cá-tum est super nos : * ne de-re-linquas nos Dómi-ne

De- us noster.

4. *Si Capitulum desinit in voce monosyllaba aut hebraica non latine desinenti, sic cantatur :*

Punctum in monosyllaba



super te orta est. di-li-géntibus se. Christo Je-su.

5. *Si loco flexæ vel metri, vel alibi in Capitulo occurrerit punctum interrogativum, cantatur ut infra. Sed in fine Capituli servatur semper tonus puncti finalis, nullo habito respectu ad interrogationem.*



Tonus Orationis.

1. Tonus Solemnis.

Sequenti tono utendum est ad Matutinum, Laudes et Vesperas, etiam pro Orationibus commemorationum.

Ad Laudes et Vesperas ante Orationem cantatur a Superiore :





In choro Monialium dicitur :



http://ccwatershed.org



e- úmdem Dómi-num nostrum Je-sum Christum Fi-li- um

Flexa



tu- um : * qui te-cum vi-vit & regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus

Punctum



Sancti De- us, per ómni- a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℟. Amen.

Altera Conclusio.



Qui vi-vis & regnas cum De- o Patre (*vel* Qui te-cum vi-vit

Flexa



& regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De- us, per ómni- a, &c.

Exempla pro Puncto.



ex-ercé-re quod dó-cu- it. red-íme-re digná-tus es. Je-sum



Christum Fi- li- um tu- um.

Flexa regulariter fieri debet in fine primæ clausulæ Orationis. Si ibi adsit vox monosyllaba, flexa remittitur ad distinctionem immediate sequentem.

2. Tonus Simplex Orationis.

Tonus simplex Orationis servatur ad Horas minores Officii, et per totum Officium Defunctorum.

Adhibetur etiam ad Orationem quæ dicitur post Antiphonam de B. M. V. in fine Officii, et ad Orationes quæ recitantur ad benedictionem Ss. Sacramenti.

Eodem utendum est etiam in quibuscumque Precibus et Litaniis et Benedictionibus, nisi aliter notetur.

Ad Horas minores, ante Orationem dicitur Kyrie eléison. *ut supra,* 982. *Deinde :*



Pater noster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indú-cas in tenta-ti- ó-nem.



℟. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.



D Omi-nus vo-bíscum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu- o.



O - rémus. Ví-si-ta, quæsumus Dómi-ne, ha-bi-ta-ti-



ó-nem istam, & omnes insí-di- as in-imí-ci ab e- a lon-

Flexa



ge re-pélle : † Ange-li tu- i sancti há-bi-tent in e- a, qui

Metrum



nos in pa-ce custó-di- ant; * & be-ne-dícti- o tu- a sit su-per

http://ccwatershed.org

Punctum



nos semper. Per Dómi-num nostrum Je-sum Christum Fí-li-um

Flexa



tu-um : † qui te-cum vi-vit & regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus

Metrum — Punctum



Sancti De- us, * per ómni- a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℟. Amen.

Circa tonum simplicem Orationis sequentia sedulo notanda sunt.

1. *Si Oratio sit brevior quam ut in ea fieri possint flexa et metrum, flexa omittenda est.*

2. *Flexa regulariter fieri debet in fine primæ clausulæ. Si ibi adsit monosyllaba, flexa remittitur ad divisionem immediate sequentem, nisi jam metro præoccupetur : tunc enim flexa omittitur, et ejus loco fit pausa tantum.*

3. *Si loco metri incidat vox monosyllaba, tunc metrum abbreviatur, ut infra.*

Metrum in monosyllaba



... Rústi-cum & Eleuthé- ri- um so-ci- á-re digná-tus es : *

4. *Si ultima dictio Orationis ante conclusionem sit monosyllaba, punctum fit ut sequitur.*

Punctum in monosyllaba



... quos per lignum sanctæ cru-cis red-íme-re digná-tus es.

5. *In conclusionibus quæ incipiunt* Qui vivis & regnas, Qui tecum vivit & regnat, *non fit flexa, bene vero metrum.*

6. *In minori conclusione nec flexa nec metrum fieri debet.*

7. *In fine Orationis ante conclusionem fit semper punctum per diapente (præterquam in monosyllaba); ipsa vero conclusio cadit per*

http://ccwatershed.org

semiditonum. Sed si Oratio careat conclusione proprie dicta (ut Oratio Deus, qui salútis, *post Añam* Alma Redemptóris), *Oratio terminatur in semiditono, ita ut semper semiditonus præcedat* ℟. Amen.

§ Quando verba, Jesum Christum Fílium tuum, *in fine alicujus Orationis ad corpus ipsius pertinent, ut in Oratione S. Stephani, debent cantari non quasi essent pars conclusionis, sed, ut sunt vere, quasi pars Orationis.*

Nota. In hoc Antiphonario, Oratio Officii, quæ semper ad Laudes repetitur, duplici notatur signo : cruce scilicet †, & asterisco *. Crux indicat locum flexæ in tono simplici ; asteriscus, locum metri. Et ideo, pro cantu Orationis ad Horas minores, semper ad Laudes recurrendum est. — In tono solemni, flexa fieri debet ad crucem, & nihil de asterisco curandum. Si crux desit, tunc non datur flexæ locus in tono simplici, sed metro tantum, & in tono solemni fit flexa ad asteriscum.

Eadem Oratio Officii interdum invenitur etiam ad I. Vesperas, præsertim in Festis solemnibus. Tunc notatur asterisco tantum, & ibi flexa toni solemnis facienda est. Orationes quæ non dicuntur nisi in Vesperis vel pro Commemorationibus, notantur asterisco tantum, pro flexa toni solemnis.

¶ Post Orationem, in fine Horæ minoris, repetitur ℣. Dóminus vobiscum, *ut supra,* 985. *Deinde :*



℣. Be-ne-di-cámus Dómi-no. ℟. De- o grá-ti- as.

℣. Fi-dé-li- um á-nimæ per mi-se-ri-córdi- am De- i requi- é-



scant in pa-ce. ℟. Amen.

Pater noster. *totum secreto. Deinde, si discedendum est a Choro :*

℣. Dóminus det nobis su-am pacem. ℟. Et vitam ætérnam. Amen.

Eodem modo cantantur ℣. Fidélium. *et* ℣. Dóminus det nobis. *in fine Vesperarum et Laudum.*

¶ Post Antiphonam B. M. V. et Orationem, dicitur :

℣. Di-ví-num auxí-li- um má-ne- at semper no-bíscum.



℟. Et cum frátri-bus nostris abséntibus. Amen.

¶ *Ad Completorium, post* ℣. Benedicámus Dómino, *Superior dicit:*



℣. Be-ne-dí-cat & custó-di- at nos omní-po-tens & mi-sé-ri-cors



Dóminus, Pa-ter, & Fi- li- us, & Spí-ri-tus Sanctus. ℟. Amen.

Tonus Lectionis brevis.

Lector.



Ju-be domne be-ne-dí-ce-re.

Benedictio. Metrum



Noctem qui- é-tam & fi-nem perféctum* concé-dat no-bis Dómi-

Punctum



nus omní-po-tens. ℟. Amen.

Lectio brevis. Flexa



Fratres : Sóbri- i estó-te & vi-gi-lá-te : † qui- a adversa-

http://ccwatershed.org



…us vester, di- á-bo-lus, tamquam le- o rú-gi- ens círcu- it,

Metrum Punctum



…e-rens quem dé-vo-ret : cu- i re-sísti-te fortes in fi-de.



…au-tem Dómi-ne mi-se-ré-re no-bis. ℟. De- o grá-ti- as.

…Flexa, Metrum et Punctum fiunt ut in tono simplici Orationis. …Punctum vero interrogativum, etiam si in fine occurrat, fit ut supra …atur pro Capitulo.

Toni Psalmorum.

Tonus in Directum.

Metrum



DEUS mi-se-re- á-tur nostri, & be-ne-dí-cat no-bis : *

…llúmi-net vultum su- um super nos, & mi-se-re- á-tur nostri.

…Flexa fit demittendo vocem ad semiditonum, vel eam sustentando …cidat in voce monosyllaba vel hebraica non latine desinenti.

¶ Pro Psalmis qui dicuntur in precibus Officii Defunctorum et in …aniis Sanctorum, servatur idem tonus, nisi quod in fine versiculi …x deprimitur ad semiditonum. Si autem ultima vox sit monosyllaba …hebraica, punctum fit ut sequitur.



…ma-re, & ómni- a quæ in e- is sunt.

Octo Toni Psalmorum.

1. *Duplex est in quolibet Tono Psalmum inchoandi modus: unus qui festivus dicitur, et fit per vocis variationem cuique Tono propriam; alter vero, qui ferialis est, et in voce æquali, seu in recto tono constat.*

Inchoatio festiva *servatur ad primum versum cujusque Psalmi (qui cantatam aut saltem intonatam Antiphonam excipit), in* Festis Duplicibus, Semiduplicibus & in Dominicis ad Matutinum, Laudes, Vesperas, necnon & ad Tertiam. *Secundus vero versus et sequentes recto tono incipiunt.*

Inchoatio ferialis *servatur ad Horas minores (Tertia tantum excepta) in Festis Duplicibus, Semiduplicibus, et in Dominicis, et ad omnes* Horas in Festis Simplicibus & in Feriis. *Insuper in Officio Defunctorum ad omnes Psalmos.*

2. *Cantica evangelica* Magnificat *et* Benedictus *inchoantur modo festivo per omnes versiculos in omnibus Festis Duplicibus, Semiduplicibus et Dominicis. In Simplicibus vero et Feriis, omnes versiculi incipiunt recto tono.*

Primus versus Magnificat, *propter suam brevitatem, propriam habet modulationem initii, qua utimur in Officio festivo, omissa mediationis variatione; sed in Officio simplici vel feriali, omissa inchoationis formula, adhibetur modulatio medii versus, ut infra notatur.*

3. *Inter Tonos Psalmorum, Primus, Tertius, Quartus, Septimus et Octavus habent plures terminationes seu differentias, quæ respective respondent variis modis quibus Antiphonæ melodia inchoatur, ita ut* « omnis modulatio psalmodiæ rotundetur & terminetur, ut finis inveniat suum exordium ». *(Instit. patrum.)*

Unaquæque differentia designatur per litteram quæ respondet suæ ultimæ notæ. Sciendum etenim quod A *nominat* la; B, si; C, ut; D, re; E, mi; F, fa; G, sol. *Si plures differentiæ in nota eadem terminantur, hæc littera per signum aliquod distinguitur, ut infra.*

4. *Post quemque Tonum, apponuntur exempla, unde pateant regulæ secundum quas modulatio mediationis et terminationis aptari debet variis modis quibus accentus concurrere possunt.*

5. *Notandum circa flexam quod fit per simplicem pausam quando occurrit in voce monosyllaba vel hebraica non latine desinenti.*

http://ccwatershed.org

Primus Tonus.



Differentiæ







Tonus Ferialis.

Exempla pro Mediatione.



in splendó-ri-bus sanctó-rum. Justus es Dómi-ne.



salvum me fac. & é-ri-pe me. capti-vi-tá-tem Si-on.

Mediatio correpta.



inve-né-runt me. in me est. ex Si- on. Je-rú-sa-lem.

Exempla pro Terminatione.



órdinem Melchi-se-dech. sæcu-lum sæcu-li. & li-be-rá-vit me.



ante lu-ci-fe-rum génu- i te. corri-pi- as me. *Sic in aliis.*

¶ Tonus solemnis Cantici de Evangelio.

Ad Magnificat.



Et	ex- sultá-	vit	spí- ritus	me-	us.
Qui- a	respéxit humilitátem	an-	cíl- læ	su-	æ.
Qui- a	fecit mi-	hi	magna qui potens		est.
Et	misericórdia ejus a progénie		in progé-	ni-	es.
Fe-	cit poténtiam	in	bráchio	su-	o.
De-	pó- suit	po-	tén- tes de	se-	de.
E-	su- riéntes	im-	plé- vit	bo-	nis.
Sus-	cé- pit Isra-	el	pú- erum	su-	um.
Sic-	ut locútus est	ad	pa- tres	no-	stros.
Gló-	ri-	a	Pa- tri, & Fí-	li-	o.
Sic-	ut erat in princípio,	&	nunc, &	sem-	per.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus.



Be-	nedíctus Dómi-	nus	De-	us Is-	ra- el.
Et	e- réxit cornu	sa-	lú-	tis	no- bis.
Sic-	ut locútus est	per	os	san-	ctó- rum.
Sa-	lú-tem ex in-	i-	mí-	cis	no-stris.
Ad	faciéndam misericórdiam	cum	pá-	tribus	no-stris.
Jus-	ju-rándum quod jurávit ad Abra-	ham	pa-	trem	nostrum.
Ut	si-ne timóre de . . . nostró-	rum	li-	be-	rá- ti.
In	sanctitáte & justíti-	a	co-	ram	i- pso.
Et	tu puer, prophéta	Al-	tís-	simi vocá-	be- ris.
Ad	dandam sciéntiam salú-	tis	ple-	bi	e- jus.
Per	víscera misericórdi-	æ	De-	i	no-stri.
Il-	luminàre his qui . . . in um-	bra	mor-	tis	se- dent.
Gló-	ri-	a	Pa-	tri, & Fi-	li- o.
Sic-	ut erat in princípio,	&	nunc, &		sem-per.

Secundus Tonus.



S E-cúndus Tonus sic inci-pi-tur, & sic flécti-tur, † &

Finalis unica



sic me-di- á-tur : * Atque sic fi-ní-tur. D



M Agni-fi-cat. Et exsultá-vit.



B Ene-díctus Dómi-nus De- us Isra- el.

Tonus Ferialis.



Di-lé-xi, quó-ni- am exáudi- et Dómi-nus. Magní-fi-cat.

Mediatio abbreviata.



é-ri-pe me. me fac. in me est. ex Si- on. Je-rú-sa-lem.

Exempla terminationis.



lu-cí-fe-rum génu- i te. vi-ví-fi-ca me. sæ-cu-lùm sæcu-li.

Tonus solemnis ad Magnificat.



Et ex- sul-tá-	vit spí- ri- tus me- us.
Qui- a respéxit humilitátem	an- cíl- læ su- æ.
Qui- a fe- cit mihi	ma- gna qui po- tens est.
Et mi- se- ricórdia ejus a progéni-	e in pro- gé- ni- es.
Fe- cit po-téntiam	in bráchi- o su- o.
De- pó- su- it po-	tén- tes de se- de.
E- su- ri- éntes	im- plé- vit bo- nis.
Sus- cé- pit Isra-	el pú- e- rum su- um.
Sic- ut lo- cútus est	ad pa- tres no- stros.
Gló- ri- a	Pa- tri, & Fí- li- o.
Sic- ut e- rat in princípio,	& nunc, & sem- per.

Ad Benedictus.



Be- ne- díctus Dómi-	nus De- us Is-ra- el.
Et e- ré-xit cornu	sa- lú- tis no- bis.
Sic- ut lo-cútus est	per os san- ctó- rum.
Sa- lú- tem ex in-	i- mí- cis no- stris.
Ad fa- ci-éndam misericórdiam	cum pá- tri- bus no- stris.

http://ccwatershed.org



Jus- ju- rándum . . . ad Abra-	ham pa- trem no- strum.
Ut si- ne timóre . . . nostró-	rum li- be- rá- ti.
In san- ctitáte & justíti-	a co- ram i- pso.
Et tu pu-er, prophéta Altís-	si- mi vo- cá-be- ris.
Ad dan-dam sciéntiam salú-	tis ple- bi e- jus.
Per ví- scera misericórdi-	æ De- i no- stri.
Il- lu- mináre his . . . in um-	bra mor- tis se- dent.
Gló- ri- a	Pa- tri, & Fí- li- o.
Sic- ut erat in princípio,	& nunc, & sem- per.

Tertius Tonus.



TErti- us Tonus sic incí-pi-tur, & sic flécti-tur, † &



sic me-di- á- tur : *

Differentiæ. a g à



Atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur.

c E



Atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní- tur.



MAgní-fi-cat. Et exsultá-vit spi-ri-tus me- us.

Benedictus Dómi-nus De- us Isra- el.

Tonus Ferialis.

Di-lé-xi, quó-ni- am exáudi- et Dómi-nus. Magní- fi- cat.

Exempla Mediationis.

magna ó-pe-ra Dómi- ni. sté-ri-lem in domo. salvum me fac.

& é-ri-pe me. sic-ut di- es illumi-ná-bi- tur.

Mediatio correpta.

suspi-cá-tus sum. ex Si- on. Je-rú-sa- lem. in me est.

Exempla Terminationum.

lu-cí-fe-rum gé-nu- i te. órdinem Melchí-se-dech. *Sic in* g.

génu- i te. in sæcu-lum sæcu- li. *Sic in* c.

Quartus Tonus.

Quartus Tonus sic inci-pi-tur, & sic fléčti-tur, † &

Differentiæ. E

sic me-di- á-tur : * Atque sic fi- ní- tur.

E a g

Atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur.

Magní- fi-cat. Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us.

Benedictus Dómi-nus De- us Isra- el.

Tonus Ferialis.

Di-lé-xi, quó-ni- am exáudi- et Dómi-nus. Magní-fi-cat.

Mediatio abbreviata.

é-ri-pe me. salvum me fac. in me est. ex Si- on. Je-rúsalem.

Exempla Terminationum.

lu-cí-fe-rum gé- nu- i te. tu- um vi-ví- fi- ca me. lu-cí-fe-

rum génu- i te. ómni- a quæ in e- is sunt. génu- i te.

Altera ejusdem Toni positio.

Quartus Tonus sic inci-pi-tur, & sic fléčti-tur, † & sic me-di-

http://ccwatershed.org

A d



á-tur : * Atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur.

Quintus Tonus.



Q Uintus Tonus sic incí-pi-tur, & sic fléčti-tur, † &

Finalis unica



sic me-di- á-tur : * Atque sic fi-ní-tur. a. in sæcu-lum sæcu-li.



M Agní-fi-cat. Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us.



B Ene-dičtus Dómi-nus De- us Isra- el.

Tonus Ferialis.



Di-lé-xi, quóni- am exáudi- et Dómi-nus. Magní-fi-cat.

Mediatio *abbreviatur ut in Tono Secundo,* 994.

Pro **Finali** *vide exempla infra posita ad Tonum Septimum,* 1000.

Sextus Tonus.



S Extus Tonus sic incí-pi-tur, & sic fléčti-tur, † &

http://ccwatershed.org

Finalis unica



sic me-di- á-tur : * Atque sic fi-ní-tur. F. in sæcu-lum sæcu-li.



M Agní-fi-cat. Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us.



B Ene-dičtus Dómi-nus De- us Isra- el.

Tonus Ferialis.



Di-lé-xi, quóni- am exáudi- et Dómi-nus. Magní- fi-cat.

Mediatio abbreviata.



& é-ri-pe me. salvum me fac. ex Si- on. Je-rú-sa-lem.

Exempla Terminationis.



& li-be-rá-vit me. ante lu-cí-fe-rum génu- i te.

Septimus Tonus.



S E-ptimus Tonus sic incí-pi-tur, & sic fléčti-tur, †



& sic me-di- á-tur : *



http://ccwatershed.org

Exempla Terminationum.







¶ **Tonus solemnis** *ad Magnificat et ad Benedictus, ut in Tono II.*, 994.

Tonus Peregrinus.





Exempla Mediationis.



Mediatio correpta.

Exempla Finalis.



http://ccwatershed.org

Toni ℣. *Benedicamus Domino.*

Tonus ℣. Benedicámus *per Octavam Paschæ habetur p.* 311. *Pro Sabbatis et Dominicis Temporis Paschalis in Officio de Tempore, p.* 320.

IN FESTIS I. II. ET III. ORDINIS

(PRÆTER FESTA B. MARIÆ VIRGINIS)

In I. Vesperis.







Ad Laudes.



In II. Vesperis.





IN FESTIS B. M. V. AD LAUDES ET VESPERAS

ET QUOTIESCUMQUE FIT DE EADEM B. M. V.



IN FESTIS DUPLICIBUS.

In utrisque Vesperis.



Ad Laudes.

Hoc tono utimur ad Tertiam ante Missam Pontificalem.

IN FESTIS SEMIDUPLICIBUS

ET INFRA OCTAVAS.

Ad Laudes et Vesperas.



http://ccwatershed.org

IN DOMINICIS PER ANNUM.

Ad Laudes et Vesperas.





IN DOMINICIS ADVENTUS ET QUADRAGESIMÆ.

Ad Laudes et Vesperas.





IN SIMPLICIBUS.



IN FERIIS.



Modus cantandi *Alleluia* Tempore Paschali

secundum octo tonos, in fine Antiphonarum.

Modus cantandi *Amen* in fine Hymnorum

secundum octo tonos.



Notanda circa Tonum Hymnorum.

1. Ad Matutinum, Laudes & Vesperas, Hymni semper cantantur in tonis propriis, nisi ratione alicujus Temporis vel Octavæ currentis.

Excipe tonum Hymni *O lux beata*, in Sabbato, & Hymnorum ad Matutinum, Laudes & Vesperas in Dominicis per annum, qui servant proprium tonum etiam infra quamcumque Octavam, licet doxologia mutanda esset.

Dominica Adventus quæ occurrit infra Octavam Immaculatæ Conceptionis B. M. V., Hymni ad Matutinum, Laudes et Vesperas servant proprium tonum, licet doxologia sit de B. M. V. Tonus Adventus servatur etiam ad Horas, sed ad Completorium sumitur tonus de B. M. V. Alias, tonus semper cum doxologia concordare debet.

http://ccwatershed.org

Ceteri Hymni de Sanctis, si incidant infra aliquod Tempus vel aliquam Octavam quæ proprium habeat tonum, cantantur in tono hujus Temporis vel Octavæ, ut propriis locis notatur, dummodo (quod semper intelligendum est) sint ejusdem metri.

Infra tempus Adventus, Quadragesimæ & Passionis, non mutatur ratione Temporis tonus Hymnorum in Officio de Sanctis : mutatur autem secundum tempus, a Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, Tempore Paschali, & ab Ascensione usque ad Pentecosten.

2. Hymni ad Primam, Tertiam, Sextam & Nonam, in Officio de Tempore, cantantur ut propriis locis notatur.

In Officio vero de Sanctis, pro eisdem Horis habetur triplex tonus, unus pro Simplicibus, secundus pro Festis non solemniter celebratis, tertius pro Festis I. II. & III. Ordinis. Hi toni non mutantur nisi ratione Temporis vel Octavæ currentis, vel alicujus Festi quæ propriam habeat doxologiam, aut saltem tonum proprium.

3. Hymnus ad Completorium per annum habet tonum unicum. Tempore Adventus & Quadragesimæ habet tonum proprium, qui servatur etiam in Festis Sanctorum, nisi Festum habeat doxologiam propriam vel tonum sibi proprium, ut Festum S. Joseph, vel S. Benedicti. Tempore Passionis sumitur tonus *Vexilla Regis* si officium fiat de Tempore : alias servatur tonus Quadragesimæ. In Festis & Octavis quæ proprium habent tonum, Hymnus Completorii sequitur cantum Hymnorum ad Horas.

Tonus proprius alicujus Festi sumitur a Completorio diei præcedentis, si saltem de eo facta fuerit commemoratio. Si utrumque Festum, præcedens & sequens, habeat tonum proprium, servatur tonus Festi de quo factum est saltem a Capitulo. — Sed si unum ex duobus habuerit doxologiam propriam quæ servari debeat ad Completorium, servatur quoque tonus ejus. Si utrumque habuerit doxologiam propriam, servatur doxologia & tonus dignioris.

Si occurrant duæ Octavæ, sumitur ad Completorium & Horas, & ad Hymnos Festorum, tonus Octavæ dignioris (nisi forte Octava minus digna habeat doxologiam propriam quæ servanda sit).

Nota circa Vocales elidendas in Hymnis.

Sæpe in versibus Hymnorum, in fine dictionis occurrit vocalis (vel sola, vel cum littera *m*), quæ quidem cum ab altera vocali excipiatur, quodam modo absorbetur, nec computatur in metro, v. g. *Cum Patre et Sancto Spiritu. O sola magnarum urbium.* Hujusmodi elisiones caute fiant, salva quidem, in quantum rhythmi leges permiserint, integritate sensus & verborum.

Nisi igitur rhythmus exigat ut vocalis de qua agitur penitus omittatur, melius erit eam raptim proferre, & subobscure, ea ratione, ut consonans in syllabam præcedentem, tunc modice breviatam, quasi retrahatur, &

adhæreat ipsi & ipsius notæ, non sequenti, nisi sensus postulet ut potius sequenti jungatur.

Quando vero aderit neuma in cantu, tunc sæpius ita dividi poterit ut ejus pars ultima aptetur ad syllabam pronuntiandam quæ aliter elidenda foret.

Cavendum est ne unquam amputentur voces monosyllabæ, ut in his exemplis : *Et Filio qui a mortuis, Monstra te esse matrem : Qui apparuisti hodie.*

Vitentur etiam elisiones ex quibus cacophonia gigneretur : *culpæ ut relinquant. Patri ac Paraclito.*

Quandoque etiam accidit in hymnis iambicis, ut pro prima pedis syllaba brevi, duæ brevissimæ ponantur : v. g. *Speculator adstat desuper, Populique Rex Judaici,* tunc ambæ distincte sub eadem nota cantentur.

Ad majorem commoditatem Hebdomadarii vel Cantoris, hic apponuntur varii toni sub quibus Hymnus ad Tertiam cantandus est per anni circulum.

Varii Toni Hymni « Nunc Sancte ».

1. *Per Adventum in Officio de Tempore, etiam infra Octavam Immaculatæ Conceptionis B. M. V., ut notatur p.* 134.

2. *A Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, et in Festo Ss. Nominis Jesu :*



3. *In Epiphania et per Octavam :*



http://ccwatershed.org

4. *A Dominica I. in Quadragesima usque ad Dominicam de Passione in Officio de Tempore, ut supra,* 251.

5. *A Dñica de Passione usque ad Pascha in Officio de Tempore :*



6. *A Pascha usque ad Ascensionem tam in Officio de Tempore quam de Sanctis, exceptis tantum Festis B. M. V., ut supra,* 312.

7. *Ab Ascensione usque ad Pentecosten in Officio de Tempore et de Sanctis, exceptis Festis B. M. V.; in Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. (cum doxologia communi); et in Transfiguratione D. N. J. C. (cum doxologia propria) :*



8. *In Festo Corporis Christi et per Octavam :*



9. *In omnibus Festis et Octavis de B. M. V., etiam in Festis occurrentibus nisi habeant propriam doxologiam, ut supra,* 496. — *In*

Festo Exspectationis Partus B. M. V., ut supra, 134, *cum Doxologia* Laus, honor, virtus, glória.

10. *In Festo S. Mauri Abbatis et per Octavam; in Festo S. Joseph Sponsi B. M. V.; in Transitu S. P. Benedicti; in Translatione ejusdem et per Octavam; in Nativitate S. Joannis Baptistæ et per Octavam :*



11. *In Festo S. Scholasticæ Virginis et per Octavam :*



12. *In Festo Sacratissimi Cordis Jesu et in Festo S. Gertrudis :*



13. *In Festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli et per Octavam :*

http://ccwatershed.org

14. *In Festo S. Laurentii et per Octavam usque ad Assumptionem :*



15. *In Festo Omnium Sanctorum et per Octavam, et in Festo Omnium Ss. Monachorum :*



16. *In Festo S. Martini et per Octavam :*



APPENDIX

Pro Gratiarum actione.

Hymnus. 3 et 4.

http://ccwatershed.org





℣. Benedicámus Patrem & Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus & superexaltémus eum in sæcula.
℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis & gloriósus & superexaltátus in sæcula.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS, cujus misericórdiæ non est númerus, & bonitátis infinítus est thesáurus : † piíssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes ; * ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Invocatio Spiritus Sancti.

Antiphona.

8.



Vel cantatur Hymnus sequens :

http://ccwatershed.org

Hymnus.

8.



V Eni Cre- á-tor Spí-ri-tus, Mentes tu- ó-rum ví-si-ta,



Imple su-pérna grá-ti- a Quæ tu cre- á-sti péctora.

Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei altíssimi,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.
Tu septifórmis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.
Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.
Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus :
Ductóre sic te prævio
Vitémus omne nóxium.
Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Te utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Tempore Paschali.

Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Extra Tempus Paschale.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Emítte Spíritum tuum, & creabúntur. (Allelúia).
℟. Et renovábis fáciem terræ. (Allelúia).

Orémus.

DEUS, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * & de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

In honorem Ss. Cordis Jesu.

Hymnus.

6.



E N ut supérba crí- mi-num Et sæva nostró-rum co-

http://ccwatershed.org



hors Cor sauci- á-vit ínno-cens Me-rén- tis haud ta-le De- i !

Vibrántis hastam mílitis
Peccáta nostra dírigunt,
Ferrúmque diræ cúspidis
Mortále crimen ácuit.
Ex Corde scisso Ecclésia
Christo jugáta náscitur :
Hoc óstium arcæ in látere est
Genti ad salútem pósitum.
Ex hoc perénnis grátia,
Ceu septifórmis flúvius,
Stolas ut illic sórdidas
Lavémus Agni in sánguine.
Turpe est redíre ad crímina,
Quæ Cor beátum lácerent :
Sed æmulémur córdibus
Flammas amóris índices.

Seq. Doxol. nunquam mutatur.

Hoc Christe nobis, hoc Pater,
Hoc Sancte dona Spíritus,
Quibus potéstas, glória,
Regnúmque in omne est sæculum. Amen.

In honorem Beatæ Mariæ Virginis.

Litaniæ Lauretanæ.



K Y-ri- e e-lé- i-son. ij. Christe e-lé- i-son. ij. Ky-



ri- e e-lé- i-son. ij. Christe audi nos. ij. Christe exáudi nos. ij.



Pa- ter de cæ- lis De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Fili Redémptor mun-di De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Spi- ri- tus Sancte De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Sancta Trínitas u- nus De- us, mi-se-ré-re no-bis.



Sancta Ma-rí- a, o-ra pro no-bis.



Sancta De- i Gé-nitrix, o-ra pro no-bis.
Sancta Virgo vírginum, o-ra pro no-bis.



Ma-ter Christi, o-ra pro no-bis.

Mater divínæ grátiæ, ora.
Mater puríssima, ora.
Mater castíssima, ora.
Mater invioláta, ora.
Mater intemeráta, ora.
Mater amábilis, ora.
Mater admirábilis, ora.
Mater Creatóris, ora.
Mater Salvatóris, ora.
Virgo prudentíssima, ora.
Virgo veneránda, ora.
Virgo prædicánda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidélis, ora.
Spéculum justítiæ, ora.
Sedes sapiéntiæ, ora.
Causa nostræ lætítiæ, ora.
Vas spirituále, ora.
Vas honorábile, ora.
Vas insígne devotiónis, ora.
Rosa mystica, ora.
Turris Davídica, ora.
Turris ebúrnea, ora.
Domus áurea, ora.
Fœderis arca, ora.
Jánua cæli, ora.
Stella matutína, ora.
Salus infirmórum, ora.
Refúgium peccatórum, ora.
Consolátrix afflictórum, ora.
Auxílium Christianórum, ora.
Regína Angelórum, ora.
Regína Patriarchárum, ora.
Regína Prophetárum, ora.
Regína Apostolórum, ora.
Regína Mártyrum, ora.
Regína Confessórum, ora.
Regína Vírginum, ora.
Regína Sanctórum ómnium, ora.
Regína sine labe originali concépta, ora.
Regína sacratíssimi Rosárii, ora.



Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, parce no-bis Dómi-



ne. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, exáudi nos

http://ccwatershed.org



Dómi-ne. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, mi-se-ré-



re no-bis.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére : † & gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, * a præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tonus alter.



KYri- e e-lé- i-son. Christe e-lé- i-son. Ky-ri- e



e-lé- i-son. Christe audi nos. Christe exáudi nos.



Pa- ter de cæ- lis De- us, mi-se-ré- re no-bis.
Fili Redémptor mundi De- us, mi-se-ré- re no-bis.
Spí- ri- tus Sancte De- us, mi-se-ré- re no-bis.
Sancta Trí-ni- tas u-nus De- us, mi-se-ré- re no-bis.



Sancta Ma-rí- a, o-ra pro no-bis. Sancta De- i Gé-nitrix.



Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mundi, parce no-bis Dó-

mi-ne. Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mundi, exáudi nos Dómi-ne. Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mundi, mi-se-ré-re no-bis.

Aña. 7. SUB tu-um præ-sí-di- um confú-gimus, san-cta De- i Gé-nitrix : nostras depre-ca-ti- ó-nes ne despí- ci- as in ne-cessi-tá-ti-bus : sed a per-i-cu-lis cunctis li-be-ra nos semper, Virgo glo-ri- ó- sa & be- ne-dicta. *T. P.* Alle-lú-ia.

Prosa.

6. INvi- o-lá-ta, íntegra, & casta es Ma-rí- a : Quæ es effécta fúlgi-da cæ-li porta. O Ma-ter alma Christi ca-rissima : Súsci-pe pi- a laudum præcó-ni- a. Te nunc flá-

gi-tant de-vó-ta corda & o-ra : Nostra ut pu-ra pécto-ra sint & córpo-ra. Tu- a per pre-cá-ta dulcí-so-na : No-bis concé-das vé-ni- am per sæcu-la. O be-nigna ! O re-gí-na ! O Ma-rí- a ! Quæ so-la invi- o-lá- ta perman- sí- sti.

Ad Benedictionem Ss. Sacramenti.

3. TAntum ergo Sacraméntum Ve-ne-rémur cérnu- i : Et antiquum do-cuméntum No-vo ce-dat rí-tu- i : Præstet fi-des suppleméntum Sénsu- um de- féctu- i.

Ge-ni-tó-ri Ge-ni-tóque Laus & ju-bi-lá-ti- o, Sa-lus, ho-nor, virtus quoque, Sit & be-ne-dícti- o : Pro-ce-dénti ab

http://ccwatershed.org

utróque Compar sit laudá- ti- o. A-men.

Tonus alter.

1\. T Antum ergo Sacraméntum Ve-ne-rémur cérnu- i : Et antíquum do-cuméntum Novo ce-dat rí-tu- i : Præstet fi-des suppleméntum Sénsu-um de- féctu- i. Ge-ni-tó-ri Ge-ni-tóque Laus & ju-bi-lá-ti- o, Sa-lus, ho-nor, virtus quoque, Sit & be-ne-dícti- o : Pro-ce-dénti ab utróque Compar sit laudá-ti- o. A-men.

℣. Panem de cælo præstitísti eis. (Allelúia).
℟. Omne delectaméntum in se habéntem. (Allelúia).

Orémus.

DEUS, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti : † tríbue, quæsumus, ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria venerári ; * ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis & regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

http://ccwatershed.org

¶ *Post Benedictionem, cantatur Psalmus* Laudáte Dóminum omnes gentes, *vel sequens Hymnus.*

Hymnus.

2\. T E de-cet laus, te de-cet hymnus, ti-bi gló-ri- a De- o Patri & Fí-li- o, cum Sancto Spí-ri-tu, in sæcu-la sæcu- ló- rum. A- men.

Alter Tonus ejusdem Hymni.

1\. T E de-cet laus, te de-cet hymnus, ti-bi gló-ri- a De- o Patri & Fí- li- o, cum Sancto Spí-ri-tu, in sæ-cu-la sæ-cu- ló-rum. A- men.

ANTIPHONÆ B. MARIÆ VIRGINIS

In Cantu Simplici.

5\. A L-ma Red-emptó-ris Ma-ter, quæ pérvi- a cæ-li Por-

http://ccwatershed.org

SOLESMIS

TYPIS MONASTERII SANCTI PETRI

ANNO DOMINI 1891

http://ccwatershed.org

APPENDIX PRO MONASTERIO S. PETRI DE SOLESMIS.

Die 27. Januarii.

In Festo Sancti Juliani Apostoli

PRIMI CENOMANENSIUM EPISCOPI.

Duplex I. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi de Dominica.

Capitulum. *Ephes. 2. d.*

FRATRES : Jam non estis hóspites & ádvenæ : † sed estis cives sanctórum, & doméstici Dei, superædificáti super fundaméntum Apostolórum & Prophetárum, * ipso summo angulári lápide Christo Jesu.

℟. *br.* Constitues eos príncipes. 423.

Hymnus. I.



Nox suis mentes ténebris premébat :
Lumen at cæcis óculis refúlget,
Sancta dum docto tonat ore præsul
Dógmata Christi.

Móribus puris documénta firmans,
Signa demónstrat, quibus urbs movétur,
Et sacrum verbi dócili recóndit
Péctore semen.

Hinc fides surgit, colitúrque Christus,
Hinc ruunt late simulácra vana :
Et fit in sanis renováta lymphis
Gens sibi dispar.

Qui Deum per te celebrámus unum,
Et sumus messis tua, sancte præsul,
Grana nos summi Patris in supérna
Hórrea transfer.

Summa laus Patri, Genitóque summa,
Laus tibi compar, utriúsque Nexus,
Dante quo genti Juliánus affert
Verba salútis. Amen.

℣. Nos pópulus tuus & oves páscuæ tuæ Dómine.
℟. Confitébimur tibi in sæculum.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

Oratio.

DEUS, qui Ecclésiæ tuæ beatíssimum Juliánum mirábilem tribuísti Pontíficem : * concéde propítius ; ut hunc apud te pium mereámur semper habére intercessórem. Per Dóminum.

Non fit commemoratio S. Polycarpi.

¶ **Ad Completorium et Horas,** *Hymni cantantur in tono solemni Apostolorum.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Aña. 1. f



2. Aña. 8. G

3. Aña. 8. c



http://ccwatershed.org





Capitulum. *Ephes. 2. d.*

FRATRES : Jam non estis hóspites & ádvenæ : † sed estis cives sanctórum, & doméstici Dei, superædificáti super fundaméntum Apostolórum & Prophetárum, * ipso summo angulári lápide Christo Jesu.

℟. *br.* In omnem terram. 426.

Hymnus.



Rigáta fonte cívitas,
Lux cæcitáti rédditta,
Vinctis apérti cárceres,
Angues repúlsi fínibus :

Aris fugáti dæmones,
Idóla templis éruta,
Et gentis olim bárbaræ
Fides, amor, devótio :

Ægris redúcta sánitas,
Erépta morti córpora :
Hæc Juliáno præsuli,
Hæc est triúmphi glória.

O Christe, pastor ómnium,
Da præsulis suffrágio,
Ut nos ovíli cælitum
Jungámur omni témpore. Amen.

℣. Ora pro nobis beatíssime Juliáne.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

http://ccwatershed.org

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

DEUS, qui Ecclésiæ tuæ beatíssimum Juliánum mirábilem tribuísti Pontíficem : † concéde propítius ; * ut hunc apud te pium mereámur semper habére intercessórem. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Intercéssio. *Capit. e Laudibus.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Sextam. *Aña.* Suffragánte, Dómine.

Capitulum. *Act. 5. b.*

PER manus autem Apostolórum * fiébant signa & prodígia multa in plebe.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Nonam. *Aña.* O Juliáne.

Capitulum. *Act. 5. g.*

IBANT Apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii, * quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

In II. Vesperis.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesperis de Communi Apostolorum.

Capitulum, ℟. *breve et Hymnus ut in I. Vesperis.*

http://ccwatershed.org

℣. Ora pro nobis beatíssime Juliáne.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Et fit tantum comm. S. Cyrilli Alexandrini. Aña. O Doctor. ℣. Amávit eum. *Oratio,* 560.

✱✱✱

PRO MONASTERIO S. MARTINI DE LOCOGIACO.

Die 4. Julii.

In Ordinatione et Translatione S. Martini

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Duplex 2. classis.

Omnia fiunt ut die 11. Novembris, 910, præter Orationem.

Oratio.

DEUS, qui in beáto Martíno Pontífice, sive per vitam, sive per mortem magnificátus es : ínnova eádem grátiæ tuæ mirácula in córdibus nostris ; * ut neque mors neque vita separáre nos possit a caritáte Dómini nostri Jesu Christi. Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Die 11. Octobris.

S. Sabini Monachi Locogiacensis, Conf.

Duplex.

In I. Vesperis, ad Magnificat,

Aña. 1. J

SAnctó-rum Patrum vestí-gi- is inhæ-ré- re cú-pi- ens Sa-bí- nus, sacræ re-li-gi- ó-nis há-bi-tum quæ-sí-vit, & in be- á- ti Mar-tí- ni monasté- ri- o mónachum se sub-dú-xit. E u o u a e.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimis : † da nobis, exémplo & intercessióne beáti Sabíni, cujus solémnia celebrámus, temporália ómnia despícere ; * & ad ætérna tota mentis intentióne festináre. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.

2. D

O sancte Sa-bí-ne, pátri- æ de-fén-sor & cu-stos, gre-gem ti-bi commís-sum ad tu- a so- lémni- a devó-te con-

curréntem ab ómni cla-de be-nigne de- fénde.

E u o u a e.

In II. Vesperis, a Capitulo de S. Thoma a Villanova.

Pro comm. S. Sabini, Antiphona.

1. g

SAnctus Sa-bi- nus, mo-nachó-rum gemma & dux e-grégi- us, sci- énti- a & mó-ri-bus adorná- tus, ca-ri- tá- te per-féctus, in advér-sis e-ní- xus, in próspe-ris tempe-rá-tus, collóqui- o su- á-vis, & e- le- emó-syna li-be- rá-lis.

E u o u a e.

http://ccwatershed.org

819. — Solesmis. Die 25 Maii 1891.

http://ccwatershed.org

CORRIGENDA

Pag.		pro	lege
101	ultima linea.	mihi	in me
113	*Hymn.* O lux.	te deprecémur	te deprecámur
137	6ª linea cantus.	 Quæ-ri-te	Quæ-ri-te
174	*Capit.* Apparuit.	misericórdiam suam	suam misericórdiam
268	*Aña.* Et cum ejecisset.	1. g	1. f
281	*Aña.* Ibat Jesus.	1. g	1. D
301	*Aña.* Non haberes.	4. à	4. A
302	1ª linea.	ab benefícia	ad benefícia
428	*Capit.* Ibant.	*Act. 5. c.*	*Act. 5. g.*
444, 447	*Capit.* Justorum.	*Sap. 3. c.*	*Sap. 3.*
466	*Aña.* Euge.	3. **Aña.**	2. **Aña.**
566	*Aña.* Dedit.	1. g	1. a
622	*Capit.* In diebus.	*Eccli. 53.*	*Eccli. 50.*
684	Orat. S. Angelæ.	vivére	vívere
778	Orat. Ss. Abdon, &c.	mereámur	mereántur
870	*Aña.* Beati.	2. D	1. D
877	Comm. S. Birgittæ.	*Orat.* 876	*Orat.* 875

Addenda vel Delenda.

161, post Añam *Elevare*, & **162**, post Añam *Lætamini*, adde : « *Nisi dicenda sit Antiphona* O. »

218 Sub linea « *Sabbato infra Octavam* », adde : « **Ad Vesperas.** »

526 In prima linea Rubricæ, dele : « *Festo S. Mauri, vel* ». Nam in hac occurrentia Festum Ss. Nominis Jesu remittitur ad primam diem liberam juxta Rubricas.

532 Post titulum S. Hilarii, dele : **(m. t. v.)** ; nam Hymni sunt proprii.

965 In Oratione *Deus indulgentiarum* ; **966**, in Orat. *Inclina Domine* ; & **967**, in Orat. *Quæsumus*, dele litteram *N.* ; nam ex resp. S. R. C., dicendæ sunt sine nomine & titulo defuncti.

LIBRARY
OF
WASHINGTON
UNIVERSITY
ST. LOUIS. - MO.